DE EPOCHIS
NVMISMATVM IMPERIALIVM
LIBER QVARTVS

DE EPOCHIS

SIVE DE NOTIS CHRONOLOGICIS

NVMISMATVM IMPERIALIVM

QVAE

EX INCORRVPTIS FONTIBVS

HACTENVS INNOTESCVNT

LIBER IV



ROMAE

TYPIS VINCENTII POGGIOLI

AN. VVLG. AER. MDCCCIX

FACTA AB IIS QVI PRAESVNT EDENDI POTESTATE

PROOEMIVM

ERVDITO LECTORI

Scientiae Numismaticae pars nobilior, eademque utilior ea est, qua Graecarum Vrbium Epochae continentur, quaeque insculptae inveniuntur in nummis Regum, de quibus vide lib. I., praesertim vero in iis Romanorum Imperatorum, quarum praesidio mirum sane quantum proficere fas sit ad initia cujusque imperii, finemque certa ratione definiendum. Ab hoc namque duplici veluti clavo pendet deinde, ut singula ipsorum praeclara gesta, bella, victoriae, triumphi, acta publica, caeterique eventus omnes suis quique temporibus recte assignentur. Patet etiam quantum illae universim conferant ad veteres Graecorum, Romanorumque Fastos, atque Annales illustrandos, insuper vero ad difficillima quaedam Historiae sacrae capita ex rei veritate definienda, quod in Lib. n. de Vulg.

Ær. Emend. praestitisse confidimus, ut jam in Prooemio Libri I. innuimus.

Acceptum propterea quam maxime habere debemus praestantissimis Viris, Norisio in primis, Vaillantio, Bellejo, tot aliis, quorum catalogum texere longum esset, quod in hac imperialis chronologiae numismaticae Spartha excolenda, eademque meliori, quo sua aetate fieri poterat, in lumine collocanda operam navaverint. Sed plura tunc deerant monumenta, quae deinceps detecta latiorem campum, viamque aperuerunt ad uberiorem ejusdem Chronologiae intelligentiam, et incrementum. Nondum praeterea eo tempore a plerisque animadversum fuerat, apud Hebraeos ex patria methodo in more positum fuisse in annis, rebusque gestis, non modo suorum Principum, sed etiam exterorum describendis, a mense legali Nisan computationem instituere, ut ex nummis Simonis Machabaei, caeterorumque ipsorum Regum, ex Historia Fl. Josephi, ejusque computandi ratione, qua utitur in designando praesertim tempore, quo semel, et iterum Vrbs Hierosolyma expugnata fuerat, tum in singulis recensendis actis vitae Herodis Regis ab inito regno, ad supremum usque ejus vivendi exitum, aliisque exemplis in lib. nostro demonstratum fuit.

Nondum insuper perspecta erat ad Bellejum us-

que, peculiaris Aegyptiorum ratio conciliandi annos singulos imperii Romanorum Principum cum anno suo civili ex Neomenia Thoth, sive ex die XXIX Augusti anni Juliani emendati, atque ita quidem, ut fractio quaelibet anni primi, quae Neomeniam praecederet, pro anno integro tanquam elapso computaretur. Ex quo nemo non videt quantum intersit, ut instituta comparatione inter hujusmodi nummos Alexandrinos singulis fere Imperatoribus dicatos, et caeteros a Graecis Vrbibus emissos cum notis chronologicis, compertum fiat quidquid prodesse queat ad eorundem Imperatorum annos, atque acta certioribus finibus circumscribenda. Quod sane, nec sine utilitate saepe in hoc ipso libro factum invenies.

Denique hactenus fere communis obtinuerat opinio, quod in Orientalibus Provinciis, Vrbibusque, praesertim Syriae, Ciliciae, et earum finitimis annus ipsarum civilis ab autumno inchoaretur, quod tamen non ita generatim accipiendum esse ex non paucis modo nummis in hoc ipso Libro perspicuum fiet. Sed praeterea docemur eas insuper Vrbes, quae ab autumno annum auspicarentur, non eodem mense, aut die singulas quasque illum incipere consuevisse, sed alias ab ineunte autumno, alias ab eodem labente, atque etiam deficiente initium sumpsisse. Id postremum egregie jam demonstratum a praestantissimo Norisio

de Vrbibus Gaza, et Tyro in Lib. de Epoch. Syro-Maced. Quibus exemplis addendum jam alterum, ut de caeteris sileam, de Antiochia Syriae Metropoli ad Orontem, de cujus Epochae cardine variae, et discrepantes hactenus ferebantur sententiae. Nam ex duplici anecdoto arg. tetradrachmo Neronis modo compertum fit eam Epocham non ab ineunte septembri, vel octobri, non a Gorpiaeo, aut Hyperberetaeo, ut summis etiam Chronologis videbatur, sed a mense Dio, atque ab autumno expirante inchoandam esse, quod sub ea Vrbe in lib. n. Vulg. Ærae perspicue jam demonstravimus, atque in hoc ipso confirmabimus. Nihil hic addam de methodo generatim omnium fere Vrbium Graecarum, a quibus Epochae, quae tum primum instituerentur, cum annis suis civilibus conciliari solebant; nihil de diversa earundem ratione in computandis annis imperii cujuslibet Romani Principis, excepta Aegypto, ut paulo supra innuimus, qui ex primo die, atque ab auspiciis ipsius Principatus numerabantur; nihil denique de aliis id genus multis, quae modo luculentius explicata, et definita singulis Chronologiae partibus lucem afferunt, eisdemque illustrandis maxime prosunt, de quibus si lubet, consulendus cit. lib. noster Ær. Vulg.

Cum haec itaque veluti impedimenta quaedam praeclarissimorum Chronologorum studia, et conatus

non parum antea retardare debuerint, ne, cum jam, nec sine summa ipsorum laude plurimum, in hoc scientiae genere profecissent, majores pro rei amplitudine progressus facere possent, modo sublata, mihi incitamento sunt, atque subsidio, ut pro viribus enitar nobilissimam hanc provinciam magis, magisque exornare, novisque accessionibus augere, quae nostra haec aetas afferre potest. Nam cum plura supersint, quae adhuc in obscuro manent, vel in incerto versantur, aut etiam nondum satis explanata sint, sperandum est fore, ut deinceps eorum, qui praecesserunt exemplo posterioris aetatis Numismatici suam operam, studiumque ponant in tam praeclaro opere prosequendo ad majus semper historiae tam sacrae, quam profanae emolumenrum.

In hoc itaque libro, ut viam sequerer, quae mihi magis recta, et tuta videbatur ad propositum finem obtinendum, duo praecipue mihi praestanda esse duxi. Primo ut singulos quosque nummos Imperatorum Romanorum, qui hactenus ex probatis, incorruptisque fontibus cum notis chronologicis prodierunt, additis insuper non paucis anecdotis, vel ex meis rivulis, vel ex Amicorum, aliorumque Nummophylaciis, quotquot inveniri potuerunt, quo ad utramque ipsorum partem accurate descriptos exhiberem. Nam in comparatione instituenda eorum omnium,

qui simul collecti ante oculos versentur, nemo non videt quantum conferre possit, ut ii, qui vetustate labefactati sint, ex aliis magis integris suppleri queant, atque inde emergat tam capitis, quam aversae partis magis conspicua, et explanata epigraphe, unde dignitas Caesarum, adjecti Imperatoribus honorum tituli, et notae ipsae chronologicae certiori modo pateant, atque hac ratione, ut verbo dicam, ad id quod volumus, et in hac tractatione nobis unice propositum est, facilius, et securius pervenire possimus. Simul etiam peropportunum erit Erudito Lectori, ut nummos quosque notis chronologicis insignes, qui per tot libros dispersi vagantur, sub uno veluti aspectu positos per se ipsum inspicere, ad examen revocare, suumque de singulis, ac de iis, quae in hoc Volumine pertractata, ac definita sunt, judicium ferre possit.


Quo ad alterum vero, ut certa ab incertis secernantur, pro quolibet Epochae cardine definiendo ita mihi incedendum statui. Cum praeeuntibus ipsis nummis, vel aliis indubiis monumentis constabit de anno V. C, et anni tempore, cui epochae cujuslibet exordium adscribi debeat, illud pro constituto, ac definito admittendum idoneis probationibus palam facere non omittam. Quando vero annus, vel anni tempus, vel utrumque adhuc lateat, vel solis conje-

cturis nitatur, certos tum fines inquiram, atque constituam, quibus eadem epocha circumscribi hactenus tuto possit. Atque hoc sane pacto veritati plane consultum fore existimo, ut ea, quae nunc ignoramus, aut de quibus dubitare fas est, a posteris deinceps certiori ratione definiantur.

Praeter adnotationes nummis adjectas, pro ut eorum notae chronologicae postulare videbantur, Exercitationes aliquot de eodem genere praemittere opportunum duxi ad majorem quarundam Epocharum explicationem, probationemque, quas Lector inveniet sub finem Partis II. Imperialium. Indicem denique uberrimum subjiciendum curavi, ut facilius Lector percipere possit quidquid de singulis Epochis in hoc volumine actum, definitumque fuerit.



DE NOTIS CHRONOLOGICIS
NVMISMATVM IMPERIALIVM



ABILA COELESYRIAE

IN Decapoli haec Vrbs sita fuisse videtur, non longe a Gadara. De ea videndi Cl. Bellejus Mem. Acad. Parisiens. Inscript. T. XXVIII, et Pellerinius Suppl. I. pag. 1., et seqq. Ibidem Cl. Auctor nummum delineatum exhibet cum effigie Faustinae jun., et epigraphe ΛЄVK ΑΒΙΛΑ, adjectis notis chronologicis, in quibus epocham Pompejanam agnoscere oportet. Praeclara autem sunt argumenta, quae affert, ut probet hanc Leucadem Abilam ab altera Leucade distinguendam esse, quae in nummis *Claudia Leucas* inscribitur, et ad fluvium Chrysorrhoam sita erat, ut declarat praestans ejusdem Pellerinii nummus autonomus videndus Pop. T. II pag. 199 Tab. LXXIX. n. 58. Praecipue autem id ostendit ex eo, quod etiam post domitum a Cn. Pompejo universum pene Orientem, haec secunda Leucas, quae et Claudia, suis peculiaribus Dynastis paruerit, nec nisi sero iisdem sublatis duplicem epocham instituerit, quarum initia longe posteriora sunt, quam quod ullo modo conciliari queant cum

Faustinae jun. temporibus. Hinc non injuria inferre se posse putat Leucadem Abilam, de qua in hoc Faustinae nummo, eandem esse, quae in aliis duobus nummis L. Veri, et Commodi, omisso Leucadis praenomine, titulos praefert *Augustae, sacrae, inviolatae, et autonomae*, addita regione Coelesyriae, in qua sita erat, cujus pariter epocham ab autonomia a Pompejo accepta ducendam esse manifestum est. Haec omittenda minime duxi, ut ratio pateat, cur nummum Faustinae caeteris duobus, de quibus hic proprie sermo est, adjiciamus: optandum tamen, ut deinceps nummi prodeant, quibus res hujusmodi clarius definiri possit, idque praesertim, quod Abilae numero plures a veteribus Scriptoribus memorentur. Interim quod ad institutum nostrum maxime pertinet; ex primo Abilae Coelesyriae nummo cum effigie L. Veri unum illud hactenus pro certo statuitur, ejus nimirum epochae cardinem posteriorem esse non posse An. V. C. Varr. DCXCIII; de altero vero anteriori extremo in obscuro adhuc versari cogimur. Neque enim Pompejana Epocha ab uno eodemque anno V. C. Varr. DCXC initium habuit; sed Vrbes aliae Coelesyriae citius, serius aliae eandem inchoarunt, ut in sequentibus videbimus.

ΑΥΤ ΚΑΙϹΑΡ Λ ΑΥΡ ΟΥΗΡΟϹ Caput L. Veri laureatum.

CЄ ΑΒΙΛΗΝΩΝ Ι Α Α Γ ΚΟΙ ϹΥ Hercules rupi insidens, d. clavam retinet. In area ΛϹ An. CCXXX. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 98.

L. Verus subito apoplexiae morbo correptus diem suum obiit media hyeme, ex Galeno synchrono Auctore, atque, ut ipse ostendi in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 254, mense potius Januario labente An. V. C. Varr. DCCCCXXIII, quam sub exitum anni praecedentis, ut communis fert opinio. In utraque tamen hypothesi, si initium feceris computandi notas chronologicas ΛϹ post An. V. C. Varr. DCXCIII, exiisset annus, quem designant imperii L. Veri, eo-

dem jam vita functo ex pluribus mensibus. Stat ergo quod initio statuimus.

ΦΑVCTЄΙΝΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Faustinae jun.

ΑЄVΚ ΑΒΙΛΑ ςΑC An. CCXXXVI Vuae racemus. Ær. 3.

Pell. Suppl. I P. 1, et seqq.

Ex historiae fide Faustina junior, quae consors extiterat conjurationis Cassii adversus M. Aurelium, sive podagra, sive voluntaria morte decessit An. V. C. Varr. DCCCCXXIX. Epocha igitur Pompejana agnoscenda est in hisce notis chronol., quae optime conciliantur cum ejus cardine, de quo in nummo L. Veri dictum est. Leucadis, quae et Claudia, ex duabus Epochis, quas instituit, antiquior ab An. V. C. Varr. DCCXVII, vel sequenti initium habuit, recentior vero ab A. V. C. Varr. DCCCI, ut suo inferius loco videbis. Nihil ergo utraque illa cum Faustinae jun. aetate commune habere potest.

AVT ΚΑΙCΑ ΚΟΜ..... Caput Commodi laureatum.

CЄ ΑΒΙΑΗΝΩΝ Ι Α Α Γ Β ΝЄ Hercules stans clavae innititur. In area NC An. CCL. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 104.

Ad postremos imperii Commodi annos pertinet hic nummus ex epochae cardine, de quo initio diximus.

HADRIANOPOLIS BITHYNIAE

De hac Vrbe, cui a Pellerinio, et ab Eckhelio, praeeunte Vaillantio quidam adscribuntur nummi cum notis chronologicis videndus Cl. Sestinius Descript. Num. Vet. p. 254, ubi profert argumenta, ex quibus non immerito inferre oportet, praestantissimos illos viros a Vaillantio in errorem abreptos fuisse, nullamque huic Vrbi epocham adscribendam esse.

AEGAE CILICIAE

Aegarum Vrbs ad mare Ciliciae sita, portu amplo inprimis nobilis extitit. Sub Imperatoribus, cum ibidem stationem haberet Romana Classis, Navarchidis nomen sortita est; sero tamen hujusmodi titulus, ut et Neocorae in nummis legitur. Plures nummos Principibus Romanis cum epocha Caesariana dicavit, qui magno equidem sunt adjumento ad eorum chronologiam illustrandam. De ejus cardine jam diximus in lib. II. pag. 246, et seq. ubi statuimus eandem certis hisce finibus circumscribi, ut neque posterior esse possit autumno, nec anterior ineunte aestate An. V. C Varr. DCCVII. Id modo confirmare licet ex numm. Claudii, et Macrini simul comparatis, ut suo loco adnotabimus. Additum est in lib. II. p. 246. veritati magis consentaneum videri, ut idem Ærae cardo ab aestate potius, quam ab autumno ducatur ob Valeriani captivitatem, quae ex historiae fide contigisse dicenda est ante autumnum An. V. C. Varr. MXIII, cui quidem computationi, ut consentiat ipsius Valeriani nummus cum notis ZT, et typo ejusdem Imperatoris sub Bacchi triumphantis figura in quadrigis, non aliter de Epochae initio statuendum. Haec porro, quae ibidem fuse probata sunt ex illorum temporum historia, modo etiam sub eodem Valeriano confirmabimus.

.... ΚΛΑΥΔΙ .... Caput Tiberii Claudii laureatum.
ΑΙΓЄ
ΑΙΩΝ
ЄΤ ΡΑ An. CI Omnia intra lauream. Ær. 2. Vide in fronte pag. 1, item Mus. II. Tab. XXXVI. n. 12.

Ex Mus. Com. Jacobi Verità Veronensis.

Teste Seneca auctore synchrono, aliisque certissimis monumentis, de quibus in lib. II. de Vulg. Ærae Emend., Imp. Claudius veneno extinguitur a. d. III id. Octo-

bris Asinio, et Aviola Consulibus, qui nomen dedere anno V. C. Varr. DCCCVII. Si Ægaeensium epocham duxeris ab autumnali aequinoctio An V. C. Varr. DCCVII, nummus hujusmodi editus dicendus erit, vel ineunte statim ipsorum anno civili PA, cujus Neomenia jungeretur cum autumnali aequinoctio anni V. C. Varr. DCCCVII, paulo ante Claudii mortem, vel paulo post eum casum, et nondum ejus rei accepto nuntio ab Ægaeensibus. Hinc patet ejus Epochae cardinem posteriorem esse non posse autumno, et anno suprascriptis. Nam si a Kal. Januariis, vel a verno tempore insequentis anni V. C. Varr. DCCVIII initium numerandi feceris, coepisset annus PA extincto Claudio ante tres, aut sex fere menses, quod sane non admittendum. Insignis itaque hic nummus, quem ad me humanissime transmisit Cl. Vir, omissis etiam caeteris omnis generis monumentis, aptissimus est ad annum definiendum, quo Macrinus interfecto Caracalla imperium sibi asseruerit, et ad omnem penitus controversiam dirimendam de initiis imperii ipsius Macrini, ejusque successoris Elagabali, de quibus plura diximus in lib. cit. Vulg. Ærae. Vide etiam infra in num. Macrini, et Diadumeniani.

Caput Hadriani epigraphe a Vaill. omissa.

ΑΙΓϹΑΙΩΝ ϹΤΟΥϹ ΗΟΡ An. CLXXVIII Aquila scipioni insistens, infra lepus. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec. ex Museo Reg. Christin.

Cl. Eckhel. D. N. T. III pag. 36 scribit hunc num. esse argent. max. mod., primamque notam esse ⊟ quadratam. Idipsum in meis schedis adnotatum reperio. Erit igitur annus V. C. Varr. CLXXIX. De hujusmodi lit. quadratis Ægaeensium vide infra in Alex. Severo ex Arigonii numismate. Cusus nummus iste intra sexennium ante Hadriani obitum.

Caput Antonini Pii om. epigr.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓϹΑΙΩΝ ΗΠΡ An. CXXCVIII Mulier stolata stans, d. cornucop., s. puerulum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Ad primum imperii Antonini quadriennium spectat hic nummus.

M AVPHΛΙΟC OVHPOC KAI Caput M. Aurelii nudum.

AΔPIANΩN AIΓΕΑΙΩΝ ΔϘΡ An. CXCIV. Caput muliebre velatum, et turritum. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vind. p. 184.

Caput M. Aurelii om. epigr.

AIΓIEΩN ET AIC An. CCXI Juppiter stans nudus, d. fulmen vibraturus, s. aquilam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Primus ex his duobus dicatus M. Aurelio Caesari, paulo post quam a patre tribunic. potestate donatus fuerat, filiamque e Faustina susceperat; alter vero quinto ejus imperii anno labente.

Caput Commodi om. epigr.

KOMOΔIANΩN AΔPIANΩN AIΓEAIΩN ZKC An. CCXXVII Æsculapius, et a sin. Telesphorus. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec.

Conveniunt notae chronol. partim anno primo, partim secundo, ex quo solus imperium tenuit Commodus.

AVT KAI M AV KOM BPITAN Caput laureatum Commodi.

KOMOΔIANΩN AΔPIANΩN AIΓEAIΩN ΔΛC An. CCXXXIV Capita Serapidis, et Isidis adversa. Ær. m.

Catal. Theup. Mus. Alb. Tab. 45, Spanh. Vaill., et Gori, Mus. Florent. Tab. XLVIII n. 1.

Notae complectuntur A. V. C. CMXLI, ex praecedenti.

AVT KAI Λ CE.. CEVHPON Caput Septimii Severi laureatum cum paludamento ad pectus.

..ΔPIANΩN AIΓEAIΩN ETYC MC Protome Jovis promissa barba capite diademate revincto. Ær. 1. Vide Mus. n. Tab. XXIV. n. 212.

Notae MC in hoc praestanti numismate, quod nunc primum prodit, partim spectant ad annum V. C. Varr. CMXLVI, quo

Severus Romam cum exercitu ingressus, circa Kal. Jun. a Senatu Imperator apellatus fuit, Juliano capite damnato ex Dione oculari teste, qui Senatui interfuit, partim ad insequentem CMXLVII. Jure autem statuendum illud cum altero etiam, quod sequitur Juliae Domnae cum eisdem notis MC, ab Ægaeensibus emissum non fuisse, nisi anno sequenti CMXLVII. Pescennius enim initio imperii Septimii Severi Orientem in sua potestate habebat, nec eas provincias amisit, nisi postquam Severus ad eum bello persequendum ab Vrbe profectus, primo Æmilianum ejus ducem ad Cyzicum Mysiae superavit, tum iterum cum ipso Pescennio ad Issicum sinum in Cilicia ad Amanum, ubi olim Alexander M. cum Dario Rege conflixerat, ingenti proelio commisso, eundem victum, et in fuga captum interfecit. Hoc itaque tempore merito cogitandum est, Ægaeenses nulla interjecta mora Severo triumphatori in obsequii argumentum suprascriptos nummos dicasse. De die, et mense non constat, quo victus Pescennius; verum cum vix trigesimo die, ex quo Romam venerat Severus, Vrbe egressus bellum illud summa celeritate confecerit, jure inferes non multo post initum A. CMXLVII eam victoriam contigisse.

Caput Juliae Domnae Aug.

Notae CM anno CCXL.

Eckhel. D. N. V. ex Havercampio in Orosium. De hujusmodi notis jam diximus in Severo. Patet autem Ægaeenses, non modo Severo, sed et ejus uxori gratulatos primo quoque tempore fuisse de victoria contra Pescennium.

Caput Sept. Severi om. epigr.

ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΕΤΟΥϹ ΕΜϹ An. CCXLV. Æsculapius stans cum pallio, d. baculum, cui involutus serpens. Ær. m.

Vaill. ex Mus. Morosin.

Caput Sept. Sev. om. epigr.

ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ЄΤΟΥϹ ЄΜϹ An. CCXLV Caput Jovis barbatum. Ær. 1.
Vaill. ex Mus. Reg. Christinae.

Caput Juliae Domnae om. epigr.

ΑΙΓΑΙЄΩΝ ϹΝ An. CCL Mulier turrita stans, d. hastam, s. cornucopiae. Ær. 2.
Vaill. de Num. Graec.

ΑVΤ Κ Μ ΑV ϹЄVΗΡΟϹ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput laureatum Caracallae.

ΑΔΡ ϹЄVΗΡΙΑΝΩΝ ΑΝΤΩΝЄΙΝΙΑΝ ΑΙΓЄΑΙΩΝ Navis cum remis, et velo, in quo ΑΞϹ An. CCLXI. Ær. m.
Vaill. de Num. Graec.

Pertinet nummus Iste ad an. V. C. Varr. CMLXVIII ex praecedenti; biennio, vel inchoato triennio ante supremum Caracallae imperii, et vitae exitum, qui jungitur cum die VI Id., sive die VIII Aprilis A. V. C. CMLXX.

ΑVΤ. Κ. Μ. ΟΠ. ϹЄV. ΜΑΚΡΙΝΟϹ Caput Macrini radiatum cum lorica ad pectus.

ΜΑΚΡЄΙΝΟVΠ Μ ЄV Π Θ. ΑΙΓЄωΝ In area notae ΓΞϹ An. CCLXIII Victoria in bigis, d. coronam, s. equos regit. Ær. 1. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVII. n. 265.

Quoniam Ægaeensium Epocha ex nummo Claudii cum notis ΡΑ, quem supra dedimus, posterior esse nequit autumno An. V. C. Varr. DCCVII, hinc sequitur annum ΓΞϹ in hoc, aliisque bene multis Macrini, et Diadumeniani nummis inscriptum, initium habere non potuisse post autumnum A. V. C. Varr. CMLXIX. Nam in hac hypothesi annus ΓΞϹ ducendus foret ab anno saltem V. C. DCCVIII. Ex quo illud certo concluditur Antonini Caracallae caedem, quae Macrini dolo patrata est a. d. VI. Id. Aprilis, et ipsius Macrini in Imperatorem, et Augustum acclamationem quatriduo post subsecutam, aut incidisse in An. V. C. Varr. CMLXX, aut in aliquem ex praecedentibus; sed hoc secundum consentientibus omnibus monumentis, omnibusque chrono-

logis, falsum, absurdumque; illud ergo primum unice verum. Novum igitur, invictumque ex his nascitur argumentum ad ea confirmanda, quae in lib. n. pag. 275, et seqq. tot aliis indubiis monumentis demonstrata sunt de initio imperii Macrini, et Elagabali, atque de recta Imperatorum chronologia retinenda ab Antonini Pii morte ad haec usque tempora, de quibus vide ibidem. Modo vero ex notis ΓΞC illud quoque consequitur Ægaeensium Æram nec anteriorem esse posse ineunte aestate anni suprascripti V. C. Varr. DCCVII. Nam si a verno tempore eam duxeris, exiisset annus ΓΞC, antequam compertum quidquam haberi posset de Caracalla interempto, et de Macrini electione. Atque hi sunt certi fines, quibus Æra hujusmodi ex nummorum fide definitur. Vtrum vero eadem solstitio potius aestivo, quam autumno illigari debeat, dicemus infra in num. Valeriani.

Eruditiss. Norisius ex Syrorum methodo Æram ab autumno inchoandam statuit, quem sequitur Eckhelius in lib. de Doctrina Num. Sed ut in lib. n. ex instituto demonstravimus, non ita certo statui potest, quod ea methodus generatim servata fuerit ab omnibus, et singulis Vrbibus, quae ad Syriam, quaeque ad Ciliciam illi conterminam pertinebant. Atque exempla attulimus, quae rem secus se habuisse ostendunt. Vide etiam infra in Vrb. Apamea, Damasco, aliisque. Itaque singularum Vrbium epocha ex earum nummis diligenter inquirenda. Vaillantius hujus aerae cardinem in exeuntem mensem Majum confert: verum cum nummi ab Ægaeensibus editi cum notis ΓΞC, spectent ad prima auspicia imperii Macrini circa Id. April. A. V. C. CMLXX, ut illi qui notas continent chronol. ΔΞC ad postremum tempus referendi, ead. epocha aliquanto longius protrahenda, circa solstitium nempe aestivum, quo etiam Senatus approbatio includitur. Laud. Eckhel. ex praeconcepta opinione, quod hujus aerae caput ab autumno ducendum sit, Doctr. N.V. T.III p. 39 scribit: *nummos Macrini, et Diadumeniani cum anno*

ΓΞC, *et Pupieni cum anno* CΠΔ *evincere hujus Epochae initium ad autumnum anni V. C. 707. esse figendum*. Sed cum illud Ærae caput nullo certo monumento constet, notas ΓΞC ab ineunte aestate recte quoque multiplicari posse ex demonstratis patet. Annus enim CCLXIII ex solstitio aestivo anni V. C. Varr. DCCVII, finem habiturus erat ineunte solstitio aestivo anni V. C. Varr. CMLXX; Macrinus autem consentiente Eckhelio ineunte Aprili ejusdem anni Imperator acclamatus fuerat, idque contigerat in ipso Oriente. Ab Aprilis vero VIII die ad aestivum Solstitium tantum supererat temporis, ut non modo ad Ægas Ciliciae ejus electionis nuntius perferri posset, sed etiam accepta, Senatus approbatione, pecunia ab Ægaeensibus statim emitti ad novi Principis benevolentiam sibi conciliandam. Eadem autem ratiocinia, et calculi instituuntur ex notis CΠΔ in nummo Pupieni; nam ille cum Balbino interfectus fuit circa mediam aestatem anni V. C. Varr. CMXCI, ut infra suo loco in eorum nummis probatum invenies.

AVT K M OΠ CЄV MAKPЄINOC Caput Macrini radiat.

M ЄVΓ Π Θ MAKPЄINOYΠ AIΓ ΓΞC Capita Serapidis, et Isidis. Ær. 1.

Eckhel. Cat. Vind.

Caput Macrini radiat. epigraphe deleta.

AIΓAIΩN MAKPINOΠO...... ΓΞC In corona. Catal. Theup. Ær. 2.

AVT KAIC M OΠ MAKPЄINOC CЄB Caput Macrini laureat.

M ЄVΓ Π Θ MAKPЄINOVΠ AIΓ ΓΞC Æsculap. stans cum baculo, a. d. capella, a. s. Telesphorus. Ær. 2.

Vaill. de N. Graec.

M OΠ ANTΩNЄINOC KAICAP Caput Diadumeniani Caesaris sine laurea.

MAKPЄINOVΠ AIΓЄ M ЄVΓ ΠA Θ ΓΞC Hercules nudus stans Anthaeum comprimens, retro clava, et capra stans. Ær. m. m.

Sestin. ex M. Ains. Descript. Num. Vet. p. 402.

Testatur Cl. Sestinius hocce numisma integerrimum esse, ac de lectione vocis ΠΑ minime dubitari posse. Quae si vera sunt, quid quaeso statuendum foret de lectione Haymii in nummo mox sequenti, ubi habes ΜΑ ЄΥΓ ΠΙΟϹ, tum de altera, quae immediate sequitur ex Catalogo Hennericiano Μ ЄΥΓ ΠΙ ΘЄΟΦ, denique de ea nummi Arigonii Alexandri Severi ΘΕΟΦ videnda infra. Vocem integram ЄΥΓЄΝΟΥϹ legimus in nummis Alexandri Severi cum notis ΗΟϹ, et ΘΟϹ, quos vide suo loco; in hisce tribus postremis mox recitatis legitur ΠΙ, et ΠΙΟϹ, tum vero ΘЄΟΦ, et ut supra lit. quadratis, quibus sane excluditur interpretatio de *Panegyrista Deorum*, ut plerique, Vaillantio praeeunte admittebant, tum de *Theologo* ex lit. Θ, ut Eckhelio placebat. Neque sane hisce tribus testibus omnem fidem abrogare audeo.

Μ ΟΠЄΛ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput Diadumeniani sine laurea.
ΜΑΚΡΙΝΟΥΠΟ ЄϹЄΩΝ (sic) ΜΑ. ЄΥΓ. ΠΙΟϹ. ΓΞϹ. Mercurius stans cum attributis, ad pedes capra. Ær. 1.
Haym. T. II. p. 343.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ ϹЄΥ ΜΑΚΡΙΝΟϹ Caput ejusdem radiatum.
ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΜΑΚΡΙΝΟΠΟ Μ ЄΥΓ ΠΙ ΘЄΟΦ ΔΞϹ intra lauream, infra capricornus. Ær. 1.
Catal. Henneric. n. 2997.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ ϹЄΥ ΜΑΚΡΙΝΟϹ Caput Macrini radiat.
ΜΑΚΡΙΝΟΥΠΟΛЄΩϹ ΑΙΓЄΩΝ ΔΞϹ An. CCLXIV. Imperator eques, d. hastam. Ær. 1.
Catal. Theup.

Caput Macrini om. ep.
Μ ЄΥΓ Π Θ ΜΑΚΡЄΙΝΟΥΠ ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΔΞϹ Capita adversa Serapidis cum modio, et Isidis cum flore loti. Ær. 2.
Vaill.

Caput Macrini om. ep.
Μ ЄΥΓ Π Θ ΜΑΚΡЄΙΝΟΥΠ ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΔΞϹ Hercules nudus

sacra faciens ad arulam, d. clavam, et spolia. In area petrae ambrosiae, ut in numm. Tyrior. Ær. 2.
Vaill.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ CΕΥ ΜΑΚΡΙΝΟC Caput radiatum.
.... ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠΟΑ. ΑΙΓΑΙΩΝ. In area ΔΞC An. CCLXIV Triremis cum velo expanso ad Pharum accedens, cui duae statuae impositae, una Æsculapii, altera Imperatoris paludati, et ad imum Phari figura humi sedens, cujus capiti quasi imminet ovis. Ær. 1.
Ex Mus. Gall. Sestin. Lettere T. VII p. 56.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ CΕΥ ΜΑΚΡΙΝΟC Κ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Capita Macrini radiatum, et Diadumeniani nudum.
ΑΙΓΕΩΝ Θ ΜΑΚΡΙΝΟΠ Μ ΕΥΓ Π ΔΞC Caput cum astro, et sceptro ad humeros. Ær. 1.
Haym. T. II. p. 341.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ CΕΥ ΜΑΚΡΙΝΟC ΚΑΙC ΔΙΑΔΥ. Capita adversa Macrini, et Diadumeniani.
Μ ΕΥΓ Π Θ ΜΑΚΡΙΝΟΥΠ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΞC Caput Deae Pacis, ut in Vespasiani nummo. Ær. 2.
Vaill. de Num. Graec.
Alius, in quo caput Bacchae, ante quod botrus. Ær. 2.
Ex Mus. Galliae Sestin. Lettere T. VII p. 56.

..... ΟΠ ΑΝΤΩΝΙΝ ... ΙCΑΡ Caput Diadumeniani nudum.
Μ ΕΥΓ Π Θ Μ ...... ΑΙΓΕΩΝ ΔΖC Caput Herculis imberbis, vel Alexandri M. pelle leonina tectum, infra capricornus. Ær. 1.
Montius ex Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill. ex eodem.

ΑΥΤ Κ Μ ΟΠ CΕΥ ΜΑΚΡΙΝΟC ΑΝΤΩΝΙΝΟC Capita adversa Macrini radiat., et Diadumeniani nudum.
Μ .... ΜΑΚΡΙΝΟΥΠ ΑΙΓΑΙΩΝ ΔΞC Æsculapii baculus, cui involutus serpens. Ær. 2.
Catal. Theup. Vaill. de Num. Graec.

Μ ΟΠΕ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟC ΚΑΙ Caput Diadumeniani nudum cum paludamento ad pectus.

ΜΑΚΡΙΝΟΥΠ Μ ЄΥΓ Π. In imo ΑΙΓЄΩΝ. In area superne ΔΣC. Capra stans, ante quam ramus, intra pedes Θ. Ær. 2. Mus. n. Tab. XXVIII. n. 270.

Meus. Similes habent Vaill. de Num. Graec. Noris de Epoch. Catal. Vind. Sestin. Descript. N. V.

Diadumeniani, et Macrini principatus XIV. mensium spatio concluditur. Ex probatis idem coeperat ineunte aprill An. V. C. Varr. CMLXX; desiit ergo inito mense Junio insequentis anni V. C. Varr. CMLXXI, quem ex praecedenti anno designant notae ΔΞC. Nulli ergo dubitationi locus relinquitur, quin initia imperii Elagabali, qui Macrino interempto eidem successit, consocianda sint cum anno suprascripto V. C. Varr. CMLXXI.

Caput Diadumeniani om. epigr.

Μ ЄΥΓ Π Θ ΜΑΚΡЄΙΝΟΥΠ ΑΙΓЄΩΝ ΔΞC Capra humi desidens. Ær. 2.

Vaill. Num. Graec.

ΑΥΤ Κ CЄ ΑΛЄΞΑΝ...... Caput Alexandri Severi laureat.

ΕΥΓΕ.... ΘΕΟΦ ΜΑΚ Haec in ambitu, in quo superne caput parvum sine laurea. In area vero:

CO An. CCLXX.

ΑΙΓЄ

ΑΙΩΝ Ær. 1. Arigon. T. II Tab. XXVIII n. 387.

Epigraphe, quae in ambitu pro ut descripta cernitur supplenda videtur de *Eugene Pio Theophilo Macrinopolit.*, de quo vide supra in Macrino, quique iterum sub Alexandro Severo magistratu functus fuerit. In nummo Hadriani argenteo, quem supra ex Eckhelio innuimus habes lit. Θ quadratam. Hinc cum Θ, et Ο quadratis in hoc legitur nomen, ut supra *Theophili*. De notis CO, in quibus major praecedit minorem habetur exemplum in Claudio, itemque in Pupieno, et Valeriano, licet Ægaeenses fere semper ordinem oppositum servaverint. Annum in isto expressum vide iterum in seqq. Alexandri, et Mamaeae.

AVT K M AVP CЄOY AΛЄΞANΔPOC Caput laureat.

MAP ЄVΓЄNЄOVC NЄΩKOPOY AIΓЄΩN OC Anno CCLXX. Ær. 2.

Ex Catalogo Cusineriano descriptus.

Caput Mamaeae om. epigr.

M Є Π Θ AIΓЄΩN OC An. CCLXX Nemesis stans, ad pedes rota. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Cum secundo imperii Alexandri Sev. anno conciliantur notae OC. Hic idem nummus exhibetur a Patino ex Tristano pag. 344, et ab Harduino Aegis in Æolide perperam adscribitur.

M AVP CЄV AΛЄΞAN Caput Alexandri Severi laureatum.

AΛЄΞANΔPOVΠ circa nummi ambitum. AΔPI AIΓAIAIΩN ЄOC An. CCLXXV intra coronam. Ær. 1.

Catal. Theup.

Caput Alexandri Severi om. epigr.

AΔPIANΩN AIΓAIΩN ЄOC circa nummi ambitum. AΛЄΞANΔPOVΠOΛIC intra coronam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.

AΛЄΞANΔPOVΠOΛIC AIΓЄΩN AΔPI ЄOC An. CCLXXV Pes calceamenti genere ornatus. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.

AΛЄΞANΔPOVΠOΛIC AΔPIAN AIΓAIΩN ϚOC An. CCLXXVI. Aquila alis expansis scipioni insistit, rostro coronam: inter tibias capella humi desidens. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.

CЄV AΔ AIΓЄAIΩN AΛЄΞANΔPOVΠO In area ZOC An. CCLXXVII Caput Minervae galeatum. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec. Patin. in Indice p. 23.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.

ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥΠΟΛΙC ΑΔ ΑΙΓΑΙΩΝ ΖΟC An. CCLXXVII. Serpens sese erigens, pone capella. Ær. 1.

Vaill. de Numm. Graec.

Alius, sed navis praetoria cum remigantibus. Ær. 2.

Idem.

ΑVΤ ΚΑΙ Μ ΑVΡ CЄV ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Sev. laureatum.

CЄV˙ ΑΔΡ ΑΙΓΙЄΑΙΩΝ ΖΟC An. CCLXXVII. Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens. Ær. 2.

Catal. Theup.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.

ΜΑΡ ЄVΓЄΝЄΟVC ΝЄΩΚΟΡΟΥ ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΗΟC An. CCLXXVIII. Vrna, ex qua erumpit serpens inter duas taedas. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΑVΤ Κ Μ ΑV CЄΟV ΑΛЄΞΑΝΔ..... Caput Alexandri Sev. laureatum.

ЄVΓ...ЄΟC infra ΑΙΓΑΙΩΝ ΘΟΣ An. CCLXXIX. Triremis. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII n. 55., ubi prima nota exhibetur sic Η, sed formam habere videtur quadratam Θ, adeoque annum IX designare.

ΑV..... ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC Caput Alex. Sev. laureatum.

ЄΠΙ ЄVΓЄΝЄΟC ΑΔΡ ΑΙΓΑΙΑΙΩ ΘΟC An. CCLXXIX, Triremis. Ær. 1.

Catal. Theup.

Miserrimus Alexandri Sev. exitus fraude Maximini contigit intra vernum tempus A. V. C. CMXXCVIII, ut ex nummo Mamaeae Amasiae demonstratur, quem vide suo loco, tum ex aliis monumentis, quae in hisce libris allata sunt, ubi de Maximino, eodemque Alexandro Sev. dictum est. Itaque biennium circiter antea cusus nummus iste.

ЄЄΟΥC ΓΟΡΔΙΑΝΟΥC CЄΜ PW.. ΑΦΡΙ CЄΒΒ Capita utriusque Gordiani Africani se respicientia, et laureata.

CЄV ΑΔΡΙ ΑΙΓЄΑΙWΝ ΝЄ ΝΑ In area ΔΠC An. CCLXXXIV. Aquila rostro coronam gerens arae insistit alis expansis.

Meus Ær. m. m. Vide in fronte hujus Libri, et Mus. n. Tab. XXXI. n. 327.

De titulis, ac praecipue de voce PWM, quam exhibet etiam Prymnessus Vrbs Phrygiae in n. pariter aneed. Gordiani patris, dictum est in Mus. n. Parte II pag. 70.

Notae ΔΠC in hoc praestantissimo nummo, qui nunc primum innotescit, ex epochae cardine demonstrato, partim spectant ad annum V. C. Varr. CMXC, ab ineunte aestate, vel autumno; partim vero ad insequentem annum CMXCI usque in ineuntem aestatem, vel proximum autumnum. Ex peculiari insuper Apotheosis epigraphe, et typo, quibus utriusque Gordiani memoria posteritati commendatur, sequitur Aegaeenses hunc ipsum nummum non emisisse, nisi postquam certiores facti fuerant iisdem Romae coelestes honores decretos fuisse. Quod contigit, quando Senatus, accepto vix de extinctis in Africa Gordianis nuncio, Pupienum, et Balbinum, evecto etiam ad Caesaream dignitatem Gordiano puero, Imperatores, et Augustos creavit, ut eos Maximino hosti declarato, et in Italiam cum exercitu advenienti opponeret. Nam ut habet Capitolinus in vita Maximi, et Balbini: *Prima duorum Principum relatio fuit, ut duo Gordiani Divi appellarentur*. Quare dubitari nequit Pupieni, et Balbini electionem ad hunc ipsum annum ΔΠC spectare. Ac revera insignis alter jam prodiit nummus a Sestinio recens editus Descript. N. V. cum imaginibus Pupieni, Balbini, et Gordiani Caesaris, eisdemque notis chronol. ΔΠC, cui adjiciendus tertius unius Pupieni ex Mus. Theup., quos vide paulo infra. Primus iste, in quo mentio fiat tituli ΝΑ, idest Navarchidis.

Ex his porro certo jam patet Gordianorum in Africa electionem ad Imperatoriam dignitatem evenire non potuisse anno V. C. Varr. CMXXCIX, quemadmodum sentiebant Petavius, Dodvellus, Calvisius, aliique praestantissimi Chronologi. Vtrum vero eadem assignanda sit anno V. C. Varr. CMXC, an vero sequenti CMXCI; quidve pariter statuendum sit de tempore, quo Romae a Senatu Pupienus, et Balbinus Imperatores electi fuerint, tum vero etiam, quo potissimum mense A. V. C. Varr. CMXCI apud Aquilejam Maximini interitus cum filio statuendus sit, vide in Exercitationibus in fine Part. II Numism. Imperial. In rem praesentem pro definiendo tempore, quod complectuntur notae ΔΠC de apotheosi utriusque Gordiani Africani, de qua mentionem habet eximius Aegacensium nummus, satis est haec subjungere. Quoniam certo constat Maximini interitum paulo post vernum tempus, nec ultra mensem Aprilem plus minus evenisse, ut in Lib. n. Ær. Vulg. jam demostravimus, ac confirmare libuit cit. Imperial. Parte II; constet pariter Balbinum, et Pupienum post interfectum Maximinum, cum magna modestia, et gravitate imperium moderarentur, intra trimestre spatium, subita militum irruptione, media aestate in ipso foro miserandum in modum interfectos fuisse: ex his certo concludi nummos Ægaeensium cum notis s. s. ΔΠC, anno labente V. C. Varr. CMXCI emissos fuisse, quo etiam tempore Pupieno, et Balbino similes nummi cum eisdem notis chronologicis dicati fuerint. Nam cum electio senum Principum nonnisi post initum mensem Januarium ejusdem anni evenire potuerit, ut fusius probatum invenies cit. Parte II Imperial., decretum postea Senatus subsecutum fuerit de apotheosi utriusque Gordiani Afr., nuntius denique pervenire debuerit ad Ægaeam Ciliciae Vrbem, patet profecto nummos testes de divinis honoribus Africano utrique decretos ibidem primo quoque tempore emissos fuisse labente anno, qui supra CMXCI,

quo etiam dicati Balbino, et Pupieno, ipsorum nummis testibus, et ante exitum ejus anni, sive illum in solstitium aestivum, sive in autumnum conferre lubeat.

ΑΥΤΟΚ ΠΟΥΠΠΙΗΝΙΟС Κ ΒΑΛΒΙΝΟС Κ ΓΟΡΔΙΑΝΟС C Singula ipsorum capita.

ΑΔΡΙΑΝ..... ΑΙΓЄΩΝ ΔΠC An. CCXXCIV. Æsculapius, et Hygia stantes cum attributis, intermedio Telesphoro. Ær. m. m.

Sestin. Descript. N. V. ex M. A.

Balbinus, et Pupienus interficiuntur media aestate A. V. C. CMXCI. Notae itaque ΔΠC id temporis, et illud Divi triusque Gordiani Afr. complectuntur.

..... Μ ΚΛΟΔ ΠΟΥΠΗΝΙΟC CЄΒ .... Caput Pupieni laur.

.... ΑΙΓЄΑΙΩΝ...... In area CΠΔ An. CCXXCIV Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens. Ær. 1. Catal. Theup.

De notis ΔΠC, quae in hoc, et superiori nummo insculptae, satis dictum est in praecedenti utriusque Gordiani Africani numismate. Vnum hic addere praestat: quoniam nummi omnes Ægyptii tam Balbini, quam Pupieni annum tantum I, sive L A inscriptum exhibent, eosdem non modo probare utriusque Principis imperii initium coepisse post diem XXIX Augusti An. V. C. Varr. CMXC; verum etiam eorum caedem non ultra mediam circiter aestatem evenire debuisse anni V. C. Varr. CMXCI, ut ea Ægyptiis perspecta esse potuisset, ante quam Neomenia Thoth ejus anni reverteretur. Qua sane ineunte annus II, sive L B signari coepisset. Quod confirmant etiam nummi Gordiani Caesaris cum anno pariter I. L A, quin ullus extet cum anno II, L B. Caesareae dignitatis.

Caput Gordiani Pii om. epigr.

ΑΔΡ ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΝЄΩΚ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC. In area ΗΠC An. CCXXCVIII. Navis cum remigantibus. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus Philippi cum notis BqC An. CCXCII. Ær. 2. Pell. Mel. II p. 310. An. II Philippi designat.

AVT AIMIAIOC AIMIAIANOC CЄB Caput Aemiliani laureat. AIΓЄAIΩN NЄΩK NAVAP ΘqC An. CCXCIX Minerva galeata stans, d. spiculum, s. clypeum, hinc et inde capra. Ær. 1.

Vaill. et ex eo Band.

AVT AIMIAIOC AIMIAIANOC CЄB. Caput Æmiliani laur. AIΓЄAIΩN NЄΩKOPOY NAVAPXI. In imo ΘqC An. CCXCIX Æsculapius in templo tetrastylo. Ær. 1.

Vaill. et ex eo Band.

Notae ΘqC in his duobus Æmiliani nummis, tum in altero Cornel. Superae, qui sequitur, ex demonstratis de earum cardine, initium habuerunt anno V. C. Varr. MV ab ineunte aestate, vel autumno in idem tempus insequentis anni MVI. Inquirere autem praestat quo anni tempore Ægaei hujusmodi nummos in lucem emittere potuerint. Re sedulo perpensa video id fieri ab iis non potuisse, nisi postquam Æmilianus superatis, interfectisque non longe ab Interamna Gallo, et Volusiano, imperium ex Senatus consensu, qui eum hostem antea declaraverat, solus legitime assecutus fuit. Neque enim credibile est peculiares aliquas Orientis Vrbes tanto intervallo a Moesia dissitas, et in fide manentibus provinciarum Rectoribus, ad Æmiliani partes transiisse, vel transire potuisse, cum ille primum a Moesiaco exercitu imperium acceperat. Praesertim vero quod Romae vix cognita illius defectione hostis a Senatu declaratus fuerat, atque Imp. Gallus, et Volusianus expeditionem statim indixerant ad ipsum bello persequendum. Quis porro sibi suaderi sinat, re celeriter in universo imperio vulgata, nihilque movente Ciliciae Praeside, unam Vrbem Ægaeam ejus provinciae tantum sibi sumere potuisse, ut pecuniam publicam in suae defectionis signum edere auderet? Quae paulo ante de Pescennio commemorata sunt in

Sept. Severi nummo recte se habent: ille enim in sua potestate eas Orientis provincias habebat, ac propterea Sept. Severo necesse fuit, ut exercitum eo duceret, ubi primo ad Cyzicum in Mysia insignem de ejus legionibus victoriam ipso Duce interfecto adeptus, postea ad Issicum sinum in Cilicia, ubi Alexander M. olim Darium vicerat, cum ipso Pescennio congressus, eundem ingenti proelio victum, fugatumque superavit, atque interfecit. Sed hic de provinciis sermo est, quae ad Æmilianum nihil attinebant, quaeque in officio perseverabant erga legitimos Principes Gallum, et Volusianum. Itaque me ipsum emendans in iis, quae in lib. n. pag. 300 aliter statueram, veritati plane consentaneum puto, quod nummi suprascripti ab Ægaea Vrbe manaverint eo trimestri plus minus spatio, quo Romae Æmilianus imperii habenas solus obtinuit.

Definitur autem a verno tempore an. V. C. Varr. MVI, quo uterque Imp. Gallus, et Volusianus in bello ad Interamna perierunt, ad ineuntem aestatem ejusdem anni, quo Æmilianus ad Valeriani exercitum persequendum Roma profectus apud Spoletum, antequam cum hoste congrederetur a suis militibus proditus, atque interfectus imperandi, simulque vivendi finem fecit. Praeter Ægaeenses extant etiam nummi Alexandrini Æmiliano dicati, item Col. Pariae in Mysia: alii Col. Diensis, et Damasci apud Vaillantium, quibus omnibus addendus meus anecdotus in Vrbe Antiochia Syriae Metropoli signatus, quem vide in Musei nostri Descript. Quis quaeso mecum non consentiat singulos hosce nummos ab Vrbibus imperio Romano subjectis, iisdem de causis, quas hactenus memoravimus Æmiliano dicatos fuisse, non primi illius Moesiaci imperii tempore, sed secundi, quod Romae approbante Senatu initum, per trimestre spatium moderate gesserat? Idem ergo, et de Ægaeensibus sentiendum.

Cl. Eckhelius T. VII D. N. V. pag. 365, ubi argumenta profert ad Galli, et Volusiani tribunic. potestatem IV cum eorum imperio conciliandam ita illorum temporum historiam ordinandam censet: Æmilianum forte exeunte Julio An. V. C. Varr. MVI in Moesia, imperium dante exercitu, arripuisse: exeunte eodem anno in Italiam venisse cum Gallo, et Volusiano praelio decertandi causa, qui adversus eundem expeditionem susceperant: circa exitum pariter An. V. C. MVI Valerianum in Rhaetia sese Imperatorem appellasse, et Consulem se cum filio in annum sequentem designasse: Gallum atque Volusianum altero circiter mense An. V. C. MVII cum Æmiliani exercitu apud Interamna dimicantes caesos fuisse: in tres sequentes menses victorem Æmilianum ab ea pugna Romae imperii clavum tenuisse: mox vero cum Valeriano apud Spoletum, antequam manus consereret a suis militibus desertum periisse: Valerianum rerum potitum Romae statim Consulatum cum filio iniisse, atque abolitis Consulibus, qui annum aperuerant in eorum locum subrogatos fuisse, atque hos solos Consules ejus anni Fastos agnoscere, quod olim et sub Elagabali factum. Haec est summa historiae ab eo ordinatae eorum temporum, quam verosimiliter ita disponendam censet, ut tribunic. potestas IV, quae in pluribus tum Galli, tum Volusiani nummis occurrit locum habere possit. Verum si quid probant quae hactenus allata sunt de tempore, quo ab Ægaeensibus emitti potuerint nummi Æmiliani cum notis ΘϙC, vel hoc uno argumento corruunt plane quaecunque in proposita a Cl. Viro illorum temporum ordinatione continentur. Cum enim annus ΘϙC finem habuerit an. V. C. Varr. MVI, vel circa solstitium aestivum, vel ad summum in proximum autumnum ejusdem anni, singula profecto, quae ad interemptos Gallum, et Volusianum, tum ad legitimum Æmiliani imperium, tandem ad Valeriani principatus exordium spectant, in annum ss. MVI conferantur oportet. Plu-

ra jam attulimus in lib. n. pag. 299, ex quibus clare, et perspicue probasse mihi visus sum Galli, et Volusiani interitum ab ineunte aestate anni s. s. MVI nulla ratione divelli posse, idemque propterea statuendum de caeteris omnibus, quae cum eorum fine conjuncta sunt. Quaedam alia hic tamen argumenta proferamus, quae propius Cl. Viri opinionem repudiandam plane suadent. Illud praecipuum est, quod ducitur ex Consulatu ordinario Valeriani, et Gallieni. Novum enim inauditumque, quod Kalendis Januariis anni V. C. Varr. MVII alii Consules ordinarii processerint, quos adulta jam aestate, ut rerum gestarum ordo ex ipsius Eckhelii placitis requireret, Valerianus praelio adversus Æmilianum feliciter confecto, et Vrbem Romam ingressus de sua sede dejecerit, seque cum filio a Senatu post eam victoriam ab Etruria vocato, ac Caesare primum declarato, tum imperii insignibus ornato, in eorum locum substituendum jusserit, erasis, deletisque ex publicis monumentis eorum nominibus, qui annum aperuerant. De Elagabalo quidem simile quid factum constat in odium Macrini; sed id monumenta ipsa, eo etiam, quod pleraque erasa fuerint clarissime adhuc manifestant: Fasti quoque editi partim Macrinum, partim Antoninum Elagabalum exhibent: veteres Scriptores pariter de ea re mentionem faciunt: uno verbo res testatissima manet, quae profecto nec volente ipso Elagabalo ex hominum memoria deleri potuit. Sed incognitum hactenus extitit, nec ullum plane superest vestigium, vel in publicis monumentis, vel apud Romanae historiae Auctores, ex quo conjicere liceat id pariter a Valeriano factum fuisse, quaeque fuerint saltem Consulum nomina e Fastis erasa, et deleta. Hinc quam infirmo, vel potius dixerim nullo prorsus veritatis indicio nitatur Eckhelii conjectura nemo non videt.

Deinde si Æmilianus juxta Eckhelii hypothesim primum Imperator acclamatus fuisset a Moesiae exercitu, *forte exe-*

unte Iulio anni V. C. MVI, ut habet cit. pag. 365, vel *circiter exeunte Augusto*, ut mutato deinde consilio subdit pag. 371, vic ac ne vix quidem tempus superesse intelligimus, quo electionis hujus notitia ad Ægaeenses pervenire potuerit proximo ineunte autumno, eaque accepta statim illi sine deliberandi mora, rebus adhuc suspensis, nihilque movente eorum Praeside, privato, tamque improvido consilio de gratulationis officio praestando Imperatori sic inordinate electo, ac Roma ipsa, legitimisque Principibus reclamantibus, cogitare potuerint, ac re ipsa illud publica sua pecunia, iteratisque nummis testatum fecerint, antequam exiret eorum annus ΘϘC. Sed ponamus id ab Ægaeensibus factum revera fuisse ante exitum anni suprascripti, quoniam Eckhelius in sui systematis commodum differt ejus anni finem in deficientem Octobrem: rogare liceat cur in tanta Ægaeensium cura, et studio suae voluntatis declarandae erga Æmilianum vix ab exercitu electum, atque expirante eorum anno ΘϘC, nulli ipsorum nummi anno proximo mox ineunte T, CCC, ac praesertim ejus legitimi imperii tempore, quod in aestatem usque anni V. C. Varr. MVII, eodem Eckhelio auctore, extenderetur, eidem dicati fuerint, vel ad nos hactenus pervenerint; e contra vero tanta eorundem copia abundemus cum imaginibus Valeriani, et Gallieni, licet utriusque primordia imperii in Eckhelii quoque hypothesi extremam tantum anni T, CCC partem complectantur. Vides ergo singula haec, et superiora portento simillima esse, nihilque in proposita Eckhelii ordinatione temporum offerri, quod illam probabilem reddat, omnia vero mirifice faveant communi fere, ac receptae Chronologorum sententiae, qui Galli, et Volusiani supremum imperandi tempus, tum legitimum Æmiliani imperium, denique imperii Valeriani exordium in ann. V. C. Varr. MVI constituendum esse, et jure quidem affirmant.

Nihil dicam de nummis Alexandrinis Æmiliani cum annis I, et II, L A, L B, quod ad hanc quaestionem definiendam nihil prosint; tam enim conjungi possunt cum an. V. C. MV, et MVI in una sententia, quam cum An. V. C. MVI, et MVII in altera. Duo sunt quae de his nummis certo affirmari posse existimo: primo Ægyptios monetam suam Æmiliano tantum dicasse ejus legitimi imperii tempore, ex allatis paulo supra rationum momentis. Hinc de Arigonii nummo, qui unicus est cum an. I, L A, merito suspicari potest, eo quod ante tres menses justi imperii Romae ab Æmiliano suscepti approbante Senatu, Ægyptus in fide superiorum Principum una cum caeteris Vrbibus Orientis mansisse dicenda sit. Alterum, quod etiam repudiato Arigoniano nummo ex reliquis duobus cum L B, qui Vaill., et Zoegae fide nituntur, illud necessario sequi: Æmilianum primo in Moesia acclamatum ab exercitu Imperatorem ante Neomeniam Thoth, sive diem XXIX Augusti: Quare me ipsum iterum emendans revoco, quae de defectione Ægyptiorum ad Æmilianum primo in Moesia electum in lib. n. scripseram. Si vero aliquando in lucem prodierit nummus, qui Arigonii lectionem de L A confirmet, tunc ratiocinia ibidem instituta retinenda putarem, ne asserere cogamur uno Æmiliani legitimo tempore annum utrumque L A, L B ab Alexandrinis in sua moneta inscriptum fuisse ad utrumque ipsius imperii extremum designandum, quoniam Calculi de supremo Æmiliani vivendi tempore id respuunt.

Illud potius hic iterum subjicere, et confirmare praestat argumentum, de quo pariter in lib. n. dictum est, quod ducitur ex nummis Colon. Viminacii Moesiae superioris cum An. XIV, cum illud aptissimum judicem ad controversiam, in qua versamur penitus dirimendam. Eckhelius, ut ab eo sese expediat cit. lib. VII pag. 364, affirmat: *in hac causa nummos Daciae, ac Viminacii, quod spectatis Epochae annis saepe turpiter fallant, se vix audiendos*

putarè. Verum id generatim de hujusmodi nummis, praesertim Viminacii jure negandum. Idem ipse Eckhelius T. II. pag. 10, propositis tabulis numismatum utriusque provinciae, quae sibi certa fide ex Mus. imprimis Vindobonensi constabant, haec expressis verbis pronunciat: = *secundum propositam seriem apparet sane, cum secundum succedentes sibi Imperatores crescunt numeri inscripti, hos veram habere rationem Epochae, etiam si nonnulli alienam stationem temere insedere.* = Eodem itaque Judice rem agamus. Nummi Col. Viminacii ab anno primo ad XVI progrediuntur: in serie ab eodem proposita sub anno XIV ex iis, qui *secundum succedentes sibi Imperatores crescunt*, eodemque propterea teste, et Judice num. iste XIV *veram habere rationem Epochae* dicendus est, praesertim vero cum nulli in quibuscunque Catalogis, eoque Eckhelii inveniantur nummi Æmiliani cum aliqua subsequentium annorum nota. Quid ex his porro corollarii loco sequatur per se patet. Nam idem Cl. Auctor ibidem pag. 11 consentit, idque ex nummis etiam ostendit: epocham hanc verosimilius a Kal. Januariis esse inchoandam, quod Romanorum Coloni patrio instituto sese accomodaverint. Sequitur ergo annum Col. Viminacii XIV in nummis Galli, Æmiliani, et Valeriani universum complecti ann. V. C. Varr. MVI. Ex quo statuas oportet Valerianum ante hujus anni exitum Imperatorem, et Augustum a Senatu electum, et proximis Kal. Januariis anni MVII consulatum iniisse, itemque anno MVI nondum exeunte ejus electionem perspectam esse debuisse Coloniae Viminacio, ut nummi, et quidem non pauci ab ea cum anno XIV in ejus honorem emitti possent. Valerianum, ipso fatente, praecessit Æmilianus justo trium mensium imperio, hunc praecesserant Gallus, et Volusianus, ab eo ineunte aestate interempti in praelio apud Interamna: concludendum itaque trium superiorum Principum exitum, et Valeriani

imperii primordia in ann. V. C. Varr. MVII nulla ratione protrahi posse.

Supponit Eckhelius in sua illa ordinatione temporum cit. pag. 365 lib. VII Valerianum in Rhaetia sese Imperatorem appellasse exeunte An. V. C. MVI, eodemque tempore Æmilianum cum exercitu in Italiam venisse, ut bello cum Gallo, et Volusiano de summa rerum decertaret, quibus altero circiter mense anni MVII devictis, atque interfectis, Romae justum per tres menses imperium tenuisse. Quis porro non videt exeunte anno MVI in hypothesi Eckhelii Moesiam adhuc obtinente Æmiliano, ejusque partes favente ea provincia, in qua Imperator electus fuerat, impossibile fuisse, ut nummi cum Valeriani imagine in ea ederentur, etiamsi ibidem compertum factum esset, quid in Rhaetia Valerianus egisset? Quis praeterea sibi suaderi sinat Colon. Viminacium, quae tot nummos edidisse supponitur in systemate Eckhelii, sub exitum anni V. C. MVI, cum an. XIV in honorem Æmiliani: mox ineunte anno V. C. MVII, eo vel adhuc bellum gerente cum Gallo, et Volusiano, vel post eorum interitum Romae imperium legitimum obtinente, nullos alios emisisse cum An. XV in suae gratulationis argumentum, tam idoneo tempore, quod tantopere in eorum laudem, honoremque vertebatur. Haec quemadmodum plane incredibilia, ita mirum in modum confirmant excludendum penitus esse an. V. C. MVII a primordiis imperii Valeriani, ab iis Æmiliani, et a duorum Principum caede, qui eum praecesserant, Galli, et Volusiani.

In eadem tabula numismatum Col. Viminacii notat laud. Eckhelius sub an. XII ipsius Æmiliani nummum ex Arigonio. Sed unicus est, si vera sit lectio, qui anteriorem stationem temere insederit ex Barbarorum oscitantia, qui matrices nummorum praecedentium Principum inconsiderate adhibuerint, quod non officere ipse Eckhelius ibidem animadvertit. Caeterum cum anno XIV, et ab Arigo-

nio ipso, et in aliis Catalogis tam saepe memorantur nummi Æmiliani, ut de Epochae ratione, quam obtinent nulla suspicio oriri possit. Memorandus potius hoc loco alter ipsius Æmiliani nummus cum anno XIII ex Mus. Theup., ejusque Catal. ubi de Coloniis, quem omisit Echkelius. Iste optime conciliatur cum imperio Æmiliani, quin litem quisque jure movere possit, quod Moesiaci imperii tempore editus dicendus esset. Id enim impune in Moesia fieri potuisse nemo inficiabitur. Cum itaque annus XIII annum V. C. Varr. MV designet, jure inferes Moesiaci, legitimique imperii Æmiliani fines partim anno MV, partim insequenti MVI circumscribi. Ex quibus superiora mirifice iterum confirmantur.

Demum allatis hactenus probationibus supremus veluti cumulus accedat ex nummis Ægyptiis Gallieni. In hisce anni inscripti progrediuntur a primo ad XVI: de postremo fidem facit Cl. Zoega, qui eundem in Regio se Galliarum Museo cum caeteris descripsisse testatur, eumque recenset Eckhelius ipse T. IV pag. 93. Si Valerianus exeunte anno V. C. MVI se primum in Rhaetia Imperatorem appellasset, et Consulem designasset cum filio in an. proximum MVII, ex Eckhelii calculis cit. lib. VII pag. 365, annus primus Ægyptiacus in suis, et Gallieni nummis exiisset die XXIIX augusti an. V. C. MVII, ac die sequenti coepisset an. II. L B, et ita deinceps; postremus vero XVI L IϚ initium habiturus fuisset revertente Neomenia Thoth, sive die XXIX augusti anni V. C. Varr. MXXI. Atqui eodem teste Eckhelio T. VII pag. 394, quod etiam vetera historiae monumenta confirmant, Gallienus in obsidione Mediolani interfectus fuit mense martio anni s. s. MXXI, menses quinque ante Neomeniam Thoth futuram, qua signari potuisset An. XVI L IϚ. Singula ergo, quae pertinent ad primordia imperii Valeriani, et Gallieni, tum ad Æmilianum, ejusque praecedentes Principes Gallum, et Volusianum, de quibus hacte-

nus dictum est, patet necessario in annum V. C. Varr. MVI esse retrahenda, ac propterea retinendam esse chronologicam temporum seriem, quam in lib. n. jam constituimus, modo autem tam perspicuis argumentis confirmavimus, Gallum vero, et Volusianum, unde omnis haec controversia ortum habet, Kal. Januariis An. V. C. Varr. MVII jam e vivis sublatos fuisse, nec tribunic. potest. IV inire potuisse: hanc denique notam cum praecedentibus aliam quamlibet interpretationem admittere posse, praeter quam, quae a Cl. Eckhelio proponitur, quod ea cum recta, ac vera eorum temporum historia conciliari nequeat.

Γ ΚΟΡ..... ϹΟΥΠϾΡ..... Caput Cornel. Superae.

ΑΙΓϹΑΙΩΝ ΝϾΩΚ ΝΑΥΑΡ ΘqϹ Templum distylum, in quo aquila, et in imo capra decumbens. Ær. 1.

Ex epistola Anonymi Neapol., ab eaque Khell. in notis ad Haym. Parte II. p. 391, et Eckhel. D. N. V. Notae an. designant V. C. MVI ex praecedenti.

Verisimile profecto est, ut Eckhelii verbo utar, quod Æmilianus sibi Corn. Superam prae caeteris in uxorem vindicare debeat ob notas ΘqϹ in utriusque nummis inscriptas, tum ob imaginem, quam exhibent tam Æmiliani, quam Superae nummi Col. Pariae. Cum tamen nihil explorati habeamus de uxoribus Galli, et Volusiani, quibus imperantibus s. s. notae ΘqϹ pariter convenire possunt, certiora monumenta non injuria in lib. n. expectanda duxi, ac modo exopto ad rem penitus definiendam.

ΑΥΤ..... ΟΥΑΛϹ...... Caput Valeriani laureatum.

ΑΙΓϾΑΙΩΝ..... ΝΑΥΑΡ ϾΤ Τ Anno CCC Mulier velata sedens, d. pateram, s. hastam. Ær. 1.

Catal. Theup.

ΑΥ ΚΑΙ ΠΟΥ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛϾΡΙΑΝΟϹ ϹϾΒ Caput Valeriani laureatum cum lorica ad pectus.

ΑΙΓϾΑΙΩΝ ΝϾΩΚΟΡΟΥ ΝΑΥΑΡ In area ϾΤ Τ An. CCC

Mulier velata sedens, d. pateram, s. demissa sceptrum; pro pedibus urna. Ær. 1.

Bandur. ex Vaill.

..... ΠΟV ΑΙΚ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Valeriani radiat.

ΑΙΓЄΑΙΩ..... ΩΝ ΝΑVΑΡ ЄΤ Τ An. CCC Fortuna stolata stans, d. temonem, s. cornucopiae. Ær. 2.

Catal. Theup.

ΑVΤ ΚΑΙ ΠΟV ΑΙΚ ΟVΑΛ..... Caput Valeriani laureatum.

ΑΙΓЄΑΙωΝ ΝЄω ΝΑVΑΡΧ Superne in area ЄΤ Τ Æsculapius, et Hygia ex adverso stantes cum attributis, intermedio Telesphoro. Ær. 2.

Arigon. T. I. Tab. XIIII n. 214.

...... ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gallieni radiatum.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝЄωΚΟ ΝΑVΑΡΧΙ Є Τ An. CCC Figura muliebris sedens, d. pateram, s. hastam gerit. Ær. 2.

Pell. M. II p. 221.

Α Κ ΠΟV ΑΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gallieni radiatum.

ΑΙΓΑΙωΝ ΝЄωΚ ΝΑVΑΡΧ Τ An. CCC Duo Athletae stantes. Ær. 2.

Haym T. II Tab. XLIX n. 6.

Gallienus etsi primo Caesar a Senatu declaratus, mox tamen a patre Augustus dictus est. Hinc nullus ipsius nummus hactenus innotescit cum Caesaris titulo. Ab aestate igitur anni V. C. Varr. MVI, quo primum Gallienus Caesar, moxque Augustus appellatus, ad insequentem annum, ad quem referuntur notae Τ, sive an. CCC Gallieno recte convenire posse titulos Imp., et Augusti nemo non videt.

ΑV ΚΑΙ ΠΟ ΑΙ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani radiatum.

ΑΙΓΑΙωΝ ΝЄωΚΟ ΝΑVΑΡΧ ЄΤ ΤΑ An. CCCL Vrna ludorum cum duobus palmae ramis. Ær. 2.

Montius ex Mus. Odesc. postea Vatic. Vaill., et ex eo Bandurius.

Caput Valeriani om. epigr.

ΑΔ ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑVΑΡΧ ЄΤ ΤΑ An. CCCI Fortuna stolata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. et ex eo Bandur.

Caput Valeriani sen. om. epigr.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑV In area ЄΤ ΤΓ An. CCCIII Caput Medusae in medio Zodiaci. Ær. 1.

Bandur ex Vaill.

AVT ΑΙΚ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Valeriani radiatum cum paludamento ad humeros.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩ ΝΑV ЄΤ ΤЄ An. CCCV Fortuna stans cum attributis. Ær. 2.

Bandur. ex Mus. Reg. Vaill.

AVT ΚΑΙ ΠΟV ΑΙΚ ΟVΑΛ ...... Caput Valeriani laureatum cum paludamento.

ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΝЄω ΝΑVΑΡΧ ЄΤ ЄΤ An. CCCV. Æsculapius baculo innixus, cui involutus serpens: a. d. Hygia, et inter utrumque Telesphorus. Ær. 2.

Tanin. ex Arig.

Π ΑΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ Caput Gallieni laureatum.

ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Vrna, in qua duplex palmae ramus. Superne ЄΤ ΤЄ An. CCCV. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 220.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝЄΙΝΑ Caput Saloninae cum stola ad pectus, et luna bicorni ad humeros.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝЄΩΚ ΝΑVΑΡ ЄΤ ЄΤ An. CCCV Figura nuda Triptolemi in bigis. Ær. 1.

Bandur. Vaill.

AVT Κ Π ΑΙΚ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani laureat.

ΑΙΓЄΑΙΩΝ ΝЄΩΚ ΝΑVΑΡ ЄΤ ΖΤ An. CCCVII. Bacchus seminudus uvis coronatus, d. cantharum, s. thyrsum, hinc inde tigris. Ær. m.

Mus. Pisan. et ex eo Tanin.

Caput Valeriani om. epigr.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩ ΝΑΥΑΡΧ. In area ЄΤ ΖΤ An. CCCVII. Bacchus vehitur in curru a duabus pantheris, d. cantharum, s. thyrsum. Ær. 1.

Vaill., et ex eo Bandur.

In lib. n. p. 246, et seq. plura argumenta allata sunt, quibus demonstrasse mihi visus sum, Valerianum Saporis Parthorum Regis dolo captum fuisse ante autumnum An. V. C. Varr. MXIII. Hinc inferre licuit Ægaeenses, qui non longe ab iis regionibus aberant post id temporis intellecta ipsius captivitate haud equidem edituros fuisse nummos, in quibus idem Valerianus tanquam Domitor Orientis sub Bacchi triumphantis imagine repraesentaretur; eo enim tempore miseranda quidem, sed non irridenda tanti Principis captivitas; idque argumento esse, quod annus ΖΤ in hoc nummo inscriptus coepisset ante autumnum anni suprascripti MXIII. Ex quo demum concludendum Epochae cardinem ab aestate potius, quam ab autumno an. V. C. DCCVII ducendum esse. Ex nummis idipsum veritati admodum consentaneum videri jam probavimus suo loco. Nunc praestat in eodem argumento breviter immorari. Ex probatis paulo ante constat Valerianum primo ab exercitu, quem ille in alpinis partibus contraxerat in Imperatorem, et Augustum electum fuisse, tum sublato Æmiliano, ejus electionem ingenti laetitia confirmatam fuisse a Senatu, populoque Romano, idque contigisse circa ineuntem aestatem An. V. C. Varr. MVI. Probatum est etiam Valeriani electionem tum etiam Senatus approbationem Ægyptiis innotescere debuisse labente aestate ejusdem anni, ex quo factum sit, ut statim illi nummos emittere potuerint Valeriani, et Gallieni cum notis L A ante diem XXIX augusti ejusdem anni, tum vero nummos cum notis L B ex die XXIX augusti ipsius anni MVI. Si ergo id praestiterunt Ægyptii, Ægaeenses quoque Valeriano nummos dicare potuissent cum notis ΘϞC, facta hypothesi, quod ipsorum epocha initium

sumeret post Kal. Septembres, ab autumno, vel ineunte, vel labente. Cum autem tanta ad nos pervenerit nummorum copia non modo Valeriani, sed etiam Gallieni cum nota T, nullus vero cum notis praecedentibus ΘqC, jure inferre fas esse Ægaeensium Epocham ante mensem septembrem, atque ab aestate potius ducendam esse, quin plura addere oporteat. Illud potius non omittendum nummos Ægyptios Valeriani postremos inscriptum exhibere annum VIII L H. Coeperat annus iste ex die XXIX augusti an. V. C. Varr. MXII. Cum nulli igitur supersint nummi cum notis L Θ, id argumento esse debet Ægyptiis innotuisse Valeriani captivitatem, antequam reverteretur Neomenia ipsorum anni civilis An. V. C. Varr. MXIII. Quibus mirifice confirmantur, quae de Ægaeensium epochae exordio, tum de captivitate Valeriani, tam in lib. nostro Ær. Vulg., quam in superioribus nummis allata sunt.

ALEXANDRIA CILICIAE

Alexander M. cum de exercitu Darii insignem victoriam retulisset, eodem fere in loco Vrbem aedificavit, quam de suo nomine Alexandriam nominavit. Pompejus confecto Piratico bello Pompejopolim in Cilicia, condidit, aliasque in ea provincia Vrbes instauravit, in quas praedonum reliquias distribuit, quibus parcendum existimavit. Inter has recensenda Alexandria ad Issum, quae in beneficiorum, et autonomiae memoriam epocham Pompejanam instituerit. Si eodem tempore id praestitit, quo Vrbs Pompejopolis, Ærae caput sumendum ab An. V. C. Varr. DCXXCVII. Verum ex paucis, qui supersunt nummis unum illud certo statui potest, eandem Æram posteriorem esse non posse autumno An. V. C. Varr. DCXXCVIII. Vide quae infra adnotabimus in nummo Caracallae cum notis chronol. BΠC.

AVTOK KAIC NϾP TPAIANOC CϾB Caput Trajani laureat.
ΑΛϾΞΑΝΔΡϾΩΝ ΚΑΤ ICCON ΑΠΡ An. CXXCI Figura togata stans, d. pateram, s. cartham involutam. Ær. 2.
Vaill. de Num. Graec.

Caput Trajani laureatum epigraphe vitiata.
.... ΡϾΩΝ ΚΑΤ ICCON ϾΤΟVC ΑΠΡ Caput Plotinae. Ær. 3.
Ex Museo Borgiano Sestin.

AVTOKPA ΑΔΡΙΑ CϾΒΑ ϾΤΟΥ CB An. CCII Caput Hadriani laureatum.
ΑΛϾΞΑΝΔΡ.......... ICCON Cybele leoni insidens. Ær. 3.
Pell. M. II p. 63, et 310.

AVT K AV........ Caput laureatum Caracallae.
ΑΛϾΞΑΝΔΡϾΩΝ ΚΑΤ ICCO ϾΤ ΒΠC An. CCLXXXII Mulier stans, d. elata, s. demissa virgam. Ær. 2.
Catal. Theup.

Caput Caracallae om. epigr.
ΑΛϾΞΑΝΔΡϾΩΝ ΚΑΤ ICCO ϾΤ ΒΠC An. CCXXCII Alexander seminudus stans, d. pat., s. hastam. Ær. 3.
Vaill. de Num. Graec.

Caracalla interficitur die natali suo a. d. VI. Id. Aprilis anni V. C. Varr. CMLXX, ut inter caetera monumenta Ægaeensium nummi ostendunt, de quibus paulo ante egimus. Si Alexandriae epocham duxeris ab autumno An. V. C. Varr. DCXXCVIII exierit oportet annus ΒΠC, Caracalla interempto ante sex menses. Non igitur ultra hunc terminum protrahi potest ejus epochae exordium, sed nummus iste primis sex mensibus ejusdem anni signatus intelligendus in hac hypothesi. Quantum autem in anteriora retrahi possit, ex recitatis nummis Trajani, et Hadriani hactenus nihil certi statui potest.

AMASIA METROP. PONTI

Amasia Vrbs Ponti clarissima, multo etiam illustrior, quod Strabonis patria extiterit. A Principibus Romanis Hadriano imprimis, et M. Aurelio honoribus aucta, eorum nomina sibi indita nummis suis adjecit, ut Hadrianae, Severianae, Antoninianae etc. Ejus epocha, de qua in varias abierant sententias viri praestantissimi Norisius, Hard., Froelichius, Vaillantius, modo ex nummis, qui magna copia in lucem prodierunt certo definitur, recteque constituta fuisse ostenditur a Cl. Mazzoleno in animadvers. ad Numism. m. mod. Mus. Pisani in An. V. C. Varr. DCCXLVII. Ac revera ex nummis Commodi, et Alexandri Sev. constabit posteriorem esse debere verno tempore, nec ultra autumnum ejusdem anni proferri posse. Vide suprascriptos nummos suo loco. In quem vero potissimum mensem statui debeat consule nummum Mamaeae, ubi ostenditur circa ineuntem Majum ejus exordium constituendum esse.

AV. NЄ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ ΓЄΡ ΔΑΚΙΚΟϹ Caput Trajani laur.

ΑΜΑϹЄΩΝ ЄΤΟΥϹ ΒΙΡ An. CXII Templum quatuor columnarum cum gradibus. Ær. 3.

Froel. IV Tentam., Eckhel. Catal. Vind.

Titulus Dacici Trajano accessit An. V. C. Varr. DCCCLVI; nummus igitur iste, ex epochae cardine initio constituto, signatus fuit post triennium circiter, ex quo ille de Dacia victor triumphaverat.

...... ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput Antonini Pii laureatum.

ΑΜΑϹΙΑϹ ΤΗϹ ΜЄΤΡΟΠΟΛЄΩϹ Є ΡΝЄ An. CLV Basis, sive substructio, et in aliis similibus cum parva arbore. Ær. 2.

Haym. Tab. XXXIV fig. V.

AVT ΚΑΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput Antonini Pii laureat.

ΑΜΑϹ ΜΗΤΡ ΡΝΗ An. CLVIII. Prora navis, supra quam serpens. Ær. 3.

Pell. Mel. II p. 74.

Caput Faustinae jun. om. epigr.

AMACIA ΠP ΠONTOY NE ΘΞP An. CLXIX. Fluvius barbatus jacens, d. arundinem, prope cymba, s. rupi innititur.

Vaill.

Alius, sed epocha PΠΘ Hard. ex Museo Regio Num. III sub Amasea, et Hist. Aug. p. 789. Eckhel. Doctrina Num. Tom. II. pag. 345.

Recte notat Eckhel. loco cit., vel hunc nummum ad memoriam Faustinae Commodi matris dudum defunctae renovandam ab Amasenis percussum fuisse, aut non recte ab Harduino lectum, qui solus eum hactenus cum his notis edidit. In prima vero hypothesi notae cum imperio Commodi jungendae, quae optime cum illo conciliantur.

M AVPHA KOMO ANT..... Caput laureatum Commodi.

AMACEIT MHTP NEΩK ΠP T ΠON In imo ET PΠΘ An. CXXCIX Substructio quadrata, supra quam aquila, et Sol in quadrigis, et non longe parva arbor. Ær. 2.

Pell. P. III Tab. CXXVIIII. n. 4 p. 210.

Habes supra AMACEΩN, et AMACIAC, hic AMACEITΩN A Strabone civis suus Capiton Historic. dicitur Ἀμασεύς, a Stephano Byzant. Ἀμασεώτης.

AVT KOMOΔOC ANTΩNINOC Caput laureatum Commodi.

AΔPAM MHTP NEΩK ΠP ΠONT ET PΠΘ Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens. Ær. 1.

Catal. Theup. sub Vrbe Adramittio; sed divide AΔP. AM, et nummum *Hadrianae Amasiae* restitue.

Caput Commodi om. epigr.

Epocha PϘA. An. CXCI, omisso typo. Ær. 1.

Pell. M. II. p. 311.

Adjiciendus hic nummus Eckhelii Catalogo, a quo omittitur.

AVT KOMOΔOC ANTΩNINOC Caput Commodi laureatum.

ΑΔΡ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡ ΝΕΩΚ ΠΡ ΠΟ ΕΤ Ϙϙθ An. CXCIX Fortuna stans cum attributis. Ær. 1.

Sestin. T. IV Epist. Numism. p. 100.

Caput Commodi om. epigr.

ΑΔΡΙΑΝ ΑΜΑCΙΑ Π Π ΝΕ Ϙϙθ An. CXCIX. Duo fluvii ex eodem latere decumbentes. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Commodus interficitur postremo anni die, pridie kalendas Januarias, quibus mox Consulatum inierunt Falco, et Clarus, qui sunt indices An. V. C. Varr. a Paril. prox. CMXLVI. Vide quae in lib. n. Ær. Vulg. probata sunt pag. 278. Si epocham duxeris ab autumno An. V. C. Varr. DCCXLVII, in exitu futurus erit an. Ϙϙθ autumno An. V. C. CMXLVI, novem circiter menses post Commodi necem. Posteriora igitur initia statui nequeunt; autumno anni suprascripti DCCXLVII; ita ut in hac hypothesi nonnisi postremis tribus mensibus, qui reliqui sunt imperii Commodi, aut paulo post ejus necem antequam nuntius ad Amasenos perveniret, nummus iste signari potuerit. Caetera vide in nummis Alexandri Severi, et Mamaeae.

ΑΥ ΚΑΙ Λ CΕΠΤ CΕΟΥΗΡΟC Caput Septimii Severi laureat.

ΑΔΡ CΕΥ ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ ΝΕ ΠΡ ΕΤ CΗ An. CCVIII Viri duo togati dex. jungunt. Ær. 1.

Haym. T. II p. 313 Tab. XXXVIII n. 13.

ΑΥΤ.... CΕΠΤ CΕΟΥΗΡΟC CΕ.... Caput Sept. Severi laur.

ΑΔΡ CΕΥ ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡ ΝΕ ΠΡ ΠΟ ΕΤ CΗ An. CCVIII Substructio quadrata, supra quam aquila expansis alis, et non longe parva arbor. Ær. 1.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel. Catal. Theup. Vaill. Mus. Odesc. nunc Vatic., Mus. Cusinerianum.

.... ΟΥΗΡΟC ΠΕΡ CΕΒ Caput Sept. Sev. laur.

ΑΔΡ CΕΥ ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑC ΜΗ ΝΕ ΠΡ ΠΟ In area Ε CΗ An. CCVIII, et ΕΡΜΗC ΚΤΙCΑC ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ. Aquila trunco arboris insidens, rostro coronam. Ær. 1.

Haym. T. II pag. 308, Sestin. Descript. V. N. cum integra capitis epigraphe AV K Λ CЄΠ CЄOVHPOC ΠЄPTЄIN. Mentio in hoc de Mercurio Conditore Vrbis.

Caput Sept. Severi om. epigr.

AΔ CЄV ANT AMACIAC MH NЄ ΠP ΠO ЄT CH An. CCVIII Fortuna stans cum modio. Ær. I.

Alius, sed Victoria scribens in clypeo. Ær. I.

Alius, sed Imp. eques currens, d. sceptrum. Ær. I.

Alius, sed figura muliebris in templo distylo. Ær. 2. Vaill. de Num. Graec.

IOVΛIA ΔOMNA CЄ Caput Jul. Piae.

AΔP CЄV ANT AMACIAC MH NЄ ΠP ΠO In area ЄT CH An. CCVIII. Fortunae stantis typus. Ær. I.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel. Vaill.

Alius, sed substructio quadrata. Vaill. Mus. Nanian. Venet. Ær. I.

AV KAI M A.... TΩNINOC Caput juvenile Caracallae laur.

AΔP...... AMACIAC MHT NЄ ΠP.... In imo ЄT CH An. CCVIII Substructio quadrata, supra quam ara, vel aliud aedificium in segmenta veluti divisum, cui insistit aquila; ad latus vero substructionis parva arbor. Ær. I.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVI. n. 238. Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel., et Mus. Cusinerii.

KAI M AVP ANTΩNINOC Caput nudum Caracallae.

AΔP CЄV ANT AMACIAC MHT NЄ ΠP Π ЄT CH Ædificium quadratum. Ær. I.

Alius, sed Pallas stans cum hasta, et clypeo. Ær. I. Catal. Theup.

AV KAI M AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.

AΔP CЄV ANT AMACIAC MHTP NЄ ΠP Π ЄT CH Fortuna stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. I.

Schedae Sestin. ex Mus. Cusin. Eckh. Catal. Vind. Catal. Theup.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚЄCΑΡ (sic) CЄΒ Caput Getae nudum.
ΑΔΡ CЄV ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ ΝЄ ΠΡ Π ЄΤ CΗ An. CCVIII Castrum. Ær. 1.
Catal. Theup.

Vbi CЄΒ, legend. *Augusti fil.* Nam nonnisi post sexennium Geta Aug. appellatus est, quod patet etiam ex capite sine laurea, et ex aliis duobus similibus nummis, qui sequuntur.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚЄCΑΡ (sic) Caput Getae sine laurea.
ΑΔΡ CЄV ΑΝΤ ΑΜΑC ΜΗΤ ΝΕ ΠΡ ΠΟ ЄΤ CΗ Substructio quadrata, supra quam Sol in quadrigis, d. elata, s. flagrum, et non longe parva arbor. Ær. 1.
Sestin. ex M. Ainsel.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚЄCΑ (sic) Caput Getae nudum.
..... ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ ΝЄ ΚЄ (sic) ΠΡ ΠΟ ЄΤ CΗ Ipse Geta in equo decurrente, d. hastam, in imo figura in genua procumbens.
Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel.

Caput Getae om. epigr.
ΑΔΡ CЄV ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑ ΜΗ Π Π ЄΤ CΗ Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam, ad pedes aquila. Ær. 1.
Alius, sed Fortuna stans cum attributis. Ær. 1.
Vaill. de Num. Graec.
Alius, sed sine typo, et epigr. etiam aversae partis. Ær. 1.
Pell. M. II p. 311.

Nummus Sept. Severi.
Aversae partis epocha CΘ An. CCIX. Ær. 2.
Pell. M. II p. 311.

ΑV ΚΑΙ Μ ΑVΡ ΑΝ..... ΝΟC Caput juvenile laureatum Caracallae cum paludamento ad humeros.
ΑΔΡ CЄ ΑΝΤ .... In imo ЄΤ CΘ An. CCIX Ædificium quadratum, in quo ara, et Solis quadrigae. Ad la-

tus Ædificii, arbor ex duobus truncis in spiras veluti contortis. Ær. 1.

Quid simile habes apud Haym. T. II Tab. 34.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVI n. 239.

AVT KAI M AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.

ΑΔΡ CЄV ANT AMACIAC MHT .... ЄΤ CΘ An. CCIX Substructio quadrata supra quam ara. Ær. 1.

Sestin. ex Mus. Ains. Vaill.

Alius, sed Caracalla paludat. stans ad aram, d. pateram, s. hastam. Ær. 1.

.... ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.

ΑΔΡ CЄV ANT AMACIAC MHT NЄ ΠΡ Π ЄΤ CΘ Templum quatuor column. in substructione quadrata, et non longe parva arbor. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind.

AV K M AVP ANTΩNINOC Caput laur. Caracallae.

ΑΔΡ CЄV ANT AMACIAC MHT NЄ ΠΡ ΠΟ ЄΤ CΘ Serapis sedens cum calatho in capite, d. extensa, s. hastam, pro pedibus cerberus, in area astrum. Ær. 1.

Catal. Theup.

...... M.. ANTΩNIN Caput juvenile Caracallae laureat.

ΑΔΡ CЄV ANT AMA.... MHT Π..... In area ЄΤ CΘ Caracalla, et Geta paludati stantes dex. jungunt. Primus volumen s. gerit. Ær. 1.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVI n. 240.

..... KAI M AVP ANTΩNЄINOC.. Caput laureatum Caracallae. In alio M. Ainsel. Caput radiatum.

ΑΔΡ CЄV ANT AMACIAC MHT NЄ ΠΡ ΠΟ ЄΤ CΘ Caracalla, et Geta fratres dex. jungunt, in area stella. Ær. 1.

Catal. Theup. M. Ainsel.

Alius, sed Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

AV K M AVP ANTΩNЄINOC. Caput laureatum Caracallae.

ΑΔΡ CЄV ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ ΝЄ Π Π Є CΘ Fortuna stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 1.

Vaill. Schedae Sestin. ex M. Ains. Idem Lettere Tom. VIII. pag. 59. ex Mus. Berol.

Caput Caracallae om. epigr.

ΑΔΡ CЄV ΑΝΤ ΑΜΑCΙΑ ΜΗ ΝЄ ΠΡ ΠΟ ЄΤ CΘ Pallas stans, d. hastam, s. clypeo innititur. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Ex hactenus allatis nummis patet Amasenos suum erga Septimium Severum, ejusque uxorem, et filios obsequium praecipuum in modum declarasse sub annis CCVIII, et sequenti, ЄΤ. CΗ, ЄΤ. CΘ. Respondent autem annis V. C. CMLV, et CMLVI ex praecedentibus, quibus primo celebratae fuerunt Plautillae nuptiae cum Caracalla, tum peracta summa magnificentia, pluribusque editis spectaculis, ac certaminibus, Severi decennalia, de quibus vide in Vrbe Gaza sub Plautilla. Mirari autem subit nullos hactenus prodiisse nummos hujus Vrbis cum Plautillae imagine, cui certatim singulae fere Orbis Romani Civitates eo tempore gratulationis officia praestiterunt.

Nummus Getae Caes. omissa utriusque partis epigraphe, excepta epocha, quae sic se habet:

ЄΤ CΙΓ An. CCXIII. Ær. 2.

Catal. Hennerician. n. 2985.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ CЄVΗΡΟC ΑΛЄΖΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Severi laureatum.

ΑΔΡ CЄV ΑΛЄΖ ΑΜΑCΙΑ ΜΗΤ ΝЄΩ ΠΡ ΠΟΝ ЄΤ CΚΗ An. CCXXVIII. Substructio quadrata cum aquila, et Sole in quadrigis, et parva arbore. Ær. m.

Eckhel. Catal. Vind. Hard. Hist. Augustan. Mazzolenus ex Mus. Pisano.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ CЄΟVΗΡΟC ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC Caput Alex. Sev. laureatum.

ΑΔΡ CΕV ΑΛΕΞ ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ ΝΕ ΠΡ Π ΕΤ CΚΗ An. CCXXVIII. Fortuna stolata stans, d. temonem, s. cornucopiae. Ær. m. m.

Catal. Theup.

Caput Alexandri Sev. omissa epigr., et typo utriusque partis, excepta epocha CΚΗ An. CCXXVIII. Ær. m.

Pell. M. II. p. 311, qui illum a se descriptum putat T. III p. 208. Sed ibidem num. Commodi exhibetur.

Quemadmodum ex nummo Commodi cum notis ΡϘΘ pag. 36 demonstratum est Æram Amasiae posteriorem esse non posse autumno An. V. C. DCCXLVII, ita ex hisce tribus nummis cum notis CΚΗ evincitur eandem inchoandam esse mensem aliquem post aequinoctium vernum ejusdem anni. Cum enim Elagabali caedes evenerit mense martio An. V. C. Varr. CMLXXV, quod jam certissimis monumentis constat, si epocha Amasiae ducenda esset ab aequinoctio verno an. V. C. DCCXLVII, annus CΚΗ in nummis Alexandri Sev. adjectus, exiisset revertente aequinoctio verno an. V. C. Varr. CMLXXV. Ergo, vel nondum Elagabalo interfecto, vel certe nondum perspecta Amasenis ejus caede, atque Alexandri Sev. electione in Augustum. At vero in laudatis nummis Amasia se jam Alexandrinam nominat; addit initio Imperatoris titulum, et Alexandri caput laurea corona ornatum cernitur; consequens igitur est nummos cum notis CΚΗ cusos fuisse post perspectam Elagabali caedem, ideoque mensem aliquem saltem post aequinoctium vernum. Ex quo demum concluditur ejus quoque epochae cardinem post idem aequinoctium inchoandum esse.

Hic autem animadvertere praestat ex hujusmodi nummis cum anno CΚΗ invicte etiam probari caedem Elagabali evenire debuisse mensem saltem aliquem ante aequinoctium autumnale. Nam si ille interfectus fuisset sub autumnale aequinoctium, quo finem habiturus esset annus CΚΗ, nondum Amasenis perspecta esse potuisset electio Alexandri a

Senatu facta, de qua tamen testes sunt nummi suprascripti. Necessario igitur Elagabali caedes in anteriorem aliquem mensem saltem retrahenda ante ipsum aequinoctium autumnale. Ex quibus profecto patet eorum omnium opinionem repudiandam esse, qui statuunt, ut Vignolius, et Andreas a Turre, pseudo Antonini interitum in mensem Septembrem conjiciendum esse, multo vero longius a veritate abesse alteram Zoegae, qui hunc casum in novembrem usque differt. Sed de Elagabali caede, quae in anteriores adhuc menses, et in vernum tempus an. V. C. CMLXXV retrahenda sit, cum multa jam disputata sunt in lib. n., tum supra in Vrbe Ægaea ex nummo Claudii cum notis PA, iisque Macrini, et Diadumeniani cum not. ΓΞC controversia omnis definita est. Non omittendum potius quod si Amasenis mors Elagabali, et Alexandri successio ex probatis innotuit mensem saltem aliquem ante autumnum; ita ut nummos in gratulationis argumentum novo Principi dicare potuerint ante exeuntem ipsorum annum CKH, idipsum etiam circa idem tempus ante autumnum Ægyptiis innotescere debuisse, ideoque ante Neomeniam Thoth, quae apud ipsos futura erat anno V. C. Varr. CMLXXV. Ex quo factum sit, ut nullos signare potuerint Elagabali nummos cum anno VI, sed omnes desinant in ann. V, sive notas L Є, quod idem dicito de Alexandro adhuc Caesare. Ipsi vero Alexandro Severo jam Augusto dicaverint eodem anno ante Neomeniam Thoth nummos cum notis L A; Neomenia autem revertente die XXIX augusti ejusdem anni, signare coeperint ipsius nummos cum nota L B. Quae postremo probant annos imperii ipsius Alexandri Sev. recte procedere usque ad an. XIV, sive notas L IΔ, in quas desinunt ejus nummi ab Ægyptiis editi.

Caput Alexandri Severi omissa epigr.

ΑΔΡ ϹЄV ΑΛЄΞ ΑΜΑϹΙΑ ΜΗΤ ΝЄ ΠΡ ΠΟΝ ЄΤ ϹΑΔ An.C-

CXXXIV. Substructio quadrata cum aquila, et Sole in quadrigis cum flagro. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec.

Alius similis, sed Ær. I.

Idem.

Caput Alexandri Sev. om. ep.

ΑΔ CЄV ΑΛЄΞ ΑΜΑCΙΑ ΜΗΤ ΝЄ ΠΡ ΠΟΝ ЄΤ CΜ An. CCXL Ædificium cum aquila, ut supra. Ær. I.

Vaill. de Num. Graec.

In Catal. Hennericiano, ubi sub Caracalla afferuntur notae, ut supra CM, substituendum Alexandri Sev. nomen.

Caput Alexandri Sev. om. ep.

ΑΔ CЄV ΑΛЄΞ ΑΜΑCΙΑ ΜΗΤ ΝЄ ΠΡ Π ЄΤ CΜ An. CCXL Fortuna stans cum attributis. Ær. m.

Idem Vaill.

Caput Mamaeae Augustae omissa epigraphe.

ΑΜΑ ΜΗΤ ЄΤ CΜΒ An. CCXLII. Templum octo columnarum. Ær. 2.

Idem Vaill. Hard. Mazzolen.

Vt recte instituantur ratiocinia ex hoc Mamaeae nummo cum notis CMB oportet, ut ante definiendum curemus in quod anni tempus inciderit Alexandri Sev. caedes. Nam etsi Numismatici cum Chronologis omnibus consentiant in anno V. C. Varr. CMXXCVIII; tamen quo ad ejus anni tempus variae feruntur, ac discrepantes ipsorum sententiae. Postremus omnium Eckhelius ex nummis Ægyptiis Maximini probavit, quod et nos jam antea fecimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend., eum casum mensem aliquem saltem praecedere debuisse Neomeniam Thoth Ægyptiacam, quae eo anno futura erat, hoc est diem XXIX augusti. Nam cum certo constituatur Maximini interitus in ann. V. C. Varr. CMXCI, atque ut in cit. lib. n. probatum est, ante veris exitum, et ante tres menses, quam senes Principes Pupienus, et Balbinus media aestate, medioque in Foro Ro-

mano a Praetorianis miserandum in modum interficerentur, intra hujusmodi fines, quibus imperium Maximini definiatur, recte quidem annus IV Ægyptiacus locum habebit; ast vero si ultra mensem julium, et augustum mors Alexandri protrahatur, annus quidem tertius inchoatus in moneta Maximini Ægyptiaca, non tamen exactus locum habere posset; nullo vero modo annus IV, sive L Δ, ne inchoatus quidem, quorum tamen copia numismatum Musea omnia abundant.. Itaque admittere oportet eodem anno CMLXXXVIII Ægyptios primo quoque tempore accepto nuncio de successione Maximini signare potuisse annum I. L A, tum revertente eodem anno Neomenia ipsorum anni civilis, XXIX die mensis augusti, in nummis suis inscribere coepisse annum II L B; ut hoc pacto singulos annos imperii Maximini usque ad IV Ægyptiacum ejus imperii recte dispositos habeamus.

Verum ex Herodiano synchrono Scriptore, atque ex numismatum etiam fide, et auctoritate arctius multo definiri posse arbitror tempus, quo Maximini fraude vita privatus fuerit Alexander Severus una cum matre Mamaea. Scribit enim Herodianus Lib. VII cap. I Maximinum, interfecto Alexandro Sev., dum ille ad ripam fluminis Rheni totus esset in apparando bello adversus Germanos, ac brevi flumen transiturus, ut hostilem agrum ingrederetur, summa rerum potitum, bellica statim facinora affectasse, ac per pontem transducto exercitu bellum Barbaris intulisse. Sed in vastissimis illis regionibus nemine invento, qui resisteret, quoniam intra sylvas, et paludes se receperant Barbari, regionem illorum depopulari coepisse *maturis jam segetibus*, vicosque dein omnes diripiendos, atque incendendos militibus tradidisse. Haec itaque prima bellica Maximini facinora statim ab Alexandri nece suscepta, atque gesta ad annum V. C. Varr. CMXXCVIII, quo casus ille signatur, necessario referenda sunt. Hinc etiam ejus optimi Principis interitum,

qui paulo ante ejus belli principia, et ante maturas segetes evenerat, in vernum tempus rejiciamus oportet. Addit Herodianus ibid. cap. II Imp. Maximinum in eam regionem per CCCC M. passus grassatum, populatis segetibus, omnique pecore captivo militibus permisso, nullos adhuc hostes invenisse, donec ad ingentem quandam, vastamque paludem ventum esset: in quam, verentibus suis militibus hostem persequi, ingressum equo solum, primumque Maximinum magna vi repugnantes Barbaros contrucidasse, tum verecundia prosequente exercitu, infinitam ipsorum stragem editam fuisse, ita ut stagnum cadaveribus oppleretur. Haec pariter, quae continuato in iis regionibus bello praeclare gesta describuntur, ad eundem annum spectare, maximamque ipsius partem usque in supremum tempus complecti manifestum est.

Sed idipsum etiam pecunia publica ex Romanis Officinis vulgata clare ostendit. Nummi enim Maximini Romae editi a prima ejus Tribunic. potestate ad IV progrediuntur. Nulli cum tribunic. potestate I Germanici titulum inscriptum referunt, reliqui omnes ad IV usque nunquam, vel fere nunquam omittunt. Ii vero, qui magna copia cum Tribunic. potestate II signati fuerunt, prae caeteris, ac fere soli victoriam Maximini Germanicam non inscriptione solum, sed etiam variis symbolis, atque expressis veluti imaginibus in conspectu ponunt. Habes in iis quadrigas triumphales, quibus insidet Imperator, d. scipionem gestans, vel etiam sceptrum, addita aquila, et pone Imp. Victoria volitans ejus capiti coronam imponens, cum palmae ramo in d: plures ex iis insuper Imp. paludatum stantem exhibent a Victoria coronatum, et cum captivo ad pedes. Tribunic. potestas Maximini II, in nostra sententia coeperat verno tempore anni V.C. CMXXCIX, ex canone Eckhelii in lib. de Doctr. N. V. ex Kalendis Januariis ejusdem anni. Quid ergo luculentius hisce typis, et epigraphe Victoriae Germa-

nicae, ut pateat an. V. C. Varr. CMXXCIX, quo Maximinus Consul annum aperuerat, Romae non modo perspectas fuisse res ab eo in Germania praeclare gestas, sed etiam curam susceptam emittendae pecuniae publicae omnis generis, et formae ad eas celebrandas. Ex quo sane consequitur easdem ad annnm praecedentem V. C. Varr. CMXXCVIII esse referendas. Porro cum belli Germanici initia, ac primae Maximini res gestae praecesserint tempus, quo maturae segetes in agro hostili ab ejus exercitu inventae fuerunt, ex praemissa Herodiani synchroni Scriptoris narratione jure statuendum Alexandri Severi interitum verno tempore ejus anni contigisse. Hinc etiam intelligimus cur Anazarbeni nummos signare potuerint cum notis chronol. ΔNC, iisque nummis exprimere insigne illud Maximini facinus, quando primus omnium ingentem paludem ingressus repugnantes Barbaros prostravit, occidit. Exhibetur enim ipse Imperator eques hastam in Barbarum jacentem intorquens, supervolitante Victoria cum corona. Annus autem ΔNC, CCLIV ex epochae cardine, de quo vide sub eadem Vrbe Anazarbo, coeperat, vel autumno A. V. C. Varr. CMXXCVIII, vel ineunte vere insequentis anni V. C. CMXXCIX. Itaque praeclaris hisce monumentis, ac praesertim Romana pecunia, Herodiani narratio confirmatur, quod bellum Germanicum a Maximino an. V. C. CMXXCVIII coeptum fuerit ante maturas segetes, ideoque Alexandri Sev. caedem verno tempori assignandam esse anni suprascripti V. C. CMXXCVIII.

Cl. Eckhelius, et cum eo alii plures in ea versantur opinione, ut putent, quae ab Herodiano cap. VII narrantur de rebus a Maximino in Germania gestis post bellum primo susceptum, usque ad instantem hyemem, qua in Sirmium se recepit, integrum ejus belli triennium complecti. Mihi aliter persuasum est; nam Auctor ille continuata serie, atque ordine uno illo capite singula describit, quae

ad primam, annuamque expeditionem pertinent. Scribit enim non modo inventas fuisse in ingressu agri hostilis segetes jam maturas, sed eas ab exercitu per CCC vel CCCC M. p. depopulatas fuisse, tum inventam paludem illam, in qua praeclarum illud facinus ab eo editum paulo ante commemoravimus, deinde commissa fuisse alia proelia, donec *instante hyeme* exercitum in hyberna reduxit. In hac profecto narratione nonnisi unius anni bellicas laudes a se memoratas clare satis designare se ostendit Herodianus. Praesertim quod in fine ejusdem capitis idem subjungat: quod Maximinus *in hybernis agens ad vernam sese expeditionem comparabat*, sequenti vero capite ad alias res digrediens, nihil amplius de reliquis rebus in Germania gestis verba faciat. Sed haec obiter, namque in quacunque hypothesi nihil est, quod allatae demonstrationi officere possit; nostra enim disputatio est de initio suscepti belli Germanici, quod in anno CMXXCVIII statuendum esse certissimum putamus. Nam si ad vernum tempus insequentis anni V. C. CMXXCIX protrahendum fingamus, nulli tunc Romae emitti potuissent cum Victoriae Germanicae symbolis nummi, qui jungerentur cum tribunic. potestate Maximini II, sed omnes, vel plerique certe exhiberent ipsius tribunic. potestatem III, cum qua nulli tamen hactenus in lucem prodierunt.

Quibus constitutis, ut de nummo Mamaeae cum notis CMB verba faciamus, atque ex eo Ærae Amasiae cardinem, ultimo definiamus: cum ex demonstratis ejus Epocha posterior esse debeat aequinoctio verno, non autem posterior esse possit autumno anni V. C. Varr. DCCXLVII, modo vero probatum sit Alexandri necem, cui altera matris Mamaeae adjuncta, intra vernum tempus, et ante ipsius exitum evenisse, ex his necessario sequitur nummum Amasiae cum notis CMB signari non potuisse, nisi vel paulo ante, vel paulo post exeuntem aprilem, vel jam initum mensem

majum anni V. C. CMXXCVIII, nam si id differas in autumnum, tunc Amasiae perspecta fuisset Alexandri, et Mamaeae caedes, quae ante initium aestatis, et ante maturas segetes evenerat, ut probatum est; ideoque corollarii demum loco inferre oportet Ærae cardinem certis hisce finibus circumscribi, ut vel paulo antecedat, vel subsequatur ineuntem mensem majum an. V. C. DCCXLVII. In quo quidem rerum themate recte quoque conciliantur singula, quae spectant ad initium, et finem imperii Alexandri Severi, et ad ipsius tribunic. potestatem XIV, sive illa a Kal. Januariis, ut Eckhelio placet, iteranda sit, sive more veteri a revertente natali imperii die, tum quae pertinent ad ann. IV, LΔ Maximini more Ægyptio computandum, et in ejus nummis signatum; cum ejus caedes a militibus patrata, dum in Aquileae obsidione versaretur, in mensem aliquem ante solstitium pariter aestivum inciderit, ut fuse a nobis demonstratum est in lib. n. pag. 292, et seqq., luculentius vero paulo ante in Vrbe Ægaea, ubi de nummo duorum Africanorum cum notis ΔΠC actum est; ita ut etiam recte locum habere possit computatio ejus tribunic. potestatis IV, non tam ex Kal. Januariis, ut dictum est supra de Alexandro Sev. ex nova Eckhelii computandi ratione, et canone, sed etiam ex more veteri Romano. Tum vero etiam optime definita, et confirmata apparent tempora, a quibus divelli nequeunt caedes Elagabali, et Aurelii Commodi, ut fuse pariter in eodem libro probavimus pag. 276, et seqq. Vno verbo vetus historia ab obitu Antonini Pii ad Maximinum usque mirifice illustratur, suaeque integritati restituitur.

Laud. Echkelius de Doctr. N. V., tum in Amasia Vrbe T. II, tum in Alexandro Sev. T. VII, quamvis recte statuat ex nummis Maximini Ægyptiis cum anno IV mortem Alexandri evenire debuisse ante Neomeniam Thoth Ægyptiacam, eandem tamen Julio ineunti illigandam censet, ut supra dictum est. Verum si quid probant, quae ex Herodia-

no, aliisque monumentis attulimus, necessario ante maturas segetes anni V. C. Varr. CMXXCVIII retrahenda, et adhuc in aliquem mensem antecedentem. Insuper ex communi fere opinione, quae Eruditorum animos occupavit, quod in Syriae, et Ciliciae Vrbibus earum anni civiles, atque Epochae ab autumno inciperent, dubitat ibidem laud. Auctor de notis CMB, earumque loco substituendas putat CAB. Sed ex nummis jam Damasci, Ægaeensium, Amasiae, aliisque patet nullum certum canonem statui posse, sed unius cujusque Vrbis exordium anni, atque epochae ex ipsis nummis, aliisque indubiis monumentis esse eruendum. Inter eas Vrbes etiam, quae annum suum civilem ab autumno ordiebantur de mense, et die, quo eundem auspicari consueverant satis constat magnum intercessisse discrimen. Quod potissimum constat de Vrbe Gaza, et de Antiochia ad Orontem, de cujus anni initio ea attulimus monumenta, tum in lib. de Vulg. Ærae Emend., cum in hoc ipso mox afferemus, quae invicte ostendunt deserendam esse tam ipsius Eckhelii opinionem, quam caeterorum, qui illud a mense septembri, vel etiam ineunte octobri antiquitus, et ad Neronis saltem usque tempora inchoandum censebant. Itaque cum nulla justa subsit ratio dubitandi de nummo Mamaeae cum notis CMB ex Vaillantii fide, atque omnia recte concilientur, si ejus epochae exordium mensem aliquem ante solstitium aestivum ducatur, nisi aliter ex aliis nummis, vel monumentis, quae deinceps prodeant, statuere oporteat, arbitror singula, quae hactenus allata sunt fidem omnem jure sibi conciliare debere.

AMISVS PONTI

Vrbs imprimis nobilis a Milesiis condita, sedes quondam Regum Ponti extitit. Varios, ut plerisque Orientis Vrbibus accidit, subiit casus, pluribusque subinde Regibus,

Tyrannisque paruit; tandem paulo ante Actiacam victoriam se ipsam a servitute Stratonis Tyranni exemit, atque in libertatem asseruit, quam eidem mox Caesar Augustus victo Antonio confirmavit Strabone teste. De ejus Epochae cardine haec hactenus pro certo statuere licet: ex nummis Ælii Caesaris, cum notis PΞΘ eam posteriorem esse non posse autumno An. V. C. Varr. DCCXXII; ex altero vero Diadumeniani praecedere non posse solstitium aestivum An. V. C. Varr. DCCXXI. Admissa autem Spartiani narratione de Sabinae Aug. morte, quae adoptionem Ælii Caesaris praecesserit, eandem huic uni postremo termino illigandam esse. De triplici Epocha hujus Vrbis, quam perperam Mazzolenus adstruendam putaverat, nihil hic addere oportet ad ea, quae optime animadvertit Eckhelius Doctr. Num. Vet. T. II pag. 344.

AVT KAI TPA AΔPIANOC CЄB Π Π YΠ Γ Caput Hadriani laureatum.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PΞΓ An. CLXIII Pallas stans, d. victoriolam, s. clypeum. Arg. 3.

Vaill. de Num. arg. Eckhel. Num. Vet. pag. 166, et Tab. XI fig. 2.

AVT KAI TPA AΔPIANOC CЄB Π Π YΠ Γ Caput Hadriani laureatum.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PΞΔ An. CLXIV Capricornus cum globo, desuper cornucopiae. Arg. 3.

Vaill. de Num. praest. T. II.

Caput idem Hadriani, eademque epigraphe utriusque partis.

ЄTOYC PΞЄ An. CLXV Ceres stans, d. spicas, s. facem. Arg. 3.

Khell. Suppl. p. 71. Mus. Caes.

Alius, sed Mercurius cum caduceo. Arg. 3.

Beger., et ex eo Gesner. Tab. XXCVI. n. 25. Mus. Caes.

Caput Sabinae Augustae.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PZЄ An. CLXV. Arg. 3.

Beger. T. II p. 661.

Caput idem Hadriani, eademque epigr. utriusque partis.

ЄT PΞϚ An. CLXVI Mercurius nudus stans, d. caduceum, s. pallium, et crumenam. Arg. 3.

Vaill. de Num. praestant. Arg. Eckhel. Catal. Vind.

CABЄINA CЄBACTH Caput Sabinae Aug.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PΞϚ An. CLXVI Mercurius stans cum attributis. Arg. 3.

Eckh. Cat. Vind. Khell. Suppl. Cat. Hennerician. Sestini Lettere Tom. VIII pag. 58.

Caput Hadriani om. epigr.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄT PΞZ An. CLXVII. Mulier stolata stans, d. extensa, s. hastam. Arg. 3.

Vaill. de Num. Graec.

CABЄINA CЄBACTH Caput Sabinae Aug.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄT PΞZ An. CLXVII Mulier stans, d. protensa, s. cubitu columnae innititur, sceptrumque tenet. Arg. 3.

Eckhel. Catal. Mus. Vind. Khell. Suppl.

Caput Hadriani, et epigr. utriusque partis, ut in superioribus.

ЄTOYC PΞH An. CLXVIII. Ceres stans, d. spicas, s. facem. Arg. 3.

CABЄINA CЄBACTH Caput Sabinae Aug.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PΞH An. CLXVIII. Mulier stolata stans, d. pateram, s. hastam cum aquila. Arg. 3.

Sestin. ex M. Ainsel., Vaill. in argent., Begerus.

CABЄINA CЄBACTH Caput Sabinae Aug

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄTOYC PΞΘ An. CLXIX Venus nuda genuflexa respiciens in speculo. Arg. 3.

Vaill. de Num. praestant.

Λ ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Ælii Caes. sine laurea.

ΑΜΙϹΟΥ ϹΑϹΥΘϹΡΑϹ ϹΤΟΥϹ ΡΞΘ An. CLXIX. Æquitas stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Arg. 3.

Vaill. de num. praest. argent. Catal. Hennerician. n. 1437.

Quem citat nummum Mazzolenus ex Pagio cum epocha ΡΞϹ, non alius censendus ab eo Vaill. emendata postrema nota in Θ. Docet hic nummus epochae initia posteriora esse non posse autumno an. V. C. Varr. DCCXXII. Consul processit L. Aelius nondum Caesar an. V. C. Varr. DCCCXXCIX, ex duplici marmore apud Panvin., et Grut., in quibus proprio adhuc familiae suae nomine appellatur L. Cejonius Commodus. Kalendis vero Januariis insequentis anni V. C. Varr. DCCCXC. consulatum iniit secundum jam Caesar, et in Gentem Æliam adoptione ab Hadriano adscriptus. Si Panvinio fides habenda esset, caeterisque, qui eum secuti sunt, ipsis Kalendis Januariis, quibus Consul iterum processerat L. Ælius, subita morte extinctus dicendus foret, atque ob id Amisenorum Æra arctioribus limitibus coarctanda. Verum de die quidem res est testatissima, praeeunte Spartiano in vita Hadriani, et ipsius L. Ælii Caesaris, ipsum accepto largius antidoto per somnum periisse Kalendis Januariis, jussumque ab Hadriano, quia vota interveniebant, non lugeri. Cum tamen magna copia nummorum supersit, qui omnes habent TRIB POT COS II, quos quidem nemo inficias ibit Ælio Caesari dicatos fuisse, dum in vivis ageret; insuper autem apud Gruter. pag. CCLII. 2. extet inscriptio ab ipso L. Ælio Caes. fil. posita Imp. Hadriano, dum ille trib. potest. XXI numeraret initam ex die natali imperii a. d. III. Id. augusti an. V. C. Varr. DCCXC, fatendum profecto est Ælii Caesaris mortem contigisse Kal. Januariis An. V. C. Varr. DCCCXCI. Hisce demum addendus nummus Sinopensium eidem Aelio Caesari dicatus cum notis chronol. CLXXXII, quo nihil prae-

stantius ad omnem controversiam dirimendam de anno illius emortuali, qui fuerit V. C. DCCCXCI Kal. ipsis Jan., probant enim notae illae ex epochae cardine Juliano A. V. C. DCCIX. Ælium Caesarem in vivis fuisse labente aestate, vel autumno A.V. C. DCCCXC. Quo sane tempore Sinopenses nummum non emisissent, si Kalendis Januariis ejus anni Ælius Caesar vitam cum morte commutasset, perspecta ipsis tot ante menses ejus morte. Vide suo inferius loco nummum Sinopensium Domitiani Caes. cum Cos. II, et anno CXIIX, Diadumeniani cum notis CLXI, et alterum Neronis cum anno CII, et Cos. II, ex quibus conficitur Julianam Epocham hujus Vrbis posteriorem esse debere Aprili mense An. V. C. DCCIX, non autem posteriorem esse posse autumno ejusdem anni. Quibus positis certo consequitur Epochae cardinem posteriorem esse non posse autumno an. V. C. Varr. DCCXXII, a quo si initium feceris numerandi notas PΞΘ, easdem in exitu fuisse invenies ineunte autumno an. V. C. Varr. DCCCXCI, vita functo Ælio Caesare ante novem menses, et ipso Hadriano mense Julio ejusdem anni. Haec autem ex indubiis monumentis.

Quoniam vero praeter allatum nummum Ælii Caesaris, alium quoque habemus Sabinae Aug. cum eisdem notis PΞΘ, aliter de hujus epochae exordio statuendum esse videtur, eandemque retrahere oportere in annum praecedentem V. C. Varr. DCCXXI. Nam si Spartiano fides adhibenda in vita Hadriani scribenti: *Sabina uxore non sine fabula veneni dati ab Hadriano defuncta: tunc Cejonium Commodum adoptare constituisse*, Sabinae mors in annum proculdubio DCCCXCIX rejicienda esset. Nam ut supra probatum est, Ælius jam Caesar Consul iterum processit Kal. Jan. an. V. C. Varr. DCCCXC, ex quo sequitur eum anno saltem praecedenti adoptatum fuisse: ad hunc autem, et non alium praecedentem annum, ut perperam quidam, nec indocti viri existimant, ejus adoptionem referendam esse suadet ejus

primus consulatus, quem nondum Caesar iniit Kal. Jan. anni V. C. Varr. DCCCXXCIX, ut supra jam vidimus. Admissa porro Spartiani narratione, quoniam Epocha hujusmodi anterior esse nequit solstitio aestivo an. V. C. Varr. DCCXXI, ut ex nummo Diadumeniani Caesaris palam fiet, concludendum foret revera a solstitio aestivo hujus anni eandem inchoandam esse. Panvinius, et qui eum exscripserunt, L. Cejonii Commodi adoptionem statuunt in die natali imperii Hadriani, qui fuit a. d. III Id. augusti. Quo auctore id faciant mihi incompertum. Illud pro certo habendum ex nummo singulari Ægyptio apud Zoegam Musei Borgiani cum anno III, sive LΓ Ælii Caesaris, id evenisse aliquod tempus ante diem XXIX augusti A. V. C. Varr. DCCCXXCIX. Quo posito, et admissa Spartiani narratione sequeretur Sabinam Augustam in fata concessisse ante mensem augustum ejusdem anni, ac propterea epocham solstitio aestivo illigari oportere. In hac enim hypothesi mors Sabinae Amisenis innotescere debuisset ante proximum autumnale aequinoctium, qui profecto tum nummum minime emisissent cum ejus imagine, et cum iis notis, quae annum novum revertentem designarent, nempe ΡΞΘ. Certe nihil obstat, quod narratio Spartiani admittatur, nisi in eorum sententia, qui generatim epochas ab autumno ducendas, nullo tamen idoneo fundamento, contendunt. Si autem haec a solstitio aestivo ducatur anni s. s. DCCXXI omnia recte conciliantur, quae ad nummorum Amisi explicationem pertinent.

Caeterum, ut hic obiter complectamur, quae adoptionem, et Caesaream L. Ælii dignitatem, tum tribunic. potest., ac ejus obitus tempus juxta seriem chronologicam continent, ita res se habet: ex nummo Ægyptio paulo ante descripto cum an. III sequitur Ælium Caesarem adoptatum ab Hadriano fuisse aliquod tempus ante diem XXIX augusti anni V. C. Varr. DCCCLXXXIX. Ex marmore apud Gruterum p. CCLII, in

quo Hadrianus Aug. dicitur TRIB POT. XXI. COS. III. L. Ælius vero Caes. FIL. TRIB. POTEST. COS. II, sequitur an. V. C. Varr. DCCCXC, quo ex Kal. Jan. Cos. II processerat, die vero natali imperii, sive a. d. III. id. augusti ejusdem anni nondum tribunic. potestatem iteraverat, eandem post eum diem anni praecedentis accepisse; cum autem tam in nummis latinis, quam Ægyptiis nunquam ejus tribunic. potestatis iteratae mentio fiat, illud pariter inferri posse videtur, eadem Ælium Caesarem longe serius post suam adoptionem ornatum fuisse. De tempore denique ejus obitus ex demonstratis certo jam constat id evenisse Kalendis Januariis A.V. C. Varr. DCCCXCI.

AVT.... Τ ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput Antonini Pii sine laurea.

ΑΜΙCΟΥ ЄΑЄVΘЄΡΑC ЄΤΟΥC ΡΠΘ A. CXXCIX Fortuna stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Arg. 3.

Khell. Suppl. Eckh. Catal. Vind.

Caput Commodi om. epigr.

ΑΜΙCΟΥ ЄΑЄVΘЄΡΑC ЄΤΟΥC CΙΘ An. CCXIX Templum decem column. in cujus zophoro ΚΟΜΟΔΟΝ. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec. ex Mus. Card. de Maximis.

Caput Caracallae om. epigr.

ΑΜΙCΟΥ ЄΑЄVΘЄΡΑC ЄΤΟΥC CΑЄ An. CCXXXV. Victoria in bigis, d. coronam, s. palmam. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec.

AVT ΚΑΙ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Protome Caracallae pectore tenus cum paludamento, et laurea corona in capite.

ΑΜΙCΟΥ ЄΑЄVΘЄΡΑC ЄΤΟΥC CΜЄ An. CCXLV. Caracalla equo vectus, d. hastam vibrans duos barbaros humi prostratos decurrendo conculcat. Ær. m.

Lieb. Mus. Frid. p. 287.

AV Κ Μ AV ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput laureatum Caracallae.

ΑΜΙCΟΥ ЄΑЄVΘЄΡΑC ЄΤ CΜЄ An. CCXLV. Victoria in bigis, d. coronam, s. palmam. Ær. m.

Eckhel. Catal. Vind.

Ad hunc revocandus nummus Holstenii cum notis CNЄ in adnot. ad Stephanum; error enim manifestus.

AVT K M AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.

AMICOY ЄΛЄVΘ ЄT CMH An. CCXLVIII. Caput Bacchi hedera coronatum. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vind. Froel. App. II. noviss.

Ad supremum Caracallae vitae, et imperii tempus spectat iste, et qui duo sequuntur nummi cum eisdem notis CMH. An. CCXLVIII, idque suadent notae CMΘ in eo Diadumeniani, quem vide paulo infra.

Caput Caracallae.

AMICOY ЄΛЄVΘ ЄT CMH Victoria gradiens cum attributis. Ær. 2.

Arigon. T. I. Tab. VIII. n. 133.

AV KAI M AVP ANTΩNINOC Caput Caracallae laureatum cum paludamento.

AMICOY EΛEVΘE ET CMH. Victoria in lentis bigis, d. elata coronam, s. palmae ramum. Ær. m.

Sestin. ex Mus. Knoblesdorf.

Caput Diadumeniani om. epigr.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄT CMΘ An. CCXLIX. Aquila insistens scipioni. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Interfecto Ant. Caracalla die VIII aprilis natali suo an. V. C. Varr. CMLXX, Macrinus interjectis aliquot diebus cum filio Diadumeniano succedit. Si annum CMΘ iteraveris ab aequinoctio verno anni V. C. Varr. DCCXXI, in exitu futurus erit revertente vere an. V. C. CMLXX, nondum Caracalla extincto. Itaque patet non ante solstitium saltem aestivum anni s. s. sumi posse ejus epochae exordium.

AV K Γ I OVHPOC MAΞIMINOC Caput Maximini radiatum.

AMICOY ЄΛЄVΘЄPAC ЄT CΞH AMICHNΩN MIΛHCIΩN

Apollo sedens, d. extensa, s. lyram: ex adverso Serapis stans, d. spicas, s. hastam. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec. ex Mus. Reg.

Cum hujus epochae cardo ex probatis, nec praecedere possit solstitium aestivum an. V. C. Varr. DCCXXI, nec proferri ultra autumnum an. V. C. Varr. DCCXXII, hinc patet hunc nummum percussum fuisse, vel ab autumno an. V. C. Varr. CMXXCIX, vel post ineuntem aestatem an. V. C. Varr. CMXXCVIII. Quae computatio optime conciliatur cum Maximini imperandi tempore, ejusque initio, quod non ultra vernum temmpus anni suprascripti CMXXCVIII statuendum esse saepe jam docuimus.

CABEINA TPANKYAAINA CEBACTH Caput Sabinae Tranquillinae.

AMICOY EAEVΘE In area ET ΔOC, sed lit. fugientibus. Neptunus ad s. scopulo insidens, d. tridentem. Ær. m.

Sestin. ex Mus. Knoblesdorf.

Biennio, vel triennio ante Gordiani Pii mortem cusus hic nummus.

ANAZARBVS CILICIAE

De hac Vrbe, quae Inclyta, et Metropolis Ciliciae videndi prae caeteris praestantissimi Viri Norisius, Vaillantius, Froelichius, Pellerinius, et Bellejus. Primi duo, quod pauciores eorum aetate hujus Vrbis nummi prodiissent, illius epochae cardinem in autumnum an. V. C. Varr. DCCXXXIV contulerant, sed ex posterioribus nummis editis evincitur eundem in annum saltem insequentem conjiciendum esse, quemadmodum a Mazzoleno, et Bellejo demonstratum est. Illi tamen ex adoptata opinione, quae nullis certis monumentis constat, eandem autumno ejusdem anni V. C. Varr. DCCXXXV illigandam statuunt. Nos vero ex instituto nostro, fide, et auctoritate numismatum, aliorumque monu-

H

mentorum statuimus Epocham hanc, nec anteriorem esse posse anno V. C. DCCXXXV, nec posteriorem verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXXVI. Id secundum probatur ex nummo Antonini Pii, quem vide: neque eum terminum excludunt nummi Maximini, Decii, Valeriani. Alterum extremum anni V. C. DCCXXXIV excludunt Maximini pariter numismata, tum Q. Herennii, et Volusiani. De singulis vide suis locis. Nummum a Froelichio vulgatum Trajani Decii cum notis ZΞC male lectum, atque emendandas esse notas in ΘΞC, ut in altero plane simili Catal. Theupol. egregie jam probavit Eckhelius.

NЄΡΩN KAICAP Caput Neronis laureatum.

KAICAPЄΩN ЄTOYC HΠ An. XXCVIII. Mulier velata sedens, d. calculum, vel tabellam suffragii in vas positum ante pedes immittit. Ær. 3.

Eckhel. Num. Vet. pag. 226, et Tab. XIII. fig. 11 ex Mus. M. D. tum in lib. III. Doctr. Num. V. pag. 45.

Plura sunt, quae eruditus Auctor profert argumenta, ut suadeat hujusmodi nummum Anazarbo adjudicandum esse, legendumque, ut in simili Neronis Vrbis *Augustae*, quae erat Anazarbo proxima ЄTOYΣ HM. Ipse quidem de hac quaestione nihil mihi definiendum sumam; unum illud animadvertam cum Cl. Viro, si nummus iste ad Anazarbum referendus sit, notas inscriptas ab alio cardine ducendas esse. Caeterum nummi omnes, qui mihi innotescunt Anazarbi, si in epigraphe legitur vox KAICAPЄΩN, simul etiam adjunctas habent voces TΩN ΠPOC TΩ ANAZAPBΩ. In reliquis vero legitur sine voce KAICAPЄΩN, tantum ANAZAPBOY etc. Ex quo etiam suspicari quis posset hunc nummum ad aliam potius Vrbem Caesaream esse referendum. Nec quidquam subsidii peti posse puto ex Plinii codicibus, in quibus lib. V cap. XXVII non uno modo legitur: *Anazarbeni, qui nunc Caesarea, Augusta, Castabala*, ut apud Eckhel. T. III D. N. V. p. 46, interjecto commate inter Caesaream,

et Augustam, sed aliter in allis, nempe: *Intus autem dicendi Anazarbeni, vel Caesaraugusta*, ut etiam apud Ortelium, aliosque Geographos appellatur. Saltem itaque in incerto versamur, ac propterèa cum Cl. Auctore concludam expectandos esse alios nummos, qui lucem afferant ad omnem controversiam dirimendam.

Caput Trajani om. epigr.

KAICAP ΠΡ ANAZAP ΓAP An. CXXXIII. Ær. 3.

Harduin. not. ad Plin., et ex eo Bellejus.

AV KAI T AIA AΔP ANTΩN.... Caput radiatum Antonini Pii.

KAICAPЄΩN TΩN ΠPO........ HOP An. CLXXVIII Caput turritum. Ær. 2.

Catal. Hennerician. n. 3482.

AV KAI TIT AIA AΔP ANTΩNЄINOC Caput Antonini Pii radiatum.

KAICAPЄΩN TΩN ΠPOC TΩ ANAZAPBΩ. In area ЄT ΘOP An. CLXXIX. Ær. 1.

Pell. P. III p. 243 M. II p. 80.

Antoninum Pium vita functum esse mense martio an. V. C. Varr. CMXIV tantis jam, praeclarissimisque monumentis constat, ut nihil supra desiderari queat. Hinc sequitur hujus epochae cardinem posteriorem esse non posse ineunte vere an. V. C. Varr. DCCXXXVI. Nam si a solstitio aestivo ejusdem anni computaveris notas ΘOP, nummus signatus dicendus foret tres, et amplius menses, ex quo decesserat Antoninus, quo temporis intervallo ejus obitum, et M. Aurelii cum L. Vero successionem Anazarbenis innotuisse non est dubitandum. Constituto autem epochae cardine circa aequinoctium vernum anni suprascripti DCCXXXVI, negari nequit nummum hujusmodi signari, atque ex officinis monetariis emitti potuisse, antequam ad eas regiones nuntius Antonini obitus pervenisset.

CЄBAC ANTΩNЄINOY KAI OVHP OMONO Imperatores stantes dextras jungunt.

KAI TΩN ΠPOC TΩ ANAZA ЄT BΠP An. CXXCII Templum decem columnarum. Ær. 2.

Eckh. Mus. Vind. Bellejus M. T. XXXII. Pell. M. II. p. 89 P. III. p. 343.

Caput L. Veri om. epigr.

ΠYPAMOC TΩ ANAZAPBΩ ЄT BΠP An. CXXCII. Fluvius decumbens, d. arund., s. cubito urnae aquam effundenti innititur, habetque cornucopiae sinistra. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Commodi om. epigr.

ANAZAPBΩ ЄTOYC BC AVTONOMOC An. CCII. Caput Jovis barbati. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Commodi om. epigr.

ANAZAPBΩ ЄT BC AVTON Circa nummi ambitum: laurea vero, in qua IЄPOC. Ær. 3.

Idem Vaill.

AVT K M AV CЄOVH ANTΩ..... Caput Caracallae laureat.

ANAZAPBOY MHTPOΠOΛЄΩC ЄT BAC AVΓ An. CCXXXII In imo lit. orizontalibus AMK KOINOBOVΛION. In area Γ B. Mulier sedens, s. cornucopiae, d. calculum in vas immittere videtur. Ær. 2.

Spanh. de praest., et usu Num. T. I. p. 596.

KOP ΠAVΛA CЄB Caput Jul. Paulae Aug.

MHTPOΠOΛЄΩC ЄNΔ ANAZAPB ЄT HAC An. CCXXXVIII. Currus a duobus tauris vectus, in quo figura mulieb. velata. In area superne AMK infra Γ. B. Ær. 1.

Pell. P. III p. 242. M. II. 176.

Notae HAC in hoc nummo Paulae recte conciliantur cum epochae cardine, qui ducatur ab ineunte vere an. V. C. Varr. DCCXXXVI. Nam Elagabalum interfecto Macrino, et Orientis rebus ordinatis, Romam primum venisse post

hyemem transactam Nicomediae an. V. C. Varr. CMLXXII, jam docuimus in lib. n. p. 239. Ejus conjugium cum Cornel. Paula post id temporis celebratum Orientis Vrbibus non innotuisse ante ineuntem septembrem ejusdem anni, liquet ex nummis Ægyptiis, qui nullos signarunt Cornel. Paulae cum an. II. L B; omnes vero cum notis L Γ, L Δ. Nummus igitur Anazarbi cum notis HAC signatus post septembrem anni suprascripti CMLXXII. Ex notis autem L Δ evincitur eandem in conjugio cum Elagabalo mansisse usque, vel circa diem XXIX aug. A. V. C. CMLXXIII. Itaque si annum HAC iteraveris a verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXXVI, eundem coepisse comperies vere ineunte an. V. C. CMLXXIII manente adhuc Paulae conjugio. Recte igitur se res habet.

AVT K M A C AΛEZANΔPOC Caput radiat. Alexandri Sev.
ANAZ ENΔOZ. Infra E HMC. Victoria in lentis bigis. In area MΓ BH. Ær. 1.
Sestin. T. VI. Epist. ex Mus. Knoblesdorf. p. 60.

AVT K M A C AΛЄΞANΔPO... Caput Alexandri Severi laur.
ANAZAPBOC MHTPO ЄT HMC An. CCXLVIII. Duo templa. Ær. m.
Catal. Theup.

Caput Alexandri Severi om. epigr.
ANAZAPBOY MHTPO A M K CMΘ An. CCXLIX Victoria in bigis. Ær. 2.
Vaill. de Num. Graec.

Nummus Alexandri Sev. omissa utraque epigr., et typo, excepta epocha CN An. CCL. Ær. 2.
Pell. M. II p. 312.

Circa biennium ante Alexandri Sev. exitum cusus iste nummus.

AV K Γ OV MAΞIMЄINOC Caput Maximini laureatum.
ANAZAP ЄNΔ OΞ MHTPOΠ ЄT ΔNC An. CCLIV. In area hinc, inde Γ B Genius Vrbis turritus cum flumine ad pedes, et duplici spica in dex. Ær. 1.

Pell. Sup. I. p. 137.

Vide in nummo seq.

Caput Maximini om. epigr.

ANAZAPBOC MHTPOΠ B Γ CT ΔNC An. CCLIV. Imp. eques, d. spiculum vibrat. in Barbarum. Victoria volitans coronam eidem offert. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Maximinus, cujus imperii initia a nobis statuuntur vere labente anni V. C. Varr. CMXXCVIII, de quibus vide in Vrbe Ægaea, quamvis in ipso arrepti Principatus exordio bellica facinora affectans, transducto exercitu in ulteriorem Rheni ripam, et hostilem agrum ingressus vastas illas regiones, nemine invento, depopulatus sit maturis jam segetibus, ut habet Herodianus; tamen expeditio illa finem non habuit, neque de Germanis victoriam assecutus est, nisi posteaquam in ea agrorum, vicorumque vastatione, et incendiis per CCCC m. p. ad ingentem tandem paludem, proximasque sylvas ventum esset, quo confugerant Germani, eosque fere omnes occidione occidisset, aliisque proeliis feliciter gestis instante hyeme in Pannoniam se recepisset. Qua victoria Romam nuntiata, tunc primum Maximinus ipse *Germanicus* appellatus, ejusque bellicae laudes in nummis celebrari coeptae sunt. Notandum autem nummos omnes cum Germanici titulo, et victoriae symbolis editos cum epigraphe tribun. potestatis II Maximini, nullos vero cum ejus trib. potest. prima. Quod certo argumento est bellica ejusdem facinora, et victorias tum primum an. V. C. Varr. CMXXCIX nummis commendari potuisse. Hinc etiam sequitur Anazarbi pecuniam cum ejus victoriae symbolis non ante id temporis primum emissam fuisse. Animadverte autem in nummis cum notis ΔNC, et ЄNC Maximinum exprimi equo vectum, qui spiculum in Barbarum intorquet, supervolitante Victoria, quo symbolo ejusdem illustre facinus clare designatur, quando omnium primus, ut narrat Hero-

dianus, paludem paulo ante memoratam ingressus Barbaros magna vi repugnantes trucidavit, et initium victoriae fecit; nam prosequente mox exercitu ingens Germanorum strages edita fuit. Quibus praemissis, si notas ΔNC iteraveris ab autumno an. V. C. DCCXXXIV, easdem finem habuisse comperies revertente autumno an. V. C. CMXXCVIII, quo tempore Maximini victoria de Germanis apud Anazarbum minime perspecta esse potuerat ex probatis. Itaque hujus epochae cardo ultra annum suprascriptum proferri debet. At vero tam notas ΔNC, quam etiam ЄNC, partim cum anno V. C. CMXXCIX, partim cum insequenti CMXC usque in vernum tempus anni CMXCI recte conciliari manifestum est, etiam si postremas ЄNC duxeris a verno tempore an. V. C. Varr. DCCXXXVI: ab eo namque cardine si ducantur, initium habebunt ineunte vere an. V. C. CMXC. Maximinus autem apud Aquilejam interficitur vere labente an. V. C. Varr. CMXCI Vlpio, et Pontiano Cos. ex Solvensi Lapide, aliisque indubiis monumentis, de quibus vide Parte II. Numism. Imperial. in Exercitat. circa finem, tum etiam in hoc lib. sub Vrbe Ægaea.

AV K Γ IOV OVH MAΞIMЄINOC CЄB Caput Maximini laur.

ANAZAPBOY ... ΔOΞ MHTPOΠ In imo ЄT. ЄNC An. CCLV. Imp. eques, ut in superiori. Ær. 1.

Noris de Epoch. Syrom.

Coeperat ann. ЄNC, CCLV ex probatis, vel autumno, aut ineunte vere an. V. C. CMXC.

Caput Gordiani Pii.

ANAZAPBOY etc. ЄT ΞC An. CCLX. Panel. de Nummo Treb. Galli, et ex eo Eckhelius.

AVT K M ANTΩNIOC ΓOPΔIANOC CE Caput Gordiani Pii radiatum.

ANAZAPBOY ENΔOΞ MHTPO ET AΞC An. CCLXI. In area Γ B. Perseus ad s. scopulo insidens, et retrospiciens,

d. elata quid instar caducei sustinet, s. caput Medusae tenet, juxta quod harpa. Ær. max.

Sestinius T. VI Epist. ex Mus. Knoblesdorf. pag. 60, et Tab. III. n. 4.

Dolendum quod aversae partis typus temporum injuria male habitus fuerit. Caeterum in capite pileum phrygium gestare videtur figura Persei, et in d. fortasse Orci galeam retinebat, ut in nostro Jul. Domnae, quem vide in Mus. n. descriptione. Imperial. Parte I. p. 300.

CABEINIA TPANKYΛΛEINA AVΓ Caput Tranquillinae Aug. cum luna crescente ad humeros.

ANAZAPBOY ENΔOΞ MHTPOΠ ET AΞC An. CCLXI Caput Serapidis cum modio. In area Γ. B. Ær. 1.

Pell. P. III. p. 242 M. II p 203.

AVT K M ANTΩNIOC ΓOPΔIANOC Caput Gordiani Pii cum corona radiata.

ANAZAPBOY MHTPOΠOΛ ET BΞC An. CCLXII Mercurius stans, d. crumenam, s. caduceum. Ær. 2.

Eckh. Mus. Vind., qui animadvertit non recte apud Froel. IV Tent. p. 326 legi epoch. ΞC, idest CCLX.

EPEN ETPOY ME KV ΔEKIOC KAIC Caput Q. Herennii sine laurea.

ANAZAP ENΔ MHT In imo ET HΞC An. CCLXVIII In area ΓΓ. Victoria in bigis cum flagro. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

KOY EPE ETPO ME ΔEKIOC KAI Caput Q. Herennii laureatum cum paludamento ad humeros.

ANAZAP ENΔ MHTP ET HΞC An. CCLXVIII In area Γ B Victoria in bigis, d. equos regit, s. coronam gestat. Ær. 1.

Bandurius.

Alius parum diversus. Ær. 1.

Idem.

Non ante septembrem an. V. C. Varr. MII, interfecto apud Veronam Philippo patre, mox vero Romae a Praetorianis Philippo jun. Trajanus Decius legitimum imperium obtinuit, et Herennius Etruscus fil. in ipsis imperii auspiciis a patre Caesar dicitur. Ejus itaque nummi cum notis HΞC autumnum excludunt anni V. C. DCCXXXIV, cui hujus epochae cardo illigari debeat. Antequam enim Anazarbenis ejus Caesarea dignitas perspecta esse posset, autumnum in exitu fuisse patet.

AVT TPAIAN ΔЄKIOC CЄ Caput Trajani Decii radiatum.

ANAZAPBOY ЄNΔOZOY MHTPOΠO Γ Γ ЄT IЄPOY OΛYMΠ ЄZC An. CCLXIX. Quinque urnae ludorum cum palmis ex unaquaque erumpentibus. Ær. 1.

Eckh. Syll. 1. 44 Tab. V. n. 1 Froel IV Tent. p. 342.

AVT K KVN TPAIAN . . . . . KIOC CЄ Caput Decii radiatum cum paludamento.

ANAZAPBOY ЄNΔOΞOY MHTPOΠO Γ Γ ЄT IЄPOY OΛYMΠ ΘΞC An. CCLXIX. Quinque urnae cum palmae ramis e tribus earum erumpentibus. Ær. m. m.

Tanin. Supp. p. 3. Catal. Theup., ubi tamen emendandae voces CЄPOY OAYΠΠ, ut supra.

Nummi Trajani Decii cum notis ΘΞC declarant eo anno labente sacra certamina Olympia celebrata fuisse, ut typi, et inscriptio suadent. Si epocham duxeris a verno tempore anni V. C. DCCXXXVI, annus ΘΞC initium habuisset ineunte vere an. V. C. Varr. MIV, et in ea aestate ludos editos fuisse statuendum esset. Decium vero cum filio intra quatuor postremos menses ejusdem anni occubuisse probatum est in lib. n. Recte itaque se habet computatio.

AVT KAI KVN ΔЄKIOC. . . . . Caput Decii laureatum.

AN M KOINOBOVΛH ЄTOYC ΘZC Mulier sedens, d. tabellam cum lit. V in vas subjectum immittit, s. hastam. Ær. 1.

Sestinius ex Mus. Cusiner. Descript. N. V. p. 404.

AN.... ЄΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹϹ Caput Ætruscillae Aug. cum luna crescente.

..... ΜΗΤΡΟΠ ЄΤ ΙЄΡ ΟΛΥΜΠ ΘΞϹ An. CCLXIX. Bacchus pantherae insidet humi jacenti, s. thyrsum gerit. Ær. 1.

Eckhel. Sylloge I. p. 44. Tab. V. fig. 2.

De notis utriusque nummi ΘΖϹ dictum est paulo ante, ex quibus patet nihil obstare, quin illae a vere ineunte an. V. C. DCCXXXVI duci queant.

..... ΟΥΙΒΙ ΓΑΛΛΟϹ ΟΥΩΛΟΥϹ..... Caput Volusiani radiatum.

ΑΝΑΖΑΡ.... ΑΜ Κ Γ Γ ЄΤ ΟϹ An. CCLXX Mensa, cui ludorum urna imposita. Ær. 2.

Haym. T. II. p. 377. Tab. XLVIII. fig. 3.

Notae in hoc nummo Volusiani ΟϹ excludunt autumnum an. V. C. DCCXXXIV, a quo ducenda sit epocha Anazarbi. Initia imperii Treb. Galli, et Volusiani Caesaris non ante septembr., vel octobrem an. V. C. Varr. MIV constituenda. Vide lib. n. p. 299. Si epocham duxeris ab autumno an. V. C. Varr. DCCXXXIV, exiisset annus ΟϹ antequam Anazarbenis quidquam perspectum esset de Galli adepto principatu, et Volusiani Caesarea dignitate. Itaque posteriora huic epochae initia assignanda. Non excluditur autem vernum tempus anni V. C. DCCXXXVI. Nam hoc posito annus ΟϹ coepisset verno tempore anni V. C. MV, finis autem utriusque imperii ad vernum tempus anni MVI saltem protrahendus. Alii, inter quos Eckhel. in Febr. insuper mensem an. V. C. MVII differunt, quibus tamen minime assentiendum, ut cit. lib. n. probatum a pag. 299, ad p. 301.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄ Caput Valeriani laureat.

ΑΝΑ ЄΤ ΒΟϹ Aries recumbens, cui insidet figura virilis. Ær. 1.

Band. ex Mus. Reg. Gall.

Ex praecedentibus nummis patet epocham Anazarbi nec anteriorem esse posse autumno an. V. C. DCCXXXV, nec posteriorem verno tempore insequentis anni DCCXXXVI. Si ab utroque termino computationem instituas, annus BOC coeperit oportet, vel autumno an. V. C. MVI, vel vere ineunte insequentis anni MVII. Ex quo patet in utraque hypothesi computationem recte se habere posse. Nam Valeriani electio in Augustum, approbante Senatu, incidit non ante initum, labentemque aestatem an. V. C. Varr. MVI, ut saepe alias, et in lib. quoque n. Vulg. Ær. pag. 301, et seq. probatum est. Adde nummos cum notis BOC, qui sunt magno numero, eodemque tempore editi ludos, et certamina designare, quae ab Anazarbenis celebrata eo anno fuere, quaeque cum aestivo tempore fieri consueverint, in aestatem an. V. C. MVII cadere debuisse manifestum est, cum praecedenti aestate, nondum Anazarbenis perspecta Valeriani electione, ad eosdem ludos celebrandos sese comparare potuerint. Itaque uterque suprascriptus terminus notis BOC sese rectissime accomodat, ut per se patet. Qui sequuntur nummi Valeriani, et Gallieni, singuli easdem offerunt notas chronol., ex quo sequitur quanto studio Anazarbeni Valeriani electionem Senatui, et populo Romano acceptissimam omni honorum, et spectaculorum genere celebraverint. Vnicus postremus Gallieni cum notis ΔOC.

.... A OVAΛEPIANCC CE Caput Valeriani laureatum.

.... CC ANAZAPB MHTPOΠOΛEOC Superne in area BOC AMK ...... Binae figurae seniles in sella curuli sedentes. Ær. I.

Arigon. Tom II. Tab. XXXIII n. 447.

AVT K Π AIK OVAΛEPIANOC CE Caput Valeriani laureatum cum paludamento ad humeros.

ANAZAPB ENΔOΞ MHTPOΠO A M K Γ Γ ET BOC An. CCLXXII Vir togatus, d. extensa supra vas rotundum

ante templum. Ad d. lauri ramus, pro pedibus uter. Ær. 1.

Vaill. Bandurius.

Caput Valeriani om. epigr.

ANAZAPBOY ЄΝΔΟΞ ΜΗΤΡΟΠ Α Μ Κ Γ Γ ЄΤ ΒΟC. Sex urnae duplici ordine per transversum dispositae, et in media superiori palma. Ær. 1.

Vaill., et ex eo Band.

Alius, sed omnes urnae cum palmis. Ær. 1.

Alius similis, a quo abest vox ЄΝΔΟΞ. Ær. 1.

Bandurius, Mus. Odesc. nunc Vatic. Noris.

Caput Valeriani om. epigr.

ANAZAPBOY MHT A M K Γ Γ ЄT BOC Caput Dianae cum luna falcata in dorso. Ær. 2.

Alius, figura togata sacra facit supra concham. Ær. 2.

Al. Equus gradiens. Ær. 2.

Vaill., et ex eo Band.

Caput Valeriani om. epigr.

ANAZAPBOY ЄΝΔΟΞ ΜΗΤΡΟΠ Α Μ Κ. Γ Γ ЄΤ ΒΟC. Mulier velo, et tutulo insignis utraque manu urnam gestat. Ær. 2.

Al. cum simili fere epigraphe. Quinque urnae. Ær. 2.

Vaill., et ex eo Band.

AVT AIK OVAAЄPIANOC CЄB Caput Valeriani radiatum cum paludamento.

ANAZAPBOY MHT Γ Γ A M K ЄT BOC Caput Dianae cum luna crescente in dorso. Ær. 2.

Band. ex Mus. Reg. Gall.

AVT K OVAAЄPIANOC CЄ Caput Valeriani radiatum cum paludamento.

ANAZAPBOY MHTPOΠOΛ A M K Γ Γ ЄT BOC Mensa cum urna superposita, ex qua erumpit palmae ramus. Ær. 2.

Bandurius ex Mus. Reg. Gall. Arigon.

Caput Valeriani om. epigr.

ANAZA ЄΤ BOC. In area A M K Γ Γ. Mensa, supra quam urna. Ær. 2.

Vaill., et ex eo Band.

AVT K OVAAЄPIANOC Caput Valeriani radiatum.

ANAZAPBOY A M Γ Γ ЄΤ BOC An. CCLXXII Mercurius tutulatus, d. crumenam, s. caduceum.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXIV. n. 379. Tanin. Supp. Sestin. ex Mus. n.

Alius, sed tripus, cui urna imposita. Ær. 2.

Idem Tanin.

AVT K ΓΑΛΛΙΗ.... Caput imberbe Gallieni radiatum.

ANAZAPBOY MHT ЄΤ BOC In area Γ Γ Capricornus globo impositus. Ær. 2.

Haym. T. II pag. 386. Tab. XLIX n. 8. In iconismo desunt lit. AMK, quas Auctor addit in descriptione.

AVT. K. ΓΑΛΛΙΗΝ.... C Caput Gallieni radiatum.

ANAZAPBOY MHTPOΠΟΛ A M K Γ Γ ЄΤ ΔOC An. CCLXXIV. Equus gradiens. Ær. 2.

Taninius Supp. ex propr. Mus.

ANTIOCHIA SYRIAE METROP.

De Antiochia Syriae Metropoli omniumque Orientis Vrbium splendidissima satis dictum est in lib. n. de Vulg. Ærae Emend., ubi ex numismate argenteo Neronis demonstravimus ipsius anni civilis exordium, quo primitus ea Vrbs utebatur, ab Octobri expirante ducendum esse, ab eoque termino calculos instituendos esse ad cujuslibet Ærae caput inveniendum, recteque supputandum, quas illa in usu habuit. Fuere autem quatuor: Seleucidarum, Pompejana, Juliana, et victoriae Actiacae, sive Augustana. In nummis tamen Imperatorum Romanorum nonnisi duas postremas signavit, quarum primam ab an. V. C. Varr. DCCV in-

choandam esse, alteram vero ab an. V. C. Varr. DCCXXIII omnibus jam in confesso est. Plura vide ibidem pag. 181, 190, et seq.

Epocha Augustana, sed incerta cum capite Augusti.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ Caput Augusti laur.

ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ cum notis chronologicis, quae sequuntur.

ΖΚ
ΗΚ omnes Ær. 2.
ΘΚ
Λ

Mei. Noris. de Epoch. Catal. Theup., et Vindob., Vaill., aliique: Vide Mus. n. Tab. XXXVI fig. 2. 3. 4. 5.

His addendi forent anni ΕΚ, ϛΚ, et ΑΛ ex Vaill. Morell. Hard., et Eckh. Sylloge, de quibus tamen certiora optanda sunt monumenta.

De suprascriptis 4. nummis plura a me dicta sunt in adnotationibus Mus. n. Imperial. Parte I. p. 11, quae videnda. Ad eam potius deferor opinionem, ut putem in his de primo apud Antiochenos sacerdotio, quod illi Augusto detulerint, quam de Pontificatu maximo ipsius mentionem esse, eo quod haec dignitas ad caeterarum discrimen duplici voce in omnibus monumentis tam graecis, quam latinis exprimeretur. Hinc sua sponte manat, et fluit suprascriptis notis non ita certo annos Ærae Augustanae designari, ut aliam quamlibet excludant; cum epocha quoque Juliana ipsis convenire possit. De notis ΕΚ, ϛΚ, et ΑΛ, quoniam eas in tanto numero horum numismatum, quae ipse nactus fueram, vel vidi hactenus, numquam deprehendere mihi licuit, eaeque insuper absunt ab iis, qui in nobilioribus cimeliis asservantur, rem in medio relinquendam censui loco superius citato, ubi videbis primum nummum Regium, quem Vaill. describit cum notis ΕΚ, apud Harduin. exprimi per notas ΣΚ, quod detriti nummi signum est ma-

nifestum. Vaillantius idem habet notas AA in alio Augusti nummo, cujus tamen capitis epigraphen more suo omittit, sed in aversa parte legitur ANTIOXEΩN MHTPOΠOΛEΩΣ cum canistro frugibus pleno. Vide de Num. Graec. pag. 3.

Apud Grut. pag. CCLV in basi cum statua erecta Mopsuestiae Antonino Pio cum omnibus ipsius titulis legitur APXIEPEI MEΓIΣTΩ. Rec. d'Antiq. T. II. p. 170 habetur insignis lapis apud Cymen Aeolidis repertus, quem integrum dedit Com. Caylus cum egregio Belleji commentario, in quo haec leguntur. EΠI IEPEOΣ TAΣ PΩMAΣ KAI AVTOKPATOPOΣ KAIΣAPOΣ ΘEΩ YIΩ ΘEΩ ΣEBAΣTΩ APXIEPEΩΣ MEΓIΣTΩ KAI ΠATPOΣ TAΣ ΠATPIΔOΣ ΠOΛEMΩNOΣ TΩ ZHNΩNOΣ ΛAOΔIKEOΣ. E contra nunquam aliis quamvis eminenti quacunque dignitate sacerdotali, aut etiam simul principatu gaudentibus, apud Graecas Vrbes utrumque nomen inditum, ut prae caeteris docent nummi quatuor Olbae Ciliciae, in quibus mentio habetur ΠOΛEMΩNOΣ APXIEPEΩΣ ΔYNAΣTOY OΛBEΩN; M. ANTΩNIOY ΠOΛEMΩNOΣ APXIEPEΩΣ etc.

Idem occurrit in nummo apud Sestin. Epist. T. VI pag. 83 de Zenodoro, qui ita se habet.

Caput Augusti epigraphe vitiata.

ZHNOΔΩPOΣ TETPAPXHΣ KAI APXIEPEYΣ Caput Zenodori nudum ad s. Æ. 3.

In nummis itaque, de quibus sermo est, si de Pontificatu maximo Augusti mentio haberetur, Antiocheni utrumque proprium, consecratumque nomen non omisissent. Quemadmodum nec tamdiu distulissent in obsequii argumentum APXIEPATIKON offerre, cum ille ex Verrii Flacci Kalend. an. V. C. Varr. DCCXLII in locum demortui M. Lepidi primum Pontif. Max. factus fuisset septennio ante notas ZK.

Sub Antiochiae Praesidibus.

Caput Jovis laureatum rigenti barba, sine epigraphe.

ANTIOXEΩN EΠI OVAPOV EK An. XXV. Protome Vrbis

Antiochiae sedens cum flumine Oronte ad pedes. Ær. 3.

Alius, sed ϛK, vel ςK An. XXVI. Ær. 3.

Alius, sed ZK An. XXVII. Ær. 3.

Noris, Blanch. Catal. Vind., mei, Sestin., aliique. Vide Mus. n. Tab. VI. n. 12. 13.

Quanquam hujusmodi nummi proprie ad Imperatores Romanos minime pertineant, eosdem tamen hic omittendos minime duxi, tum ob maximam affinitatem, quam cum iisdem habent, a quibus Praesides Syriae eligebantur, ut saepe etiam ipsorum nomen inscriberetur, quemadmodum in subsequentibus Imp. factum videbimus; tum praecipue, quod ii aptissimi sint ad eorum temporum historiam, tam Romanam, quam Ecclesiasticam mirifice illustrandam. Satis sit hoc loco innuere, quod notae EK in primo Praesidis Vari nummo ostendunt eundem ab Augusto Syriacam Praefecturam accepisse, illamque exercere debuisse ante autumnum labentem an. V. C. Varr. DCCXLVIII. Nam si notas suprascriptas EK numeraveris, ut facere oportet, ab autumno an. V. C. Varr. DCCXXIII, easdem in exitu fulsse deprehendes labente autumno an. V. C. Varr. DCCXLVIII. Hinc hujusmodi nummus invictum praebet argumentum, quod descriptio Judaeae, de qua mentio est in Evangelio Divi Lucae, facta fuerit ante autumnum anni suprascripti, quoniam ad Praesidem Varum minime pertinet, consentientibus in id Divo Luca, et Tertulliano antiquissimo, eodemque accuratissimo Ecclesiae Scriptore, quorum primus, ut neminem latet eam, Sulpicio Quirino adscribit, alter vero testatum reliquit eidem peragendae operam suam praestitisse Sentium Saturninum, qui in Syriaca Praefectura Quintilium Varum immediate praecesserat. Quae duo simul conjuncta, et apte designant tempus, quo illa descriptio peracta sit, et nodum omnem solvunt quo ad genuinam, literalem, rectamque sacri textus explicationem, cui qui-

dem comprobandae, et illustrandae, opportune modo accedunt bini lapides hac nostra aetate feliciter inventi, de quibus adi lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 414, et 426.

Reliquae vero notae ϛΚ, et ΖΚ, quae in secundo, et tertio ejusdem Vari Praesidis numism. leguntur, argumento sunt eundem in Syriaca administratione continuasse ad annum saltem V. C. Varr. DCCL, quibus sane certissimis temporum notis nihil luculentius desiderari potest ad ea confirmanda, quae in historia Fl. Josephi continentur, tum aliis indubiae fidei monumentis probantur de anno emortuali Herodis M, de quo pariter uberrime actum est in lib. nostro Ær. Vulg. p. 307, et seqq. et in serie Vrbium, et Populorum.

Caput Jovis, ut supra sine epigraphe.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΣΑΤΟΡΝΙΝΟΥ ΟΥΟΛΟ ΕΛ An. XXXV Genius Vrbis sedens, ut supra. Ær. 3.

Blanch., Pell., aliique.

De recta hujus epochae interpretatione contra Blanchinium, caeterosque, vide in cit. lib. nostro de Vulg. Ær. Designant autem notae ΕΛ ann. V. C. Varr. partim DCCLVII, partim sequentem ab autumno in autumnum.

Caput Jovis laureatum, ut in superioribus.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΒΜ An. XLII Genius Vrbis sedens. Ær. 3.

Alius, sed ΓΜ An. XLIII. Ær. 3.

Alius, sed ΔΜ An. XLIV. Ær. 3.

Mei. Noris., Catal. Vind., Sestin., aliique.

Hujusmodi notae designant Syriacam Praefecturam Silani continuatam ab an. V. C. Varr. DCCLXIV ad DCCLXVII, qui fuit Augusto supremus, quibus calculis mirifice consentiunt veteres Scriptores.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Tiberii laureatum. In alio apud me caput sine laurea.

Α ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΜ An. I. Tiberii, et XLV aerae Augustan. Antioch. intra coronam. Ær. 2.

K

Duplex meus, Noris de Epoch. Vide Mus. n. Tab. XXXVI fig. 9.

Qui describitur in Catal. Vind. sub Augusto p. 223 n. 51. cum hac duplici epocha, Tiberio restituendus, cui uni annus primus imperii convenire potest. Vide etiam utramque epocham in nummis Seleucensium. Apud Morell. autem, et Magnanium mirum quam mendose hujusmodi nummi describantur, quod jam in lib. de Vulg. Ærae Emend. probavimus, atque hic iterum innuere e re nostra esse ducimus. Vide etiam Eckhelium D. N. V. T. III. p. 176. haec, quae jam anno praecedenti ante suum Opus edideram mirifice confirmantem. Patet autem ex hoc nummo Silanum in sua administratione Syriae prima etiam attigisse Tiberii tempora. Ex iis vero Seleuciae aliud insuper biennium.

Vtraque Epocha Juliana, et Augustana simul conjuncta.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Augusti laureatum.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. In area ϚΛ. ΔΝ ΧΓ. Idest An. victoriae Actiacae XXXVI, autonomiae LIV. Genius Vrbis sedens cum flumine Oronte ad pedes. Arg. m.

Noris, Pell. M. I. pag. 173.

An. ϚΛ XXXVI ab Actiaca victoria incidit in An. V. C. Varr. DCCLIX ex praecedenti autumno. Eundem pariter ann. designant notae autonomiae ΔΝ ex epocha Juliana. Illa ducitur, ut saepe dictum est, ab an. V. C. Varr. DCCXXIII, haec vero ab an. DCCV. Recte igitur se habet computatio.

Epocha Augustana cum Consulatibus Augusti conjuncta.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Augusti laureat.

ΕΤΟΥΣ ϚΚ ΝΙΚΗΣ in ambitu. In area vero ΥΠΙΒ, infra ΤΧ. Idest an. victoriae XXVI. COS XII. Genius Vrbis cum Oronte ad pedes. Arg. m.

Alii, sed

ΕΤΟΥΣ ΖΚ ΝΙΚΗΣ ΥΠ ΙΒ An. XXVII. Vict. Cos. XII.
ΕΤΟΥΣ ΗΚ ΝΙΚΗΣ ΥΠ ΙΒ An. XXVIII. Vict. Cos. XII.
ΕΤΟΥΣ ΘΚ ΝΙΚΗΣ ΥΠ ΙΓ An. XXIX. Vict. Co. XIII.
ΕΤΟΥΣ Λ ΝΙΚΗΣ ΥΠ ΙΓ An. XXX. Vict. Cos. XIII.
Argentei m.

Pell. M. I. p. 172, Pembrok. Morell. Vaill. etc.

Consulatum XII iniit Augustus Kal. Januariis An. V. C. Varr. DCCXLIX, continuavit autem inscribi Cos. XII usque pridie Kal. Jan. an. V.C. Varr. DCCLI, quibus Consul XIII processit. Epocha Augustana coepit ab autumno an. V. C. Varr. DCCXXIII. Recte itaque se habet conjunctio an. XXVI cum Consulatu XII, itemque annorum XXVII, et XXVIII cum eodem Consulatu XII; cum Consulatu vero XIII ann. XXIX, et XXX.

Epocha Juliana.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Tiberii laureat.
ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΒΠ An. LXXXII. In laurea. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Sergio Galba L. Sulla Coss. Scribit Tacitus Annal. lib. VI: *extremo anni Flaccum Pomponium Syriae Propraetorem defunctum*. Haec mire consentiunt cum notis ΒΠ an. XXCII. Ii enim consules indices sunt an. V. C. Varr. DCCXXCVI. Annus autem ΒΠ coeperat autumno ejusdem anni ex epocha Juliana, cujus initium ab exeunte octobri an. V. C. Varr. DCCV. Mirus itaque consensus historiae, et Annalium Taciti cum hoc numismate. Probat autem nummus iste epocham hanc posteriorem esse non posse autumno an. V. C. Varr. s. s. DCCV. Mors enim Flacci contigit ante Kal. Januarias an. V. C. Varr. DCCXXCVII, cusus vero nummus post expirantem octobrem, intra novembrem, et decembrem, qui praecesserant Kalendas suprascriptas. Quo ad anteriora tempora nihil ex eodem nummo definiri po-

test; id tamen ex aliis praeclaris numismatibus suo loco videndis certissime probatur: nec autumnum nempe anni V. C. DCCV antecedere posse.

IMP TI CLAVDIVS AVG GER Caput laureatum Claudii.

ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Ϙ An. XC intra lauream. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill.

Annus iste coeperat ex autumno an. V. C. Varr. DCCXCIV, primo Claudii, IX Kal. Febr. ejusd. an. caeso Caligula.

Caput Claudii omissa epigraphe.

ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΔϘ An. XCIV. in laurea. Ær. 2.

Alius similis, sed not. Chronol. ϛϘ. An. XCVI.

Noris, Vaill. Eckhel.

Sub eodem Cassio Vaillantius in Claudio posuerat epoch. ΑϘ XCI, quam deinceps Gesn., et Morell. adoptaverant, sed emenda ΔϘ. Nam Petronio Marsus in administranda Syria successit, teste Josepho, deinde Cassius Longinus mortuo demum Agrippa Rege, cujus mors in quartum imperii Claudii annum incidit. Annus itaque ΑϘ, XCI ad summum Marso convenire dicendus foret.

IM...... CAESAR Caput Neronis laureatum.

ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΔΡ An. CIV. In medio coronae. Ær. 3.

Pell. M. II. p. 29.

Annus iste cum secundo Neronis anno conjungitur.

Protome Vrbis Antiochiae velat. In aliquibus ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ ΕΤ ΔΡ An. CIV. Aries cum luna bicorui, et astro. Ær. 3.

Alius sed ΕΤ ΕΡ An. CV. Ær. 3.

Mei, Noris de Epoch., Catal. Vind., et Theup.

Alii, sed ΕΤ ϛΡ
ΕΤ ΖΡ
ΕΤ ΗΡ Ærei 3.

Hard. Hunter Eckh. Syll.

Praeses iste Syriae, quem egregie Norisius de Epoch. Syrom. ex vetusto lapide nomina tulisse probat *C. Vmmidii Durmii Quadrati*, ex Tacito Annal. XII. eam provinciam a Claudio regendam acceperat an. V. C. Varr. DCCCIV, in ea ex suprascriptis nummis continuasse patet usque ad annum DCCCXIII ex autumno praecedenti.

Numismata Neronis tetradrach. cum duplici epocha, sive cum annis Imperii Neronis, et Æra Antiochena.

NEPΩN...... Σ ΣEB Caput Neronis laureatum.

AΓPIΠΠEINHΣ ΣEBAΣTHΣ Agrippinae caput comptis, fluentibusque capillis. In area Γ EP Anno Neronis III, Epochae Antioch. CV. Arg. m.

Haym. T. II pag. 241 Tab. XXIX n. 1.

NEPΩNOΣ KAIΣAPOΣ ΣEBAΣTOY, vel NEPΩN KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ Caput Neronis laureatum.

E HP Ex Harduino, qui in eo describendo deceptus, caeteros deinde omnes in eundem errorem pertraxit, ut deinceps clarissime constabit.

ς HP Aquila expansis alis fulmini insistens, et in area palmae ramus. Arg. m.

Pell. Mel. I. pag. 178 Catal. Henneric. Eckhel. Syll., et T. III D. N. V. pag. 281.

Z ΘP Meus Catal. Theup. Khell. Catal. Henneric. Eckhel. ex Mus. Caes. Pell. loco cit. Vide Mus. n. Tab. XV. num. 45.

H IP Catal. Theup., Khell. Supp., Catal. Henneric., Pellerin. loco cit. Eckh. Syllog. Descrip. Antioch. p. 19.

ETOYΣ AIP. Θ Meus, Vaill. Catal. Henneric. Mus. Caes. Pell. loco cit. Vide Mus. n. Tab. XV n. 46. A

ETOYΣ AIP. I Meus, Catal. Henneric. Vide Mus. n. Tab. XV. n. 46. B

ETOYΣ BIP. I. Meus, Vaill. Catal. Theup. Pell. loco cit. Mus. Caes. Vide Mus. n. Tab. XV. n. 47.

ΔΙΡ Pell. l. cit. Khell. Supp.

ΕΤΟΥΣ ΕΙΡ ΓΙ Morell., et ex eo Eckhel. Syll., et D. N. V.

ΕΤΟΥΣ ϚΙΡ Pell. l. cit., et ex eo Eckhel.

Superiora tria numismata, quae habent annos ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ. Θ, ΑΙΡ. Ι. ΒΙΡ. Ι, de quibus nullus exceptioni locus relinquitur, quorum primum, et postremum in pluribus Museis servantur, medium vero in meo, et Hennericiano, inter se comparata evincunt Antiochenos annum suum civilem saltem usque ad imperii Neronis tempora ab exeunte octobri inchoasse, ut fuse jam demonstraveram in lib. n. de Vulg. Ær. Emend. p. 183. Sed quoniam Cl. Eckhel. D. N. V. T. III. pag. 281 admisso etiam numismate Hennericiano cum notis ΑΙΡ Ι manet adhuc in veteri sua sententia, quae fuit Norisii, aliorumque praestantissimorum Chronologorum, quibus nondum perspectum fuerat praeclarum illud numisma, simulque meum cum recitatis notis ΑΙΡ. Ι, atque in ea versabantur opinione, ut putarent Epochae Antiochenae initium ducendum esse a Kal. Septembris, quam adoptat Eckhel. l. cit., vel a Kal. octobris, ut alii, operae pretium est, ut hic iterum ostendam utrum veteri, an meae potius sententiae sit assentiendum. Quod ut clare pateat duplicem hic tabulam subjiciam, quarum quaelibet exhibebit annos imperii Neronis cum epocha Antiochena comparatos, primam quidem ex Eckhelii sententia, ex mea vero alteram, quae necessario manat, et fluit ex anecdoto nummo cum notis chronologicis ΑΙΡ. Ι.

Praemitto autem quod Epocha Antiochena, Juliana, ex anno V. C. Varr. DCCV ducenda sit, et annus imperii I Neronis initium habuerit die XIII mensis octobris ann. V. C. Varr. DCCCVII, de quibus nulla est quaestio, atque inter nos convenit, ut videre est cit. lib. III pag. 281. Quod itaque ad primam attinet Tabulam ex Eckhelii mente, si epocha Antiochena inchoanda sit a Kal. Septembris, annus ejus epochae ΒΡ, CII ab A. V. DCCV finem habuisset prid.

Kal. Septembris an. V. C. DCCCVII, vivente adhuc Claudio; cum annis igitur Neronis jungi nequit. Idipsum concedit Eckhelius, qui cit. pag. 281 scribit: *coepit Nero regnare die XIII Octobris V. C. 807, quo tempore inde ab initio Septembris currebat annus Antiochenus* ΓΡ. Annus ergo Neronis primus ex die XIII octobris an. V. C. DCCCVII, usque in diem XII revertentis octobris an. V. C. DCCCVIII, ac die sequenti incipiebat ann. II decurrente jam ex praecedentibus Kalen. Septembris anno Antiocheno ΔΡ, ac propterea annus Neronis I partim, atque ex majori parte jungitur cum ann. Antiocheno ΓΡ partim vero cum sequenti ΔΡ. Ita ann. II incoeptus ex die XIII octobris an. V. C. DCCCVIII jungebatur cum anno Antiocheno ΔΡ usque ad Kal. Septembr. an. V. C. DCCCIX, deinde ex die XIII octobris ejusdem anni cum an. Antiocheno ЄΡ ex praecedentibus Kal. Septembribus inchoato. Ex quo patet an. Neronis II partim spectare ad an. Antioch. ΔΡ, partim vero ad ЄΡ. Ac sic deinceps eodem semper ordine servato. Ex principiis itaque Eckhelii anni imperii Neronis, et epochae Antiochenae ita comparandi, ut in sequenti tabula.

Sed hic obiter praemittere lubet annos Antiochenos compositos cum iis Neronis ex mente Eckhelii, qui praeeunte nummo Harduini suprascripto, componit ann. Antiochenum ΗΡ cum ann. Neronis Ε, et ς, subdens, quod de his, *idem sentiendum de anno* ΑΙΡ *cum annis* Θ, *et* Ι, tum ex meis tribus nummis.

En itaque utrorumque dispositio:

Ex Eckhelio	
ΗΡ. Ε. ς	
ΘΡ. ς. Ζ	Ex meis vero tribus videndis supra, haec constat dispositio
ΙΡ. Ζ. Η	
ΑΙΡ. Η. Θ	ΑΙΡ. Θ. Ι
ΒΙΡ. Θ etc.	ΒΙΡ. Ι etc.

Ad oculum ergo patet discrimen, sed de his infra, modo prop. Tabulam subjiciamus.

Anni Neronis a die XIII octobr. V. C. DCCCVII.		Anni Ærae Antioch. a Kal. Septembr. V. C. DCCV.		Anni V.C.Varr. a Kal. Septembr. anni DCCCVII incipientes.	
I.	Α.	ΓΡ	ΔΡ	DCCCVII	DCCCVIII
II.	Β.	ΔΡ	ΕΡ	DCCCVIII	DCCCIX
III.	Γ.	ΕΡ	ϚΡ	DCCCIX	DCCCX
IV.	Δ.	ϚΡ	ΖΡ	DCCCX	DCCCXI
V.	Ε.	ΖΡ	ΗΡ	DCCCXI	DCCCXII
VI.	Ϛ.	ΗΡ	ΘΡ	DCCCXII	DCCCXIII
VII.	Ζ.	ΘΡ	ΙΡ	DCCCXIII	DCCCXIV
VIII.	Η.	ΙΡ	ΑΙΡ	DCCCXIV	DCCCXV
IX.	Θ.	ΑΙΡ	ΒΙΡ	DCCCXV	DCCCXVI
X.	Ι.	ΒΙΡ	ΓΙΡ	DCCCXVI	DCCCXVII
XI.	ΑΙ.	ΓΙΡ	ΔΙΡ	DCCCXVII	DCCCXVIII
XII.	ΒΙ.	ΔΙΡ	ΕΙΡ	DCCCXVIII	DCCCXIX
XIII.	ΓΙ.	ΕΙΡ	ϚΙΡ	DCCCXIX	DCCCXX
XIV.	ΔΙ.	ϚΙΡ		DCCCXX	DCCCXXI

Si vero juxta nostram sententiam praeeunte nummo cum not. ΑΙΡ. Ι annus civilis, et epocha Antiochena inchoanda sit ab octobri expirante, annus primus imperii Neronis, qui coeperat die XIII octobris an. V. C. Varr. DCCCVII, aliqua ex parte spectabit ad ann. ΒΡ epochae Antiochenae usque in exitum ejusdem mensis, et anni V. C. DCCCVII, quo finem habiturus erit idem ann. ΒΡ, tum die postero jungendus erit cum anno epochae Antiochenae ΓΡ usque in diem XII octobris insequentis anni V. C. DCCCVIII, decurrente adhuc anno epochae Antiochenae ΓΡ usque in exitum ejusdem mensis. Itaque annus primus Neronis in hac nostra sententia partim spectat ad annum Ærae Antiochenae ΒΡ, partim, atque majori ex parte ad an. ΓΡ. Pariter annus II ejus imperii ex die XIII octobris anni supra-

scripti DCCCVIII spectet oportet ad an. Antiochenum ΓΡ adhuc labentem, tum ab expirante octobri ejusdem anni ad ann. Antiochenum ΔΡ usque in diem XII octobris insequentis anni DCCCIX, atque ita deinceps eodem semper ordine servato. Igitur annorum comparatio ita procedere debet, pro ut sequitur in sequenti Tabula.

Anni Neronis a die XIII octobr. V. C. DCCCVII.		Anni Ærae Antioch. ab octobri expirante V. C. DCCV.	Anni V. C. Varr. ex praecedenti Octobri expirante decurrentes.	
I.	Α.	ΒΡ ΓΡ	DCCCVII	DCCCVIII
II.	Β.	ΓΡ ΔΡ	DCCCVIII	DCCCIX
III.	Γ.	ΔΡ ЄΡ	DCCCIX	DCCCX
IV.	Δ.	ЄΡ ϚΡ	DCCCX	DCCCXI
V.	Є.	ϚΡ ΖΡ	DCCCXI	DCCCXII
VI.	Ϛ.	ΖΡ ΗΡ	DCCCXII	DCCCXIII
VII.	Ζ.	ΗΡ ΘΡ	DCCCXIII	DCCCXIV
VIII.	Η.	ΘΡ ΙΡ	DCCCXIV	DCCCXV
IX.	Θ.	ΙΡ ΑΙΡ	DCCCXV	DCCCXVI
X.	Ι.	ΑΙΡ ΒΙΡ	DCCCXVI	DCCCXVII
XI.	ΑΙ.	ΒΙΡ ΓΙΡ	DCCCXVII	DCCCXVIII
XII.	ΒΙ.	ΓΙΡ ΔΙΡ	DCCCXVIII	DCCCXIX
XIII.	ΓΙ.	ΔΙΡ ЄΙΡ	DCCCXIX	DCCCXX
XIV.	ΔΙ.	ЄΙΡ ϚΙΡ	DCCCXX	DCCCXXI

Instituta comparatione inter utramque Tabulam, státim detegitur quae sententia sit veritati consentanea, quae vero falsa, et repudianda. In ea ex Eckhelii mente disposita anni Neronis VIII, IX, X respondent annis Aerae Antiochenae hoc ordine

VIII	ΙΡ	ΑΙΡ
IX	ΑΙΡ	ΒΙΡ
X	ΒΙΡ	ΓΙΡ

Tria vero praeclara numismata, quae admittit idem ipse

Eckhel., ut in superiori descriptione, mihique ante oculos versantur ex Mus. n. annos exhibent:

ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ Θ

ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ Ι

ΕΤΟΥΣ ΒΙΡ Ι

Ex horum itaque nummorum fide annus X imperii Neronis jungitur cum annis Ærae Antiochenae ΑΙΡ ΒΙΡ. Non recte igitur ex calculis Eckhelii cum ΒΙΡ, et ΓΙΡ. Ita annus Ærae Antiochenae ΑΙΡ, ex horum trium certa fide jungitur cum annis Neronis Θ, et Ι, in Tabula vero ex principiis Eckhelii cum Η, et Θ, quod repugnat. Denique in tribus hisce meis annus Neronis Θ nihil pertinet ad ann. Ærae Antiochenae ΒΙΡ, ad quem tamen refertur ex Echkelii sententia, quod iterum falsum, absurdumque. Ac revera, si annus IX Neronis, praeter ΑΙΡ jungendus foret etiam cum ΒΙΡ; X Neronis nulla ex parte jungi posset cum ΑΙΡ, sed comparandus cum ΒΙΡ ΓΙΡ contra horum numismatum fidem.

Hoc ipsum etiam clarissime evincitur, si calculos ineamus. Annus IX Neronis ex die suscepti imperii coeperat die XIII Octobris A. V. C. DCCCXV, finem habiturus die XII octobris insequentis anni V. C. DCCCXVI. Annus autem ΑΙΡ Antiochenus, si ducendus sit a Kal. Septembr. A. V. C. DCCV, coeperit oportet Kal. Septembr. An. V. C. DCCCXV, exiturus prid. Kal. easdem insequentis anni V. C. DCCCXVI. Annus itaque Neronis IX., Θ, qui finem habiturus erat die XII octobris V. C. DCCCXVI adhuc decurrebat ex Kal. Septembribus ejusdem anni, quibus jam inierat ann. Antiochenus ΒΙΡ, ideoque jungendus usque in diem XII octobris cum ΒΙΡ. Si ita est annus X Neronis nulla sui parte spectare posset ad ann. Antioch. ΑΙΡ, sed partim consociandus esset cum ΒΙΡ, partim vero cum ΓΙΡ contra fidem secundi, et tertii nummi, in quibus legitur ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ. Ι, ΕΤΟΥΣ ΒΙΡ. Ι Contra vero si annus civilis, et epocha Antiochena ducatur ab exeunte octobri V. C. DCCV, omnia recte se habent.

Nam an. AIP finem tunc habiturus erit sub exitum octobris an. V. C. DCCCXVI, cum autem annus Θ Neronis desinat die XII octobris ejusdem anni, sequenti vero die XIII initium habeat annus ejus X, clare patet, tam Neronis annum Θ, IX, quam I, sive X spectare ad an. AIP usque in expirantem octobrem ejusdem anni DCCCXVI. Quo tempore initium habente anno Antioch. BIP, annus quoque Neronis X decurrere incipiet cum eodem anno BIP usque in diem XII octobris insequentis anni DCCCXVII, et ita deinceps in annos subsequentes, qua etiam ratione comparandi erunt anni singuli praecedentes ab anno primo Neronis, et BP epochae Antiochenae.

Miror autem Cl. Eckhelium, qui cit. lib. III D. N. V. pag. 281 sua ratiocinia instituit a Kal. Septembris epochae Antiochenae, sine ullo examine, aut probatione asserere potuerit: *idem sentiendum de anno* AIP *composito cum annis* Θ, *et* I. Nam ut paulo ante vidimus annus Antiochenus AIP a Kal. Septembr. V. C. DCCV exierat prid. Kal. Septembres A. V. DCCCXVI, ipsis vero Kal. Septembr. coeperat an BIP; annus vero Θ Neronis adhuc in cursu erat usque in diem XII octobris ejusdem an. V. C. DCCCXVI. A Kal. igitur Septembr. ad diem XII octobris Θ Neronis jungebatur cum BIP. Qui fieri ergo potest, ut in sententia Eckhelii, in qua an. Θ Neronis spectet oportet ad annos AIP, BIP, simul ann us I, sive X Neronis jungi possit cum anno AIP, quod plane repugnat? Haec itaque ratiocinia, et calculi, quibus nihil est, quod jure opponi queat, suam ipsam evertunt sententiam. Quod idem faciunt numismata cum notis AIP I, BIP I. Nam ann. Antioch. AIP coeperit oportet in sententia Eckhelii Kal. Septembr. V. C. DCCCXV finem habuerit prid. Kal. Septembr. A. V. C. DCCCXVI: annus autem I, sive X Neronis coeperat die XIII octobris V. C. DCCCXVI; ergo annus iste I, sive X Neronis nihil attinet ad AIP, sed ad BIP, et ΓIP. Falsum itaque absurdum-

que, quod constituto epochae Antiochenae cardine ex Kal. Septembris, annus AIP componi possit cum annis imperii Neronis Θ, et I.

Nummum affert Harduin. in Hist. Aug. ad ann. Ærae Vulg. LIX, et ex eo Mazzolen., et Valsechius cum notis E. HP. Norisius quoque sua ex illo ratiocinia instituit, ubi agit de epocha Samariae Dissert. V p. 524 edit. Lips, tandem, et Eckhelius in Syll. ubi agit de Descript. Numm. Antiochiae Syriae p. 19, tum D. N. V. cit. T. III p. 281. Sed Harduinum deceptum fuisse, ut in aliis multis, de quibus Eckhelium ipsum testem appello, caeterosque in errorem pertraxisse confitendum est. Nam cum certo constet de serie, et ordine epocharum, idque ex indubiae fidei nummis, quos hactenus adhibuimus ad annos Neronis cum aera Antiochena comparandos, ex hoc ipso Harduini lapsus fit manifestus. Nam conjuncta epocha H cum Neronis anno E, jungi amplius non poterit AIP, cum I, de quo ex numismate Mus. Hennericiani, meique certa fide constat, caeterarumque omnium epocharum ordo inverteretur, ut ex propositis Tabulis liquet. Quod Norisio, caeterisque ante nostram aetatem praeclarum hoc monumentum minime perspectum fuerit, nil mirum, si de eo Harduini nulla ipsis suspicio oborta fuerit, atque ex illo sua ratiocinia instituerint. Verum Eckhelio, qui subinde Tom. III D. N. V. pag. 281, sibi jam perspectum fuisse ostendit nummum Hennericianum, quem ipse in mei similis confirmationem anno praecedenti in lib. Vulg. Ær. attuleram, vix equidem venia danda, quod tam illustre, tantique momenti chronologiae caput in examen revocare neglexerit, eaque propterea confidenter nimis asseruerit, quae repugnant, ut paulo ante probatum est. Vel enim duo numismata unum ex Catal. Hennericiano, alterum ex Mus. n., de quo quisque certior fieri potest, respuenda, vel illud quemadmodum ab Harduino describitur repudiandum. Erit fortasse

nota Z, vel ς ab eo pro E accepta, vel sumenda pro ETOYΣ, vel quidvis aliud cogitare fas erit, nunquam vero aequus judex admiserit Harduini lectionem anteponendam, quae repugnat cum monumentis, de quibus nullus dubitationi locus relinquitur. Concludendum igitur Norisii, Eckhelii, aliorumque praestantiss. Viror. ratiocinia, quibus statuebant Julianam Antiochenam Æram inchoandam esse a Kal. Septembr., vel a Kal. octobr. hodie deserenda esse, illamque epocham expiranti octobri illigari debere: quo tempore inciperet mensis Dius, primusque ipsorum anni civilis, saltem usque ad Neronis imperium, quemadmodum hoc praeclarissimum chronologiae caput in libro nostro de Vulg. Ærae Emend. fuse jam probatum fuerat. Ostendunt etiam tria illa suprascripta numismata inter se comparata epocham hanc nec anteriorem, nec posteriorem esse posse exeunte octobri A. V. DCCV, de quo cardinis exordio satis in eodem libro dictum est, et cuique comparationem instituenti facile constare poterit.

IMP NER CLAVD CAESAR Caput Neronis laureat.
ЄΠΙ ΚЄCΤΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ЄΤ ΔΙΡ AN. CXIV in laurea. Ær. 2.
Pell. Mel. II pag. 313, Vaill.

IM NER CLAV CAESAR Caput Neronis laur.
ЄΠΙ ΓΑΙΟΥ ΚЄCΤΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧЄ ЄΤΟ ЄΙΡ An. CXV. in laurea. Ær. 2.
Mus. Pembrok p. 3 Tab. 87, Pell. Mel. II p. 313.

Designant notae suprascriptae ann. V. C. Varr. DCCCXIX, et DCCCXX, singulae ab autumno praecedenti.

Alius similis, sed notae ϾϹΙΡ An. CXVI.
Pell. Mel. I p. 178.

Complectitur annus iste supremum tempus Neronis ex octobri deficiente an. V. C. DCCCXX.

IMP CAES AVG SER GALBA Caput Galbae laureat.

ЄΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ЄΤ ΖΙΡ An. CXVII in laurea. Ær. 2.

Vaill., Noris. de epoch., Morell. in Famil. Licin. Vide in sequenti nummo.

IMP M OTHO CAE AVG Caput Othonis.

ЄΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ЄΤ ΖΙΡ An. CXVII, intra lauream. Ær. 2.

Nummus iste cum superiori aptissimus est ad Julianam epocham definiendam. Nam Sulp. Galba interficitur a. d. XVII Kal. Februarii an. V. C. Varr. DCCCXXII, quem signant Consules idem Galba Aug. II, et T. Vinius, octavo mense, ex quo in locum Neronis imperium tenuerat, eidem succedente Othone, qui tamen post nonagesimum imperii diem sibi mortem conscivit. Si ab autumno anni V. C. Varr. DCCV notas ΖΙΡ numeraveris, invenies annum incoeptum autumno V. C. Varr. DCCXXI, finem habiturum autumno insequentis anni, quibus finibus trimestre Galbae tempus, brevissimumque Othonis imperium continetur. Vicissim vero cum de hujus epochae cardine ex aliis nummis certo constet, probatur recte procedere tempora tum Galbae imperii, tum Othonis. Id etiam probatur ex nummis Neronis cum duplici epocha, de quibus satis diximus supra, et in lib. n. de Vulg. Ærae Emend.

...... IMP PON...... Caput Titi.

ЄΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ЄΤ ЄΚΡ An. CXXV intra coronam. Ær. 2.

Pembrok. parte III Tab. 87. Spanhem. T. II p. 329.

Merito animadvertit Eckhelius male apud Pembrok pro Domitiano exhiberi, cum iste nondum Imperatoris titulo auctus esset, in quem errorem etiam pertraxit Bellejum. Pertinet ad Titum, qui etiam vivo Vespasiano patre eo titulo appellabatur. Complectuntur autem notae ЄΚΡ ann. V. C. DCCCXXX ex praecedenti autumno.

ANTIOCHIA AD HIPPVM

Haec Vrbs in Decapoli sita erat ad Hippum montem: a Judaeorum servitute per Pompejum liberata ejus epocham instituit. Sed adhuc in obscuro manet quid de ejus cardine statuendum sit. Illud certum eundem proferri non posse ultra an. V. C. Varr. DCXCIV ob L. Veri nummum cum notis ΘΚC. Paucissimi nummi, qui hactenus innotescunt suprascriptas exhibent not. chronol., praeter unum Commodi cum not. CMH, ut in sequenti Elencho.

AVT KAIC M AVP ANTωN Caput M. Aurelii laureatum.

ANTIOX ΠΡ ΙΠ ΙЄΡ ACYΛΟC ΘΚC Mulier stans capite turrito equum fraeno regit, in s. cornucopiae. Ær. 2.

Noris, Vaill., Eckhel.

In meo simili, sed absque epocha non cornucopiae esse videtur, quod retinet mulier in sinistra, sed potius sceptrum. Aliter etiam visum Pellerinio in altero Antonini Pii, cum eodem typo, sed pariter sine epocha. Mel. II. p. 75.

Alius, in quo ANTIO TΩ ΠΡ etc. Ær. 2.

Vaill.

AVT KAI A AVP OVHPOC Caput L. Veri laureat.

ANTIOX ΠΡ ΙΠ ΙЄΡΑC ΘΚC Mulier turrita, etc., ut in superiori. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Bellini.

Caput L. Veri, ut supra.

ANTIOX ΠΡ ΙΠ ΙЄΡ ACY ΘΚC Typus mulieris etc., ut in superioribus. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Si admittenda foret Eckhelii sententia, qua statuit sub L. Vero, et de Tribunic. potest. T. VIII D. N. V. pag. 416. L. Verum interiisse media hyeme, et januario labente anni V. C. CMXXII, hujus epochae fines retrahere oporteret in an. V. C. DCXCIII. Sed ut jam a me probatum fuit in lib.

n. de Vulg. Ær. Emend. pag. 253, et seq. subita L. Veri mors pertinet ad mediam hyemem, et januarium mensem anni insequentis V. C. Varr. CMXXIII, a quo dimoveri nequit, ut etiam sub Abila Vrbe, et altera Gazae dictum est. Nam, ut eo in Lib. animadvertimus, ex certa fide duorum numismatum Alexandrinorum constat eundem L. Verum adhuc inter vivos fuisse anno imperii sui Ægyptiaco X, sive L. I. qui profecto signari non potuit, nisi revertente Neomenia Thoth, sive die XXIX augusti an. V. C. Varr. CMXXII, ex quo sequitur praecedenti januario nondum diem suum obiisse L. Verum.

Mirari autem quisque desinet, si Cl. Zoega in suo Lib. pag. 235 in subjecta nota utrumque nummum cum notis L I in suspicionem vocaverit, eo quod, ut ait ibid. L I, sive X *non admittat Veri imperium*. Nam cum ille diem mensemque emortualem Antonini Pii de sua sede turbasset, scribens sub eodem: *Antoninum saltem non ante exactum mensem augustum A. V. C. Varr. CMXIV vita functum esse*; ex quo sequebatur Alexandrinos M. Aurel., et L. Veri successorum, revertente Neomenia Thoth, sive die XXIX augusti ejusdem anni V. C. CMXIV, annum secundum ex eorum methodo, idest L B, signare non potuisse, ipsi egregio Viro necesse fuit, ut binos nummos, de quibus agitur cum L I, anno X in suspicionem vocaret, eosque male descriptos assereret. Sed cum ex tam perspicuis, indubiisque monumentis, quae publice hic Romae, atque in omnium oculis versantur, ejus error de mense emortuali Antonini Pii detersus fuerit in nostris Vindiciis pag. 275, et seqq. Lib. n. Ær. Vulg. certo consequitur, et Antonini obitum a mense martio anni s. s V. C. CMXIV divelli non posse, atque successoribus M. Aurel., et L. Vero praeter primum, secundum etiam L B ex die XXIX augusti eodem anno ex Ægyptiorum methodo signatum fuisse, ideoque ipsius suspicionem de notis L I inanem esse, nulloque in pretio haben-

dam. Sub anno praecedenti nono, L Θ, quem integrum exegit L. Verus, tres tantum a Cl. Zoega describi potuerunt: quis quaeso jure jam dubitare poterit de duobus a praeclarissimis Viris cum diverso typo allatis, qui quatuor, et paulo plus vitae L. Veri menses complectuntur, signantque annum ejus imperii decimum, L I? Id omnes critices leges vetant, nisi argumenta proferas omni exceptione majora, alias unicuique omnia in rebus chronologicis sus deque vertere, ac turbare pro arbitrio licebit. Atque haec etiam sufficiant ad dubia, quae praeclariss. Eckhelius excitat cit. lib. VIII pag. 417 de eodem anno X, L I in nummo ipsius L. Veri, quem ille tanquam unicum memorat ex Catalogo Theupoli, quin ad implicatas, incertasque quaestiones descendam, de Tribunicia potestate, de quibus ibidem sermonem instituit. Viam regiam sequor, et amplector, quae ad veritatem facilius conducere mihi videtur.

Caput Faustinae jun. omis. epigr.

ANTIOX ΠP IΠ IЄP ACYΛOC ΘKC Typus, ut in praecedentibus.

Caput Commodi omiss. epigr.

ANTIOX ΠP IΠ IЄP ACY CMH Mulier cum equo, ut in superioribus. Ær. 2.

Admisso etiam extremo cardine, adhuc triennium superest ad Commodi mortem ex computatione, quae instituatur de notis CMH.

ANTIOCHIA AD SARVM CILICIAE

Vnicus est nummus hujus Vrbis, qui hactenus innotescat cum Imp. nomine. In promptu est tamen alius autonomus apud Pell. p. II p. 161, in quo ejusdem mentio habetur, atque Stephanum de Vrb. emendandum docet, qui eam ad Pyramum collocat. Vaill. epochae cardinem ab A. V. C. Varr. DCCXXXIV. ducendam putat, Bellejus ab inse-

quenti; pro ut quisque eam Anazarbi computat. Sed in mera conjectura rem positam quisque videt.

Caput M. Aurelii om. epigr.

ANTIOX IЄP KAI ACYA Π CAPON... In area POB. An. CLXXII. Juppiter stans, d. pateram, s. hastam, pro pedibus ara. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Asserere oportet hunc nummum signatum fuisse M. Aurelio adhuc Caesare.

APAMEA SYRIAE

De hujus Vrbis splendore, ac nomine, de Axio flumine eam interluente, de Seleucidarum epocha, quam in nummis Syriae Regum, atque autonomis adhibuit, videndi prae caeteris Norisius de Epochis, et Pellerin. P. II. Nos hic ex Vaill. fide unum, et alterum Augusti nummum subiiciemus cum epocha Juliana, vel Augustana, qui soli innotescunt.

Caput Augusti om. epigr.

AΠAMEIAΣ THΣ IEPAΣ K AΣYΛ ΓK An. XXIII. Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam. Ær. 3.

Alius, sed HK An. XXVIII. Caput muliebre velatum, et turritum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Pell. P. II animadvertit in nummis Imperatorum Roman. Apameae Syriae, vel Phrygiae legi AΠAMEΩN. Vaillantii tamen lectio diversa.

ARADVS INSVLA ET VRBS PHOENICIAE

Vrbs Phoeniciae vetustissima suos primo habuit Dominos, alios, atque alios subinde experta, donec in Seleucidarum Regum potestatem venit, a quibus brevi post cum

autonomiam obtinuisset, ab ea Epocham instituit, quam superstites Imperatorum Romanorum nummi nobis insculptam exhibent. Ex eorum fide, qui hactenus innotescunt certos illius fines sic constituere licet, ut neque posterior esse queat verno tempore an. V. C. Varr. CDXCVI, nec anterior autumno an. V. C. Varr. CDXCIV, idque ex nummis Trajani, et Elagabali, de quibus vide suo inferius loco. Si Aradii Macedonum more annum suum civilem ab autumno revera inchoarent, ut Norisius, Vaill., caeterique ex analogia quadam inferunt, illud insuper consequeretur eandem epocham nec posteriorem esse posse autumno A. V. C. Varr. CDXCV. Verum id pro re plane certa, et explorata, praesertim de Vrbe Phoenicia sumi nequit, ut saepe alias animadvertimus. Bini quoque modo accedunt nummi Aradiorum cum Trajani imagine, notisque chronol. ΔOT, ЄOT, addito in utroque Parthici titulo, quorum secundus Norisium latuit. Hisce pariter praeeuntibus, si certo constaret quando Orientis Vrbes titulum Parthici nummis suis addere coeperint, id plurimum conferre posset ad arctiores hujus epochae fines constituendos. Sed nemo ignorat rem hanc adhuc disputationi esse subjectam. Nummi commatis romani, ac caetera monumenta, quae adhuc extant nonnisi postremo imperii Trajani tempore eum additum testantur. Alexandrini nummi labentem jam more suo annum L IΘ, et sequentem L K produnt, non integrum utique biennium. In nummis tamen Laodiceae Syriae triennium idem titulus complectatur oportet, ut sub ea Vrbe patebit. Quae quanquam ita se habeant, tamen nihil magis veritati consentaneum arbitror, quam quod hujus epochae fines ita constituantur: ut nec anterior sit autumno an. V. C. Varr. CDXCV, nec posterior verno tempore insequentis anni V. C. Varr. CDXCVI. Vide in nummo Trajani cum titulo Parthici, et notis ЄOΓ.

Caput Domitiani omissa epigraphe.

ΑΡΑΔΙΩΝ In area ΒΜΤ An. CCCXLII. Fortuna temoni insidens. Ær. 2.

Noris de Epoch. Syrom. ex Patino pag. mihi 439.

ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤ Caput Domitiani laureat.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΝΤ An. CCCLII Vas cum duobus palmae ramis inter duas sphinges. Ær. 3.

Noris ex Vaill. Sestin. ex M. Ains.

Caput Domitiani, et epigraphe, ut supra.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΝΤ An. CCCLII. Fortunae typus. Gesn. Tab. 68. ex Moliner.

Nummus Trajani om. epigr. utriusque partis, et typo.

Epocha ΤΞ An. CCCLX.

Pell. M. II. p. 314, ubi tamen mendose Domitiano adscribitur. In epigraphe capitis nomen Dacici abesse debuit, quod adnotare maxime intererat.

Caput Trajani om. epigr.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΓΞΤ An. CCCLXIII Mulier cum luna crescente in capite temoni insidens, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus Trajani om. epigr., et typo utriusque partis.

Epocha ΕΞΤ An. CCCLXV.

Pell. M. II. p. 314.

Caput Trajani omissa epigraphe.

ΑΡΑΔΙΩΝ superne ΑΟΤ Bos cornupeta. Ær. 2.

Arigon. T. I. Tab. III n. 40.

Equus velut desultorius exhibetur in schemate, sed typus frequens Aradiorum erat bos gibbosus decurrens, atque hunc in nummo expressum potius existimaverim.

Caput Trajani om. epigr.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΟΤ An. CCCLXXII Bos cornupeta. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ........ ΣΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ.... Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΔΟΤ An. CCCLXXIV Mulier temoni insidens, s. cornucopiae. Ær. 2.

Sestin. Descript. N. Vet. pag. 540.

ΑΥΤΟΚΡ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ ΠΑΡΘ. Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ. In area superne hinc ΔΟΤ An. CCCLXXIV inde lit. solitaria. Fortuna tutulata, d. navis gubernaculum regit, s. cornucopiae. Duplex Ær. 2.

Meus: in altero ex his duobus lit. solit. grandior, et aperta. Vide Mus. n. Tab. XVIII. n. 103.

ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ ΠΑΡΘ. Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΔΟΤ Fortuna, ut in superiori, sed sine tutulo in vertice, et lit. solit. in area. Ær. 2.

Noris. de epoch. Vaill. de Num. Graec.

.... ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙ ϹΕΒ ΓΕΡ..... Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΕΟΤ An. CCCLXXV Mulier temoni insidens, quem manu tenet. Ær. 2.

Catal. Theup., Sestin. ex Mus. Ainsel. Arigon. T. II.

Nummus Trajani omissa utraque epigraphe, et typo. Epocha ΕΟΤ. An. CCCLXXV.

Pell. Mel. II p. 314.

.... ΔΑΚ ΠΑΡΘ Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ In area ΕΟΤ An. CCCLXXV Fortuna navis gubernaculo insidens, s. cornucopiae gerit. Ex opposito notarum conspicitur lit. solit. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVIII n. 104.

Ex hoc nostro suppletur epigraphe in praecedentibus cum iisdem notis, in quibus deletus modo titulus ΠΑΡΘ. Trajanus Selinunte vita functus est a. d. III. Id. aug. an. V. C. Varr. DCCCLXX. Si epocham duxeris a verno tempore an. V. C. Varr. CDXCVI, notae ΕΟΤ diem ipsius emortualem complectentur, ut computationem instituenti patebit, non

autem, si ejus cardinem differas in autumnum ejusdem anni. Igitur principii loco statuere fas est epocham hujusmodi posteriorem esse non posse ineunte vere anni suprascripti V. C. Varr. CDXCVI, ut initio praemisimus. Quo ad alterum vero extremum: si hujus aerae computandae initium feceris ab autumno an. V. C. Varr. CDXCIV, vel a vere ineunte insequentis anni V. C. CDXCV, notas EOT in exitu futuras deprehendes revertente autumno A. V. C. DCCCLXIX in prima computatione, vere autem ineunte A V. C. Varr. DCCCLXX in secunda. In utraque autem patet Aradiis tempus superfuisse, ut nummum emittere possent cum notis ϛOT, ex quo sequeretur eosdem Aradios tribus postremis continuis annis Trajano Parthici titulum adjicere potuisse. At vero, ut initio animadvertimus, Ægyptii non nisi labente jam ipsorum anno XIX, L IΘ, et sequenti XX L K eum titulum suae monetae addere coeperunt; monumenta vero romana nonnisi supremo vitae, et imperii Trajani anno. Itaque veritati potius consentaneum putandum, quod Aradii quoque ipsi non ultra epochae suae biennium titulo Parthici Trajanum decoraverint, ex quo concludendum Æram ipsorum ducendam, vel ab autumno an. V. C. Varr. CDXCV, vel a vere ineunte insequentis anni V. C. CDXCVI, ut notae EOT cum titulo Parthici iterum adjecto supremum vitae tempus Trajani complectantur, excludantque ejus iterati tituli triennium. Vide etiam nummum, qui sequitur cum bove gibboso.

Neque ex nummis Laodiceae Syriae argumentum peti posse arbitror, quod hisce calculis officiat. Illi enim peculiare id offerunt, ut tam cum notis BΞP, quam cum sequentibus ΓΞP titulum Parthici modo adiiciant, modo vero omittant; ex qua inconstantia nihil certi inferre licet in rem nostram, et in chronologiae commodum; sed merito suspicari fas est eum titulum optimo Principi adjectum fuisse in faustum veluti omen, auspiciumque expeditionis ab eo

susceptae in Parthos, ac victoriae de illis consequendae. Accedit Laodicenses nummos emittere potuisse cum notis ΔΞΡ, quae supremum vitae, et imperii Trajani tempus complecterentur, quo anno praesertim eidem Parthici titulum accessisse certum est. Attamen nulli hactenus prodiere nummi a Laodicensibus editi, qui postremum Trajani imperandi annum contineant. Hinc satius duximus sub ea Vrbe nullum petere argumentum ex titulo Parthici pro definienda ejus Vrbis epocha, cum alia minime desint ad id assequendum maxime idonea. Vide sub ea Vrbe.

Caput muliebre velatum, ante quod aliud parvum laureatum Trajani, sine ulla epigraphe.

ΑΡΑΔΙΩΝ, et superne ΕΟΤ An. CCCLXXV Bos gibbosus decurrens, et in area lit. solit. Ær. 2.

Meus, Noris de Epoch., Catal. Theup. sed uterque absque lit. solitaria, ut etiam apud Arigon. T. I. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 22.

Bos gibbosus decurrens in hoc indicare potest spectacula ab Aradiis edita ob victoriam Trajani Parthicam, et bellum illud ab eo confectum capta Cthesiphonte. Quibus confirmentur quae in superiori nummo allata sunt, probentque hunc pariter nummum anno ipsius Trajani emortuali editum fuisse, ac propterea epocham anteriora initia habere non posse autumno an. V. C. Varr. CDXCV.

Caput Hadriani om. epigr.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ϥΤ An. CCCXC. Duo capita feminea turrita simul juncta. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Indicat nummus iste societatem, quae inter Laodicenos Syriae, et Aradios Phoeniciae intercedebat. Illi ab alio cardine epocham suam ducebant, ut suo loco dicemus. Hinc epocha Aradiorum propria intelligenda est, cujus annus ϥΤ incidit in XV imperii Hadriani.

ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΙ In alio Sestin. Descript. N. V. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟϹ Capita adversa M. Aurelii, et L. Veri laureata.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΚΥ In area Є An. CDXXI. Taurus decurrens. Ær. 2.

Catal Theup., Noris de Epoch.

Alius, sed Fortuna temoni insidens, s. cornucopiae. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXII n. 169. Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Sestin.

Anno II, vel III imperii utriusque cusus nummus.

Caput M. Aurelii om. epigr.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΑΚΥ An. CDXXI Astarte in templo 4 column., d. caput humanum, s. hastam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ϹΕΒΑϹΤΟΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟϹ Capita laureata M. Aurelii, et L. Veri se respicientia.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΒΚΥ in area Є An. CDXXII Fortuna tutulata insidens temoni, laeva cornucopiae. Ær. 2.

Pell. Supp. II. pag. 1. Partis II.

ΑΥΤΟΚΡΑ ΚΕΣΑΡ (sic) ΑΝΤ. ΚΟΜ. Caput Commodi laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΗΜΥ In area Γ An. CDXLVIII. Astarte Dea stans inter duas columnas, quibus Victoriae impositae, singulae cum corona. Ipsa Astarte, s. demissa, d. extendit ad Victoriam in dex. positam. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 105. Tab. XXVIII. f. s.

Intra supremum vitae, et imperii quadriennium Commodi signatus intelligendus est nummus iste.

ΑΥΤ ΚΑΙ ϹΕΠ ϹΕΟΥΗΡΟΝ Caput Sept. Severi laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ϛΝΥ An. CDLVI Neptunus stans, d. trident., s. delphinum. Ær. 2.

Pell. Dern. Suppl. Tab. I. n. 6., et p. 6.

Ad primum imperii Sept. Severi quinquennium spectat.

AVT K M AVP ANTΩNINOC Caput Caracallae laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΥΟΔ Є An. CDLXXIV Vas inter duas sphinges. Ær. 3.

Pell. M. II. p. 142 Tab. XXIX n. 2.

Pertinet nummus ad postrema Caracallae tempora.

AVT K M AVP ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad humeros.

ΑΡΑΔΙΩΝ Є ΣΟΥ An. CDLXXVII. Cypressus inter taurum, et leonem, ad caput leonis astrum, atque hinc inde ad eorum latera signum militare, in quorum altero manus expansa, in altero vero parvum vexillum.

Mei quatuor Ær. 2. Vide Mus. n. Tab. XXVIII n. 274.

Similes fere exhibent Norisius de Epoch. Syrom. Pell. M. II p. 171. Vaill. de Num. Graec. excepta prima nota minori chronol., in qua in meis omnibus lineola transversa, ex opposito ducta cernitur sic Σ non Z, cujus rei exempla non pauca occurrunt in aliis nummis. Eo pacto ΖΕΥC inscribitur in iis Corcyrae, Zeugmatensium Philippi sen., aliisque. Paulo supra dedimus ex Pell. nummum Sept. Sev. cum nota ς plane ab hac diversa, ut suspicari nullo modo queat hanc ad ann. VI exprimendum inscribi potuisse. Venia danda iis, qui hujusmodi nummos Caracallae adscribendos putabant; nam aliqui sunt, qui vultus lineamenta adeo truci aspectu exhibent, ut ad Caracallae similitudinem revera accedere videantur. Talis est, quem ad me pro sua humanitate transmisit Comes Jacob. de Verità, quem delineatum vide una cum altero ex meis, in quo facies plane imberbis, minusque severa Tab. XXVIII. n. 273. Vterque tamen proculdubio uni Elagabalo adscribendus. Eadem enim epocha pro utroque repugnat, intermedio Macrini imperio mensium fere XIV. Annus CDLXXVII in omnibus hisce nummis signatus probat epocham anteriorem esse non posse autumno an. V. C. Varr. CDXCIV. Nam si eandem verno tempore ejusdem anni incipias, exiisset annus ΖΟΥ antequam Mae-

sae artibus Pseudo-Antoninus Imperator ab exercitu vocaretur. Atque haec extra dubium posita. Caeterum eandem in subsequens tempus potius conjiciendam esse jam supra probavimus.

ARETHVSA SYRIAE

Inter Syriae Vrbes a Seleuco Nicatore conditas recensetur, antea Gammarus dicta. Ex praeclaro Diadumeniani nummo, qui una cum altero Sept. Severi unice nobis hactenus innotescit, ejus epochae cardinem ducunt Norisius, et Vaill. ab an. V. C. Varr. DCXXCV, circa quod tempus Dynastae Arabi Sampsiceramo se subdidit ea Civitas, Seleucidis Regibus, dum inter se intestina bella gererent, Syriae populos infestantibus. Verum si veritatem amamus, fatendum est ejus epochae initium, constituta etiam anni civilis Arethusae Neomenia in autumno, ut Norisius, et Vaill. faciunt, ex aequo ab anno V. C. Varr. DCXXCVI duci posse. Nam in hac quoque hypothesi annus CCXXCV in nummo inscriptus coepisset autumno an. V. C. Varr. CMLXX, quo tempore Diadumenianus nondum Augusti titulum a patre acceperat, quod anno tantum insequenti, postremisque imperii mensibus contigit. Vide quae probata sunt, ubi de nummis Ægaeensium. Sed illud praeterea accedit nihil esse verisimilius, quam quod Arethusa, postquam in Sampsicerami potestatem venerat, ex Arabum more, et juxta ipsorum anni formam novam epocham induxerit. Porro ex Simplicio, ut etiam alibi memoratum est: Arabibus in usu erat ineunte vere annum civilem auspicari. Quo posito initium hujus epochae a Vaill., et Norisio constitutum plane excluditur, et alterum ab an. V. C. Varr. DCXXCVI substituendum. Nam exiisset annus ЄΠC nondum interfecto Caracalla, quod accidit VIII. Id. April. an. V. C. CMLXX.

Caput Sept. Severi om. epigr.

ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ ЄΤ ΓΞϹ An. CCLXIII Mulier tunicata, et turrita stans, d. pateram, s. hastam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

M. O. ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝ. Caput Diadumeniani sine laurea. ΑΡЄΘΟΥϹΑΤΩΝ In imo ЄΤΟ ЄΠϹ An. CCXXCV. Gammarus. Ær. 3.

Noris de Epoch. Syrom.

Ineunte aprili an. V. C. Varr. CMLXX interfecto Caracalla, Macrinus imperium sibi asseruit, et Diadumenianum filium Caesarea statim dignitate ornavit. Si epocham Arethusae duxeris a verno tempore ex Arabum more, de quo initio diximus, annus ЄΠϹ coeperit oportet ineunte vere an. V. C. Varr. CMLXX. Ex quo sequitur epochae cardinem nec anteriorem esse posse verno tempore an. V. C. Varr. DCXXCVI.

ASCALON PALAESTINAE

Vrbs haec nobilis Palaestinae in ora Syriaci maris sita antiquissimis temporibus una extitit ex quinque Satrapiis Philistinorum, teste S. Hieronymo, et in sacris Literis non semel memoratur. Primo Alexandri M. aeram adhibuisse animadvertit Cl. Pellerin. in nummis argenteis, quos illustrat Mel. I. p. 117. Quo ad Romanos vero Imperatores, si unum excipias Augusti nummum, in quo duplex epocha inscripta cernitur, in caeteris omnibus una tantum invenitur. Praeclara sunt, quae de illa more suo disputat praestantiss. Norisius Dissert. V de Epoch. Syrom. Ex notis chronolog., quas posuit Euseb. in Chron. ad tempus designandum, quo Manichaeorum Haeresis eruperat, ubi comparat an. Ascalonitarum CCCXXC cum anno secundo imperii Probi, qui index certissimus est an. V. C. Varr. MXXX, ut nos etiam in lib. de Vulg. Ærae Emend. fuse probavimus; ex

nummis Titi cum notis BΠP; Neronis cum anno AOP, Elagabali cum AKT, aliisque ejusdem generis monumentis concludit ejus aerae cardinem constituendum in autumno an. V. C. Varr. DCL. Verum pace Cl. Viri ad severiores calculos re exacta, unum illud tam ex Eusebii testimonio, quam ex nummis, quos ille inspexit, quique deinceps detecti sunt, certo infertur, Ascalonitarum epochae exordium hisce limitibus circumscribi, ut neque praecedere queat terminum ab ipso Norisio constitutum, hoc est autumnum an. V. C. Varr. DCL, nec subsequi proximum ver insequentis anni V. C. Varr. DCLI. Quo ad Eusebii notas res est manifesta. Nam eodem teste, tum S. Leone M. auctore synchrono, erupit Manichaeorum Haeresis Probo, Paulinoque Consulibus post Paschalia festa circa Pentecosten. Vide quae allata sunt nostro in libro p. 233. Quo ad notas vero chronol. nummis Principum Roman. adjectas consule, quae in singulis, ubi opus fuerit, brevi adnotabimus. Si exploratum haberemus Vrbem hanc annum suum civilem ab autumno inchoasse, a constituto Norisii cardine minime recedendum esset. Verum, ut saepe dictum est, id generatim de omnibus, et singulis Syriae Vrbibus, praesertim vero de iis Phoeniciae, Palaestinae, et Judaeae, in quarum numero Ascalon censebatur, principii loco statui nequit, cum unaquaeque suam peculiarem methodum habere potuerit, ut diverso anni tempore ejus Neomeniam auspicaretur.

ϹΕΒΑϹΤΟϹ Caput Augusti sine laurea.

ΑϹΚΑΛΩ In area ϛN An. LVI. Mulier stans, d. hastam, s. olivae BP An. CII. ramum. Ær. 2.

Pell. P. III. p. 236 Tab. XXCIV n. 10.

Quoniam notae BP ducendae, vel ab autumno an. V. C. Varr. DCL, vel ab ineunte vere insequentis anni DCLI, hinc sequitur, et alteram Epocham notis ϛN expressam coepisse, vel autumno an. V. C. Varr. DCXCVI, aut verno

tempore an. DCXCVII. In prima hypothesi annus uterque ϛN, et BP exierit oportet autumno an. V. C. Varr. DCCLII; in secunda vero ineunte vere an. DCCLIII. Atque haec sunt, quae pro certo ex utraque epocha simul conjuncta inferri possunt.

Nummus Augusti om. epigr., et typo.

Epocha AP An. CI. Ær. 2.

Pell. M. II p. 316.

Pertinet nummus ad an. V. C. Varr. DCCL, et insequentem, initio numerandi facto ab autumno; si vero notas iteraveris a verno tempore, complectantur oportet an. V. C. Varr. DCCLI, et insequentem.

Caput Augusti laureatum.

ACKAΛΩ BP An. CII Dea Astarte cum attributis in prora navis stans, hinc arula, inde columba. Ær. 2.

Arigon. T. II. Tab. II. sub Augusto n. 12.

Annus ex praecedenti nummo supputandus.

CEBACTOC Caput Augusti laureatum.

AEKAΛΩ ΓP An. CIII. Astarte capite turrito cum hasta, et acrostolio, in area hinc tridens, inde columba. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vind. Vaill. de Num. Graec.

Nummus Augusti, om. utraque epigr., et typo.

Epocha ΘP An. CIX. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 316.

CEB Caput Augusti laureatum.

ACKAΛω ΓIP An. CXIII Astarte cum attributis ante aram, pone columba. Ær. 2.

Noris de Epoch.

ΣEBAΣTOΣ Caput Augusti laureatum.

ACKAΛ.... ϛIP An. CXVI Astarte capite turrito navi insistens, d. hastam, quae superne in crucis formam desinit, s. acrostolium; in area columella, et columba. Ær. 2.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel., et in lib. Descript. Num. Vet. pag. 545.

Si notas ϚIP iteraveris ab autumno an. V. C. Varr. DCL eas in exitu fuisse deprehendes ineunte autumno an. V. C. Varr. DCCLXVI. Si vero calculum instituas a verno tempore an. DCLI, in exitu fuerint oportet eaedem notae ϚIP ineunte vere an. DCCLXVII. In utraque hypothesi patet nummum editum fuisse ante Augusti obitum, qui contigit a. d. XIII. Kal. Septembr. anni suprascripti DCCLXVII.

Nummus Tiberii om. epigr., et typo utriusque partis.

Epocha AKP An. CXXI. Ær. 3.

Pell. M. II, p. 316.

Caput Tiberii om. epigr.

AΣKAΛΩ AΛP An. CXXXI Semiramis cum attributis. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Notae ab autumno, finem habuerint oportet in autumno an. V. C. Varr. DCCXXCI, a vere autem ineunte, protrahendus earum exitus in vernum tempus anni V. C. DCCXXCII, duobus Geminis Coss., et emortualis Christi D. ex sententia nostra.

Nummus Tiberii omissa epigraphe, et typo.

Epocha ЄΛP An. CXXXV. Ær. 3.

Pell. M. II p. 316.

..... ΣEBAΣ .... Caput laureatum.

AΣKAΛΩN ϚΛP An. CXXXVI Mulier stolata serpentem calcans, d. hastam, quae superne in crucem desinit, s. quid instar acrostolii; in area hinc columella, inde columba. Ær. 1.

Ex Catalogo Musei Cusineriani.

Annus iste finem habuit, vel autumno an. V. C. DCCXXCVI, vel ineunte vere insequentis an. V. C. DCCXXCVII, ante triennium, quam Tiberius a. d. XVII Kal. Aprilis an. V. C. Varr. DCCXC diem clauderet supremum.

ΤΙΒΕΡ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Capita jugata Claudii, et Messalinae.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ In area ΑΣ ΝΡ An. CL Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam. Arg. m.

Schedae Sestinii ex Mus. Cusin., et in lib. D. N. V.

Messalina interficitur an. V. C. Varr. DCCCI. Itaque recte conciliatur annus iste, etiam ducta epocha a verno tempore an. V. C. Varr. DCLI. Quo posito vides annum notis ΝΡ expressum coepisse incipiente vere anni saecularis V. C. Varr. DCCC. Contra morem hujus Vrbis, quae in primis Imperatoribus, caeteris titulis omissis, unicum Augusti nomen nummis adjicere consueverat, in hoc id peculiare habetur, ut omnes Tib. Claudii titulos simul congestos legamus. Neque tamen de autenthia nummi dubitandum arbitror. Nam et paulo infra nomina Vespasiani, et Titi leguntur; uberiores vero caeterorum Imperatorum epigraphes post Hadrianum.

Caput Claudii laureatum, epigraphe vitiata.

ΑΣΚΑΛΩΝ ΒΝΡ Mulier turrita stans, d. elata spicas, et papaverem, s. hastam, pro pedibus cornucopiae. Ær. 2.

Caput Claudii laureatum sin. versus, vitiata epigraphe.

ΑΣΚΑ.... ΓΝ.. Semiramis turrita stans, d. hastam, s. acrostolium, et ad latus sin. columba ad dex. arula. Supple in not. ΓΝΡ, An. CLIII. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 13.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Claudii sine laurea, ad mentum arula.

ΑΣΚΑΛΩ ϚΝΡ An. CLVI. Semiramis turrita cum attributis. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Ineunte vere A. V. C. DCCCVII finem habuerit annus iste; Claudius vero veneno extinguitur a. d. III id. octobris ejusdem anni. Recte igitur cum eo etiam cardine jungi potest.

K. ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Neronis laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΒΞΡ An. CLXII. Semiramis stans supra proram, d. elata, s. acrostolium. Ær. 2.

In Catal. Theup. perperam nummus iste Claudio adscribitur, qui Neroni restituendus, cujus imperii anno V, vel VI convenit.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Neronis laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΑΟΡ An. CLXXI Semiramis cum attributis. Ær. 2.

Noris de Epochis, Vaill. de Num. Graec.

Nero sibi mortem conscivit a. d. III. id. junii an. V. C. Varr. DCCCXXI. Recte itaque se habent notae ΑΟΡ, quae ducantur a verno quoque tempore DCLI. Annum enim ΑΟΡ iniisse intelligimus ante tres circiter menses, quam Nero ferrum jugulo adigeret. Evincit autem nummus iste epocham posteriorem esse non posse verno tempore anni suprascripti. Nam si eam duxeris ab illius anni autumno, notae ΑΟΡ coepissent autumno an. V. C. Varr. DCCCXXI, quarto labente mense post Neronis interitum. Quod sane admitti nequit. Hinc etiam patet Eusebii calculos recte procedere quo ad hujus Vrbis epocham cum Consulatu Probi, ejusque imperii an. II. conjunctam.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Vespasiani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΒΟΡ An. CLXXII Mulier temoni insidens, quem d. regit, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec., qui in fine nummum antea Neroni adscriptum Vespasiano merito restituit. Nam etiam si epocham ducere velis ab autumno an. V. C. Varr. DCL. annus iste coepisset autumno an. V. C. DCCCXXI, plures jam ante menses Nerone extincto, ut paulo supra dictum est.

ΡΟΕ An. CLXXV Caput Vespasiani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ Semiramis cum attributis. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec., qui pariter hunc nummum Neroni primo adscripserat, tum recte Vesp. reddidit.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Vespasiani laureatum.

ΑΣ. ϚΟΡ An. CLXXVI Figura militaris stans, d. gladium, s. lauri ramum, et clypeum. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. N. Tab. XVI. n. 70. Eckhel. Catal. Vind. Sestin. ex Mus. Ainsel.

Apud Arigon. similis nummus Neroni perperam adscribitur. In meo, et quidem duplici facies ad Titi imaginem accedit, quod rudi fabricae tribuendum. Nam Augusti titulus vetat, ne nummum eidem tribuamus. Quod idem dicendum de illo, quem innuit Pell. Mel. II p. 316. si tamen eidem additus fuerit Augusti titulus, ut in hisce, quos ex pluribus Cimeliis, meoque descripsi.

ΣΕΒ.... Caput Vespasiani laureatum.

ΑΣΚΑ... ΑΠΡ An. CLXXXI Astarte turrita cum acrostolio, et hasta, hinc columella, inde columba. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVI. n. 71.

Ducto epochae cardine ab incipiente vere an. V. C. DCLI exiisset annus ΑΠΡ verno tempore an. V. C. Varr. DCCCXXXII. Vespasianus autem fato functus est a. d. VIII Kal. Jul. ejusdem anni. Recte itaque procedit computatio epochae a praemisso cardine.

........ΟΥΕΣΠΑ ΣΕΒ...... Caput laureatum.

ΑΣΚ... ΒΠΡ An. CLXXXII Semiramis capite turrito insistens prorae navis, d. hastam, s. cornucopiae gerit. Ær. 2.

Catal. Theup.

Nummus iste in eo Catalogo Tito adscribitur, verum ob capitis epigraphen, quae in hujusmodi Ascalonitarum nummis eo tempore sine ullo, aut certe uno vix Imperatoris nomine inscribebatur, eum potius Vespasiano adjudico. Cum eodem enim optime quoque conciliantur notae ΒΠΡ, quae etiamsi ducantur ab ineunte vere an. V. C. Varr. DCLI, coepisset annus iisdem expressus aliquot menses ante

Vespasiani mortem, nempe inito vere an. V. C. Varr. DCCCXXXII.

ΤΙΤΟΣ ΣΕΒΑΣ Caput Titi laureat. ante quod arula.

ΑΣΚΑΛΩ ΒΠΡ. An. CXXCII Semiramis cum attributis, et in area parva quaedam ara. Ær. 2.

Noris de Epoch. apud quem non recte expressa prima nota Β in iconismo, Vaill. de Num. Graec. Mus. Trombell. Recte se habet titulus Augusti, quem Titus acceperat mortuo Vespas. patre a. d. VIII Kal. Jul. an. V. C. Varr. DCCCXXXII. Nam an. ΒΠΡ in nummo signatus exiit, vel autumno ejusdem anni, vel ineunte vere insequentis. Quod autem in praecedenti Vespasiani nummo eaedem notae ΒΠΡ habeantur, id confirmat ann. suprascriptum fuisse Vespasiani postremum, primumque Titi.

...... ΤΟΣ Caput Titi laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΔΠΡ An. CLXXXIV Astarte turrita cum hasta in d., quae in triangulum desinit, s. acrostol. In area hinc columella, inde columba, et astrum. Ær. 2. Meus. Vide Mus. n. Tab. XVI. n. 74.

Instituta comparatione cum nummis Domitiani, Tito potius nummus iste adscribendus; neque repugnat Epocha; annus enim CXXCIV coeperit ineunte vere an. V. C. Varr. DCCCXXXIV; Titus vero diem obiit supremum Id. Septembr. ejusdem anni, ex Svetonio etc. Noris de Epoch. p. 509, et seq. edit. Lips. eundem numm. affert ex Spanh., et Harduino, errorem ipsorum refellens, qui illum Domitiano ob adjectas notas adscribendum censebant. Ac revera si epocha cum Norisio ducatur ab autumno anni V. C. Varr. DCL, notae ΔΠΡ nullo modo Domitiano jam Augusto convenire possunt. In nostra tamen hypothesi de protrahendo epochae cardine in proximum ver, eaedem notae cum utriusque imperio optime consociari possunt, ut computationem instituenti patebit.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Domitiani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΗΠΡ. An. CXXCVIII Astarte capite turrito stans, d. hastam in crucis modum superne desinentem, s. acrostolium cum columella, et columba in area. Ær. 3.

Schedae Sestin. ex Mus. Cusiner.

CEBACTOC Caput Domitiani laureatum v. d. In alio sin. v.

ACKAΛΩ ΘΠΡ An. CXXCIX Astarte cum attributis, ut in superioribus. Duplex Ær. 2.

Meus uterque; vide Mus. n. Tab. XVII n. 80. A Sestin. ex Mus. Knoblesdorf.

Apud Arigonium similis delineatus exhibetur, sed mendose nomen Vrbis scribitur per O, epochae pariter minor nota emendanda; loco enim OΠP legendum ΘΠΡ.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Domitiani laureatum.

ΑΣ. ΘΠΡ Astarte, ut in superioribus. Ær. 3.

Eckhel. Catal. Vindob. Sestin. ex Mus. Ainsel. Patin. Noris. de epochis. Pell. M. II p. 306. Sed Ær. 2.

CEBACTOC Caput Domitiani laureat.

ΑΣΚΑΛΩ ϘΡ. An. CXC. Astarte stans, ut in superiori. Ær. 2.

Noris de Epoch. Hard. Vaill.

Alius, sed figura militaris cum gladio elato, et clypeo. Ær. 2.

Vaill. Hard.

CEBACTOC Caput Domitiani laureatum.

ACKA.... ΒϘΡ An. CXCII Figura militaris stans, d. elata gladium, s. ramum. Ær. 3.

Pioveni.

Caput Domitiani om. epigr.

ΑΣΚΑΛ ΗϘΡ Mulier galeata stans, d. spicas, s. clypeum. Ær. 2.

Vaill. de N. Graec. Sestin. ex Mus. Ainsel.

CEBACTOC Caput Domitiani laureatum.

ΑΣΚΑΛ. ΗϘΡ An. CXCVIII Figura militaris, d. gladium supra caput, sin. ramum, et clypeum. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVII. n. 80. B. Eckhel. Catal. Vind. Pioveni Tab. XVIII.

Domitianus interficitur a. d. XIV Kal. Octobr. an. V. C. Varr. DCCCXLIX. Notae igitur recte se habent etiam ab ineunte vere an. V. C. Varr. DCLI. In exitu enim fuissent ante quam se luna, pereunte Domitiano, in Aquario cruentaret, ut scribit Svetonius ab eodem Imp. paulo ante necem suam praenuntiatum fuisse.

Caput Trajani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΒΣ Anno CCII Dea Astarte cum attributis. Ær. 2.

A me descriptus apud Petrum Burani, qui vulgo Romae nominabatur *il Turchetto*. Ab Vrbe autem Smyrnae, caeterisque Orientis provinciis hujus generis merces Romam non semel afferebat, a quo et ipse plures nummos praestantes, ut illum Herodis Antipae in lib. n. illustratum mihi comparaveram. Nummus iste prima imperii Trajani tempora complectitur.

CЄΒΑCΤΟC Caput Trajani laureatum.

ΑCΚΑΛΩ ΞC Dea Astarte cum attributis. An. CCVII. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII n. 23.

CЄΒΑCΤΟC Caput Trajani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΘΣ An. CCIX Mulier turrita, d. hastam, s. ramum. In area hinc inde ara, et columba. Ær. 3.

Pell. M. II p. 51.

Alius, sed Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII n. 24, ubi nota anni IX quadrata hoc pacto ⊟.

CЄΒ.... Caput Trajani laureatum.

ΑΣ. ΑΙΣ An. CCXI Figura militaris stans, d. elata gladium supra caput, s. ramum, et clypeum. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. n. 25. Sestin. ex Mus. Cusin.

Alius, sed Dea Astarte stans cum attributis. Ær. 3.

Pell. M. II p. 51.

CEBAC... Caput Trajani laureatum.

.. ΣΚΑΛΩ ΓΙΣ An. CCXIII Astarte ut supra. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. n. 26, item in Museo Ascanii Molin P. V. quem horum studiorum cultorem exim. honoris, et amicitiae causa nomino.

Alius similis, sed Ær. 3.

Pell. Mel. II, p. 51, et 316.

Caput Trajani epigr. deleta.

ΑΣ. ΔΙΣ An. CCXIV Figura militaris stans, d. gladium elatum, s. clypeum, et palmae ramum. Ær. 3.

Eckhel. Catal. Mus. Vind.

Alius, sed ϚΙΣ An. CCXVI Eckhel. D. N. Vet.

CEBACTOC Caput Trajani laureatum.

ACKAΛΩ ZIΣ An. CCXVII Astarte turrita cum hasta, et acrostolio, utrimque in area columella, et columba. Ær. 2.

Meus duplex. Vide Mus. n. Tab. XVIII n. 105. Pell. M. II p. 51, et 316.

CEBACTOC Caput Trajani laureatum.

ACKAΛΩ KΣ An. CCXX Figura militaris, d. gladium elatum supra caput, s. clypeum. Ær. 3.

Pell. M. II p. 51, Sestin. ex Mus. Cusin.

Moritur Trajanus Selinunte labente augusto an. V. C. Varr. DCCCLXX. Ducto epochae cardine ab ineunte vere an. V. C. Varr. DCLI, notae KC coeperint oportet menses quinque ante Trajani mortem. Recte igitur procedit computatio. Ex hoc etiam nummo confirmantur ea, quae supra ex illo Neronis cum not. AOP demonstravimus, epocham nempe termino suprascripto haud equidem posteriorem esse posse. Nam si notas KC ab autumno iteraveris, editus fuis-

set nummus, cum jam Ascalonitis innotescere potuisset Trajani obitus, qui ut saepe dictum est, fere ante bimestrem in Cilicia decesserat, in ea nempe provincia, quae non ita longe a Palaestina distabat, ut illuc statim casus ille perveniret, ac vulgaretur.

CЄBACTOC Caput Hadriani laureatum.

ACKAΛѠ BKC An. CCXXII Astarte turrita cum caeteris symbolis, ut in superioribus. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XIX. n, 124.

Ex praeced. nummo patet hisce notis ann. II, et III imperii Hadriani comprehendi.

ΣЄBACTOC Caput Hadriani laur.

AΣKA. ΓKC An. CCXXIII Figura militaris cum galea, et gladio superne elato, s. clypeum, et ramum gerens. Ær. 3.

Pell. M. II p. 64 Schedae Sestinii ex Mus. Cusin.

.... AΔPIANOC Caput ejusdem laureatum.

AΣKAΛѠ ЄKC An. CCXXV Astarte turrita cum attributis, ut in aliis similibus. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 64.

Inter paucos Ascalonit. hic nummus, cui Imperatoris nomen adjectum.

CЄBACTOC Caput Hadriani laureatum.

ACKAΛѠ In area a. d. Є a sin. ЄΛC An. CCXXXV Astarte in prora navis stans turrita cum caeteris attributis, et symbolis, de quibus in superioribus nummis dictum est. Ær. 2.

Lieb. Th. Frid. p. 310.

Lit. Є pro nota potius monetaria accipiendam esse alia plura exempla suadent. Ante quinquennium ab obitu Hadriani editus nummus.

.... ACTOC ANTѠNIN..... Caput Antonini Pii laureat.

ACKAΛѠN In imo ΔNC An. CCLIV Porticus duabus ingentibus columnis suffulta, intus templum. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXI. n. 147.

Annus iste editis anterior; typus quoque peculiaris. Alium similem, sed 3 formae me vidisse memini in Museo S. Bartholomaei in Insula Tyberina, antequam ad alios Dominos transiret, quem etiam in schedis meis descripseram. Latent adhuc nummi cum notis chronol. per primos XIV imperii Antonini annos.

Caput Antonini Pii laureatum.

ACKAΛω ЄΝC An. CCLV Astarte cum attributis. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec. Patin. p. 227, ubi non recte in iconismo notae sic ЄΝЄ.

Caput Antonini Pii om. epigr.

ACKAΛω ЄΝC An. CCLV Venus coelestis cum crescente luna in capite, monstro marino insidens concham tenenti, d. columbam, s. hastam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Antonini Pii omissa epigr.

ACKAΛω ϛNC An. CCLVI Venus coelestis, sive Semiramis cum crescente luna, ut in superiori. Ær. 2.

Vaill. de num. Graec.

Alius, sed mulier turrita prorae insidens cum cornucopiae. Ær. 2.

Idem Vaill.

ANTωNINOC CЄBACTOC Caput ejusdem laureatum.

ACKAΛωN. ΞC An. CCLX Semiramis stolata stans cum luna crescente, d. columbam, s. cornucop. insistit Tritoni conchylium gerenti. Ær. 1.

Catal. Theup.

Cum capite Antonini Pii: epocha AΞC A. CCLXI.

Eckhel. Doctr. Num. Vet.

ANTωNINOC KAI.... Caput Antonini Pii laureatum.

ACKAΛω BΞC An. CCLXII Neptunus stans, d. pede saxo imposito, d. delphin., s. tridentem gerit. Ær. 2.

Noris de Epoch. Syrom., Vaill. de Num. Graec.

.... ANTΩNINOC CЄBACTOC Caput laur.

ACKAAΩN BΞC An. CCLXII Vir stolatus, et pileo phrygio tectus, d. harpam erigit, s. clypeum, et palmae ramum sustinet. Ær. 4.

Ex Catalogo Musei Cusineriani.

Postremus uterque cum notis BΞC, qui hactenus innotescat. Etiam computandi initio facto ab ineunte vere A. V. C. DCLI annum suprascriptum finem habuisse consequitur revertente vere an. V. C. CMXIII. Antonini vero obitus contigit ineunte martio insequentis anni V. C. CMXIV.

ΦAVCTЄINA AVΓOVCTA Caput Faustinae jun.

ACKAA. BΣC, emenda BΞC An. CCLXII Castor, et Pollux stantes cum astris in vertice, et hastis in dextris. Ær. 2.

Patin. in indice p. 16. cum iconismo, Gesn. ex Froelich., et P. Granellio, Noris de Epoch.

Faustina junior M. Aurelio in matrimonium copulata antequam ille imperii habenas moderaretur, ad quod tempus referendus hic nummus, patre Antonino Pio superstite Augusta nominabatur, ut pluribus monumentis probat docliss. Noris. Nihil itaque absonum in hoc nummo ob notas suprascriptas.

AV. K. A. C. CЄOV.... Caput Sept. Severi laureatum.

ACKAAΩ. AT. An. CCCI. Venus coelestis cum luna crescente, caeterisque symbolis, ut in superioribus. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

AV K A C CЄOVHPOC ΠЄPT Caput Sept. Severi laureat.

ACKAAΩ BT A. CCCII Mulier cum loto in capite, d. columbam, s. hastam, Derceto pisci concham d. tenenti insistens. Ær. m.

Sestin. ex Mus. Cusin. D. N V. p. 546.

KAI M. OΠ...... MЄNIANOC Caput Diadumeniani Caesaris sine laurea.

ACKAAωN. AKT An. CCCXXI Ara ignita magna. Ær. 2.
Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel. Des. N. V. p. 546.

Computatione instituta ab ineunte vere an. V. C. Varr. DCLI, ultra quem terminum epochae exordium proferri nequit, ut suo loco ex nummis Trajani, et Neronis probatum est, annus AKT inierit oportet redeunte vere an. V. C. Varr. CMLXXI, exiturus eodem tempore insequentis anni. Ex his plura scitu dignissima, et ad Chronologiam confirmandam aptissima inferuntur. Primo enim, quoniam extant etiam nummi Elagabali cum eisdem notis AKT, sequitur hujusmodi notas complecti postremum Macrini, et Diadumeniani imperandi tempus. Cum enim utriusque Principatus XIV mensium spatio definiatur, fieri nequit, ut notae, quae Elagabali imperium attingant, simul omnes Macrini menses complectantur. Igitur ad postremos, non vero ad primos illae referantur oportet. Secundo consequitur notas suprascriptas optime conciliari cum Diadumeniani, patrisque interitu, qui contigit inito mense junio an. V. C. Varr. CMLXXI, sive illas numeraveris ab autumno an. V. C. Varr. DCL, sive a verno tempore insequentis anni, ut inito calculo patebit. Tertio easdem praecedere non posse autumnum an. V. C. Varr. DCL. Nam si a verno tempore ejusdem anni iteraveris notas AKT, exiet postremus annus vere ineunte an. V. C. Varr. CMLXXI, quo tempore nondum Elagabalus, ut mox in sequenti videbimus, Maesae artibus imperium invaserat, ideoque notae in nummo Diadumeniani AKT, nulla ratione ad imperium Elagabali spectare dicendae essent, contra fidem ipsius nummi, quem mox afferemus, et easdem refert notas AKT, quae propterea cum utriusque imperio jungendae, atque ex praemissis ad postremum Macrini, et Diadumeniani imperandi tempus necessario spectent oportet. Denique, quod maxime interest, compertum fit imperii Elagabali initia ultra annum V. C.

Varr. CMLXXI proferri haud posse, quod in nummo, qui immediate sequitur demonstrabimus.

A. K. M. AV. ANTWNEINOC. Caput Elagabali laureatum.
ACKAAW AKT An. CCCXXI. Semiramis cum matre Derceto in monstrum marinum versa, ut in superioribus. Ær. 2.

Noris de Epoch., Vaill. de Num. Graec.

Habes in hoc, et praecedenti nummo praestantissimum monumentum de initio imperii M. Antonini Elagabali, quod retardari nequeat cum Zoega ultra annum V. C. Varr. CMLXXI. Instituta enim computatione a propiori etiam extremo, quod nos posuimus, idest a vere ineunte an. V. C. DCLI, annus in nummo signatus CCCXXI exiisset ineunte vere an. V. C. Varr. CMLXXII. Elagabalus Maesae artibus ad imperium evehitur paulo ante mensem Junium, ut ex Fastis Fratrum Arvalium, qui adhuc Romae extant clarissime patet; cum ergo annus AKT exiisset verno tempore an. V. C. Varr. CMLXXII, necessario ejus electio, ut etiam Macrini interitus in annum praecedentem V. C. CMLXXI retrahenda. In laud. Fastis Arval. insuper additur Adventi, et ipsius Elagabali Consulatus, qui magis, magisque institutos calculos confirmat. Vide Vindicias nostras in lib. saepe cit. de Vulg. Ærae Emend.

Caput Alexandri Sev. om. epigr.
ACKAAW BAT An. CCCXXXII Caput Minervae galeatum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Adhuc superest quinquennium ad finem imperii Alexandri Sev. nec ullos hactenus posteriores cum notis subsequentium Imp. compertos habemus.

AVGVSTA CILICIAE

Augusta, quae Stephano ΑVΓΟVΣΤΑΙ plurali numero, ab altera, quae Sebaste ejusdem Ciliciae distinguenda, ut jam a Norisio demonstratum fuit. Cl. Bellejus, quem sequitur Eckhelius D. N. V. T. III, hujus Vrbis epocham ducendam statuit ab autumno an. V. C. Varr. DCCLXXIII. Verum quod ejus ratiocinia nitantur uno, sive Caracallae, sive Elagabali numismate, cujus dubia lectio in notis chronologicis, nihil certi hactenus de ea habemus. Vide infra in num. Caracallae, et Elagabali. Quod tuto affirmare possumus ex nummo Valeriani cum notis AMC, illud est: quoniam ex iis, quae allata sunt in Vrbe Ægaea in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 246, tum paulo supra, minime dubitari posse videtur, quod illius infelicissimi Principis captivitas contigerit ante autumnum anni V. C. Varr. MXIII, consequens esse Augustanorum epocham posteriorem esse non posse solstitio aestivo anni V. C. suprascripti DCCLXXIII; quo ad tempus vero antecedens nihil esse, quod statui queat. Cl. Bellejus ex sua adoptata methodo, constituto epochae cardine in autumno, nec insuper animadverso Ægyptiorum more in computandis Romanorum Principum annis, ex quo nummus Valeriani cum notis LH ex Neomenia Thoth an. V. C. Varr. MXII ab ipso supputandus fuerat, non ab insequenti, ea necessario proferre debuit, quae initium captivitatis Valeriani longius, quam par esset, protraherent.

ΝЄΡΩΝ....... Caput Neronis laureat.

ΑVΓΟVCΤΑΝΩΝ ЄΤΟΥC ΗΜ An. XLVIII Bacchus stans cum thyrso, et cantharo. Ær. 2.

Pellerin. M. II. pag. 30. Bell. Mem. T. XXVI.

Notae HM iterari nequeunt ab autumno A. V. C. Varr. DCCLXXIII, vetante nummo Valeriani cum not. AMC, ut

initio dictum est; itaque ab aliquo anno praecedenti, si ab autumno epocha haec ducenda. Si vero eandem in vernum tempus, vel solstitium aestivum conferre oporteat, notae s. s. HM duci etiam poterunt ab A. V. C. DCCLXXIII. Caeterum hactenus ignorato uno extremo, quo ad alterum quoque haerere, et in incerto versari necesse est.

AVΤΟΚΡΑ ΝΕΡΒΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΔΑΚΙΚΟΝ Caput laureatum.

ΑΥΓΟΥΣΤΑΝΩΝ ΕΤΟΥΣ ϛΠ An. XXCVI. Pallas ad s. gradiens, d. victoriolam, s. hastam, et clypeum. Ær. 1.

Ex Mus. Gall. apud Sestin. Lettere Tom. VII pag. 57.

Intra primum imperii decennium cusus nummus.

AVT. K M AVP. ANTΩΝЄΙΝΟϹ Caput laureatum Caracallae juvenis.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ ЄΤΟΥϹ Η.. Ρ Diana venatrix.

Haym. T. II pag. 324, qui fatetur notam intermediam incertam esse ob numm. detritum. Pell. legit HΠP M. II p. 317, nummum non ex suo Museo describens, sed ex laud. Haymio illum referens. Bellejus HOP, ita et in iconismo Haym. legendum videtur.

Caput Elagabali om. epigr.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ ЄΤΟΥϹ HϘP An. CXCVIII, omissis aversae partis symbolis.

D. Masson ex Mus. Ducis Devoniae apud Haym. in notis T. I. p. 123, et ex eo Bellejus T. XXVI.

Merito suspicari fas est hunc non alium esse nummum, quam qui ab Haymo affertur ex eodem Museo Devoniensi T. II. p. 324, ut paulo ante dictum est. Facies juvenilis, inscriptio tam Caracallae, quam Elagabalo conveniens, media nota detrita fucum facere potuit Massonio, ut nummum Elagabalo adscriberet, et notas de anno CXCVIII interpretaretur. Et revera si unus ab altero esset diversus, eum Haymus non utique praetermisisset, qui omnes Musei Devoniensis praestantiores nummos in lucem protulit. Si itaque veritatem amamus, nulli ex hoc, et

praecedenti nummo instituendi sunt calculi ad epocham hujus Vrbis certo definiendam. Ac revera cum in eodem nummo Haymiano, sive Ducis Devoniae Pellerinius legendum putaverit ΗΠΡ, Massonius ΗϥΡ; denique ipse Haymus incertam habens secundam notam, quam tamen in iconismo exhibuit pro nota O, sed obtusa, quis non videt ex uno eodemque nummo tres factos fuisse cum diversis unumquemque notis? Quae igitur lectio anteponenda? Ea potius videretur Haymii, de qua tamen cum ipse suspensus haereat, et nos merito dubitare debemus. Cl. Eckhelius citatum a Pellerinio nummum omisit D. N. V. T. III p. 51.

Caput Gordiani Pii om. epigr.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ ЄΤ ΒΚϹ An. CCXXII Mercurius stans, d. crumenam, s. caduceum. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

..... ΙΟΥΑ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹЄΒ Caput Philippi patris laureat.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ ΗΚϹ An. CCXXVIII Juppiter sedens, d. hastam, s. pateram. Ær. m.

Bellejus Mem. T. XXVI p. 408 ex Mus. Reg.

ΑΥ ΚΑΙ ΠΟΥ ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Caput Valeriani sine laurea cum signo incuso X.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ ΑΜϹ. An. CCXLI Figura Palladis stans, d. clypeum retinens, s. hastam. Ær. 1.

Bellejus Mem. T. XXVI cum iconismo, Pell. M. II. p. 317, Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel., et Descript. Num. Vet. 405.

Cum epochae hujus exordium sit incertum, ex iis quae supra allata sunt, patet ex notis ΑΜϹ nihil certi inferri posse de tempore, quo Valerianus in captivitatem inciderit. Vt autem initio diximus Bellejo minime assentiendum, qui eam plus aequo differt contra veteris historiae fidem, quae suadet illam contigisse ante autumnum A. V. MXIII, quin obstent nummi Ægyptii ipsius Valeriani.

BALANEA SYRIAE

De hac Vrbe, ejusque epocha disserit Cl. Bellejus Mem. Acad. Paris. T. XXX, qui eam ducendam existimat ab an. V. C. Varr. DCXXX, pluribus argumentis ex Historia Seleucidarum erudite allatis. Vnicus est nummus M. Antonii, cujus tantum praesidio nihil certi inferre licet. Nummum alterum, sed autonomum exhibet Pell. P. II p. 190. Tab. LXXVII. 26 cum not. ΔΡ.

Caput M. Antonii nudum absque epigraphe.

ΒΑΛΑΝΕΩΝ In area ΑϞ An. XCI, et initial. lit. ΣΥ, idest Συρίων. Idem M. Antonius sub specie Bacchi in quadrigis, d. thyrsum, s. habenas regit. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 3, et ex eo Bell.

BOSTRA ARABIAE

Vnicus pariter est nummus hujus Vrbis cum notis chronol. ex Mus. Pell., et Brandeburgensi Septimii Sev., quem egregie illustrat more suo Bellejus Mem. T. XXX. Ex eodem certo consequitur epochae cardinem posteriorem esse non posse verno tempore an. V. C. Varr. DCCCLX, circa quod Arabiam a Trajano adquisitam fuisse constat. Arabes vero a verna tempestate anni civilis initia duxisse ex Simplicio liquet, ut alibi dictum est.

AV K Λ C CЄΟVΗΡΟC Caput Sept. Severi laureat.

ΤΡΑ ΒΟCΤΡΑC ЄΤ ΡΔ Anno CIV Dea Astarte in templo tetrastylo. Ær. 2.

Pell. P. III p. 244. Tab. CXXXIV. n. 11. Mus. Brandeburg. T. I.

Mors Sept. Severi incidit in prid. Non. febr. an. V. C. Varr. CMLXIV. Notae igitur ΡΔ, ex constituto cardine postremum hunc annum complectuntur.

BOTRYS PHOENICES

De hac Vrbe Phoeniciae maritima inter Tripolim, ac Berytum sita, atque a Rege Tyriorum Ithobalo condita vid. Cl. Norisius, qui numm. unicum seq. ex Vaill. describit, sed de ejus epochae lectione anceps haeret, eamque ex aliis nummis, qui deinceps in lucem prodeant, certo eruendam merito relinquit.

ΑVΤ ΚΑΙ Μ ΑV ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ In imo ΟΣ An. CCLXX. Dea Astarte stans in templo sex columnn., d. hastam. Ær. 2.

Noris ex Vaill.

Si vera est lectio nummi, epocha cum Æra Juliana ab an. V. C. Varr. DCCV. recte conciliari potest.

BYBLVS PHOENICES

Propius haec Vrbs a Botry distabat in colle sita, quam Pompejus, illius Tyranno securi percusso, a servitute liberavit. Vid. Noris, et Vaill. Ob easdem notas chronolog. in duplici solius Caracallae, vel Elagabali nummo, epocha hujus Vrbis pariter in medio relinquenda.

ΑVΤ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput radiatum Caracallae, an Elagabali incertum.

ΒΥΒΛΟΥ ΙЄΡΑϹ ϹΚΔ An. CCXXIV Mulier turrita insidens rupi in templo tetrastylo, pro pedibus fluvius natans. Ær. 1.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Echkel. Doctr. Num. Vet.

.... Μ ΑVR ΑΝΤΟΝ Caput laureatum, ut in superiori.

...... ΚΔϹ An. CCXXIV. Templum sex columnn. in quo Astarte. Ær. 1. Eckhel. Catal. Vind.

GABALA SYRIAE

Plures sunt Gabalensium nummi sine epocha, plures etiam cum notis chronologicis; quod argumento esse videtur duplicem hujus nominis Vrbem Romanis Principibus monetam suam dicasse. Et revera praeter Gabalam Syriae maritimam non longe a Laodicea dissitam, et alteram Lydiae, de quibus vid. Norisius, alia, atque alia Josepho memoratur in Phoenicia, et Galilaea. In nummo etiam Commodi, quem vide inferius suo loco, legitur ANNA ΓΑΒΑΛЄΩΝ cum duabus figuris ad concordiam utriusque Vrbis indicandam, ut videtur. ANNA Stephano de Vrb. dicitur Judaeae Vrbs *supra Hierichuntem*. *Gentile Annanites*, et in testem vocat ipsum Josephum. Apud eundem tamen Antiq. lib. V cap. I. scribitur cum AI. Mittit, inquit, Jesus in *Ainan*, graece AINAN Πόλιν etc. Nummus Stephani lectionem confirmat. Quidquid vero sit de hoc nomine, illud jam constat Gabalam Vrbem Syriacam, de qua agimus, in suis nummis duplicem aeram adhibuisse: Julianam ab anno V. C. Varr. DCCVIII; Actiacam ab an. V. C. Varr. DCCXXIII, utramque vero ab ineunte vere, non ab autumno, ut ipse etiam in lib. de Vulg. Ærae Emend. analogia quadam ex aliis Syriae Vrbibus conjeceram. Adeo verum est nullam generatim certam legem statui posse de initio anni civilis earum Vrbium, quarum epochae in nummis occurrunt, sed illud ex ipsis nummis, aliisque similibus monumentis eruendum esse, ut in Chronologia tuto progredi liceat. E re autem nostra esse ducimus ex nummis Trajani paulo inferius videndis cum duplici epocha ΓΜΡ, et HKP hoc loco ostendere non alium admittendum esse utriusque cardinem, quam quem supra posuimus. Epocha Juliana, sive Caesariana a pluribus Syriae, Ciliciae, finitimisque Vrbibus instituta ob autonomiam a Jul. Caesare Dictatore acceptam, vagatur ab an. V. C. Varr.

DCCV in insequentes annos, pro ut unaquaeque Vrbs eo beneficio cumulata fuerat. Antiochia Syriae Metropolis eam numerabat ab autumno adulto anni V. C. DCCV, Laodicaea pariter Syriae ab insequenti V. C. DCCVI, Ægaeenses Ciliciae in an. DCCVII contulerant, Sinopensis vero Colonia eandem distulit in ann. usque DCCIX. Singula haec suis locis demonstrata, consentientibus jam de his omnibus Chronologis, ac Numismaticis. Altera vero epocha ab Actiaca victoria, quae contigit ineunte septembri anni V. C. Varr. DCCXXIII immota manet, unumque illud probatur, illam Orientis Vrbes in caput anni sui civilis contulisse. Si Julianam epocham ΓΜΡ in laudatis nummis insculptam duxeris ab autumno an. V. C. DCCVII, exierit oportet an. ΓΜΡ revertente autumno an. V. C. DCCL. Alteram vero Actiacam si iteraveris ab autumno anni DCCXXIII, an. ΗΚΡ finem habiturus erit in autumno an. V. C. Varr. DCCCLI. Quoniam utraque epocha necesse est, ut in unum eundemque annum simul conveniat, secunda vero Actiaca ab anno suprascripto DCCXXIII removeri nequit, ut paulo ante dictum est, necesse erit, ut Juliana ΓΜΡ protrahatur in annum insequentem DCCVIII. Jam vero nummus Aquiliae Severae cum notis CΞΗ vetat, ne ultra vernum tempus differatur, quod in ejus numismate patebit. Vtraque igitur epocha nec anterior, neque posterior esse potest vere ineunte, prima quidem Juliana an. V. C. DCCVIII, secunda Actiaca an. V. C. DCCXXIII, quod propositum fuerat demonstrare.

Ita autem utroque cardine constituto, singula quoque recte se habere deprehendes, quae ad notas chronologicas in hujus Vrbis nummis inscriptas pertinent. Nihil autem jam attinet verba facere de tempore, quo Trajanus a Nerva adoptatus fuerit, cum ex eo amplius proficere minime liceat, ad epochae hujus cardinem definiendum. Notae enim ΓΜΡ, ΗΚΡ integrum tempus complectuntur ado-

ptionis, tum primordia imperii Trajani a Nerva vita functo, ab ineunte vere an. V. C. DCCCL in idem tempus insequentis an. DCCCLI. Eckhelius, qui D. N. V. T. III pag. 314. diem adoptionis in d. XVIII septembris conjiciebat, T. VI pag. 435, ubi de Trajano sermonem habet, perspectis jam ex Sestinio nummis supra memoratis, alia ratiocinia instituenda admittit de hujus epochae cardine, quam quae sub Vrbe Gabala proposuerat, idque se praestiturum innuit in Addendis ad hanc Vrbem: quae tamen utrum edita sint ignoro. In ejus certe praeclaro Opere de D. N. V. ea invenire haud mihi licuit. Citato tamen libro VI mecum consentire videtur in statuenda Trajani adoptione circa ineuntem novembrem, de qua fuse jam a me actum fuerat in lib. de Vulg. Ærae Emend. pag. 202, insuper affirmans: *valde esse verisimile initium Ærae Gabalensium uno anno serius esse constituendum*. Quod a me cum jam demonstratum fuerit, emendandi omnes, qui ignorata duplici epocha hujus nummi, et alterius Mus. Ainseliani, de ejus exordio aliter statuendum censuerant.

ΝΕΡ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ Caput Trajani laureatum.

ΠΙΦ....... ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΓΜΡ. An. CXLIII Figura muliebris sedens capite tutulato, d. papaver cum spicis, s. baculum. Ær. 2.

Froel. IV Tent. p. 176. Eckhel. Catal. Vind.

ΝΕΡ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ϹΕΒ ΓΕΡΜ Caput Trajani laureat.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΓΜΡ An. CXLIII. In area ad pedes figurae sedentis ΗΚΡ. An. CXXVIII. Ær. 2.

Sestinius ex Mus. Ainseliano. Let. T. V. p. LXVII, et Descript. N. Vet. p. 517.

Veram esse lectionem utriusque epochae confirmat meus, qui sequitur nummus.

ΝΕΡ ΚΑΙϹ ΤΡΑ........ Caput Trajani laureatum.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ In area pone figuram sedentem ΓΜΡ An. CXLIII, ante pedes ejusdem ΗΚΡ. An. CXXVIII Fi-

gura muliebris tutulata sedens, d. binas spicas, intermedio papavere, s. hastam. Ær. 3.

Vide Mus. n. Tab. XVIII. n. 106.

Dicatus nummus Trajano jam Augusto statim post initum ab eo imperium, ut ex iis, quae initio probata sunt consequitur. Nerva, qui Trajanum adoptaverat, et tribunic. potest. consortem fecerat ineunte novembri mense an. V. C. Varr. DCCCL, diem suum clausit a. d. V Kal. Februarii an. V. C. Varr. DCCCLI. Itaque spatium superest, intra quod Gabalenses, accepto etiam nuntio de Nervae obitu, et de successione Trajani, eidem statim editis hujusmodi nummis gratulari potuerint, additis quoque titulis CЄB ΓЄPM, antequam exiret aequinoctium vernum anni suprascripti V. C. Varr. DCCCLI, a vere ineunte praecedentis.

NЄP KAICAP TPAIA CЄB ΓЄPM. Caput Trajani laureatum.

ΓABAΛЄΩN.. NP. R.. Cybele sedens inter duos leones, d. papaver inter duas spicas, s. hastam. Ær. 2.

Meus. In hoc quoque duplex epocha expressa fuisse videtur, quae si ex praecedenti nummo supplenda, legendum ANP. ϚΣAP, ann. nempe Actiacus CXXXVI, Julian. CLI. Sed de hoc, aliisque similibus, qui hactenus vitiatas exhibent notas alii expectandi magis integri, qui rem tuto definiant.

NЄP K AIC TPAIAN CЄB ΓЄPM Caput Trajani laureatum.

ΓABAΛЄΩN BNP An. CLII Cybele tutulata sedens inter duos leones, d. papaver cum spicis, s. hastam. Ær. 3.

Sestin. ex Mus. Ainsel. Norisius de Epochis, apud quem notae quaedam detritae, quibus alia epocha continebatur. Vaill., Arigonius T. II Tab. VIII. n. 72.

Caput Trajani, omissa epigr.

ΓABAΛЄΩN ΔNP An. CLIV Mulier sedens, d. pateram, laeva cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

In hoc, et praecedenti nummo Juliana epocha inscribitur, ut in caeteris omnibus, qui sequuntur.

..... ΟΥΗ........ Caput laureatum.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΔC An. CCIV. Harpyiae monstrum globo insidens, et Sphinx ex adverso basi imposita. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 99, qui hunc nummum L. Vero adscribit. Sed M. Aurelio tribuendus, cui uni annus ΔC convenire potest incidens in an. V. C. Varr. CMXI, et CMXII. Ibidem Peller. pag. 89 binos recenset nummos ejusdem M. Aurelii adhuc Caesaris cum capite laureato, qui ex epocha Caesareae Libani Seleucid. ΒΞΥ, et ΖΞΥ, designant annos V. C. CMIV, et CMIX ex praecedenti. Ibique etiam afferuntur num., ut nos fecimus Parte I. pag. 240. in quibus M. Aurelius ΟΥΗΡΟC nominatur. L. Verus ann. CMXI, vel sequenti adhuc privatus, neque in consortium imperii a M. Aurelio assumptus, si notae ducendae ab aera Juliana an. V. C. DCCVIII. Si vero alteram Actiacam seligas, idem L. Verus a pluribus jam annis vita functus, decurrente anno Gabalensium ΔC.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓΑΒΑΛ€ΩΝ ΓΚC. An. CCXXIII Noctua supra clypeum, et Sphinx supra cippum. Ær. 2.

Vaill. de Numm. Graec.

Cusus nummus A. V. C. CMXXXI a vere praecedenti.

ΑΥΤ ΚΟΜΟΔΟC... ΑΝΤ.... Caput Commodi laureat.

ΓΑΒΑΛ€ΩΝ ΔC Noctua globo insistens, ex adverso Sphinx supra basim quadratam. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vindob.

In Mus. Vind. a Froel. T. I. p. 114 nummus iste M. Aurelio adscribitur, et notae interpunctione dividuntur. Sed Eckhel. testatur nullum superesse locum alteri notae, tum capitis epigraphe prohibet, ut M. Aurelio assignetur. Nummus itaque ad Commodum spectare dicendus est. Neque de numero decadico notis inserendo cum Eckhelio cogitan-

dum, ipsa nummi integritate repugnante. Notam existimo quae pro numero IV accipitur sumendam esse pro num. XXX. In nummo pariter Commodi eorundem Gabalensium cum typo Palladis ante Cybelem sedentem, et epocha ΓΛC, ut videre est in schemate apud Norisium Dissert. tertia de Epoch., media nota Λ in extrema parte lineola fere clausa apparet, ita ut, si abesset minor nota Γ, non injuria sumi posset pro Δ. Tale aliquid cogitandum esse arbitror de nummo, de quo quaestio est. Qua posita emendatione annus CCXXX cum imperio Commodi optime conciliatur, inciditque in an. V, ex eo die, quo illud solus obtinuerat.

AVT KAI M AVP KOMOΔON Caput Commodi laureatum.

ΓΑΒΑΛΕѠΝ ΓΛC An. CCXXXIII Bustum Palladis ante Cybelem sedentem. Pone caput Palladis Δ. Ær. 2.

Norisius de Epoch. Vaill. omissa nota Δ.

Nummus hic ille est, qui mediam notam Λ magna ex parte clausam praefert, ut etiam pro Δ sumi posset, ut paulo ante diximus.

AVT KAI M AVP KOM.... Caput Commodi laureat.

ΓΑΒΑΛΕѠΝ ΓΛC An. CCXXXIII Sphinx, et Harpya adversae stantes, haec supra globum, illa supra cippum quadratum. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel. Patin. sub M. Aurelio, ubi perperam in iconismo ΓΛC, idque fortasse ortum ob lineolam in extremo adjectam, de qua supra dictum est.

AVT KAI MAP AVP KOMOΔOC Caput Commodi laureat.

ΑΝΝΑ in ambitu nummi, in imo ΓΑΒΑΛΕΩΝ, superne in area ΔΛC. An. CCXXXIV Fortuna turrita sedens cum navis gubernaculo, et cornucopiae: ex adverso figura virilis seminuda cum tutulo in vertice stans supra cippum, quem ornant ex utraque parte dimidii equi. Ipse Vir, d. bipennem gestat supra caput elatam, s. clypeum. Ær. 1.

Pell. P. III p. 239, et Tab. CXXXIV. n. 3.

Vox ANNA adjecta figurae stanti in cippo numen tutelare ejus Vrbis indicare videtur, Fortuna vero alterum Gabalensium. Plura ibidem de hoc nummo disserit Pell., sed nostra magis arridet conjectura, de qua initio diximus.

..... CЄVHPOC..... Caput Sept. Severi laureatum.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ ΑΝC An. CCLI Juppiter seminudus sedens, d.victoriolam, s. hastam. Ær. 2.

Alius, sed mulier tutulata stans, d. temonem, s. cornucopiae. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel.

Caput Caracallae om. epigr.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ ЄΤ CΝΑ An. CCLI Juppiter sedens, dex. victoriolam, s. hastam, pro pedibus aquila. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Caracallae, om. epigr.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ ЄΤ ΒΝC An. CCLII Fortuna stans cum attributis. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Caracallae, om. epigr.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ CΝΓ An. CCLIII Mulier stans, d. pateram, super aram, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΙΟVΛΙΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Jul. Domnae.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ CΝΔ Anno CCLIV Cybele turrita sedens, d. pateram, s. tympano innititur, pro pedibus leo. Ær. 2.

Ex Museo Cusineriano, ejusquè Indice a me descriptus.

.... ΑΡ ΑV ΑΝ....... Caput laureatum Caracallae, ante quod signum cum lit. SAC.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ.... ЄΝC An. CCLV Mulier tutulata sedens inter duas Sphinges, d. spicas, s. hastam. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel.

ΙΟΥ ΔΟΜ..... Caput Jul. Domnae cum signo incuso in quo lit. SAC.

ΓΑΒΑΛ... ΘΝC An. CCLIX Mulier tutulata sedens inter duas Sphinges, d. spicas, s. hastam. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel.

Caput Caracallae laureatum epigraphe vitiata.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΘΝC Mulier tutulata sedens inter duas Sphinges, d. spicas, s. hastam. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel.

Μ ΟΠ ΑΝΤ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝ ΚΑΙC. Caput Diadumeniani sine laurea.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΓΞC An. CCLXIII Pallas galeata pectore tenus, et ex adverso Juno Pronuba tutulata, et longiori amicta velo. Ær. 1., et 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Ex nummo Aquiliae Severae hujus epochae cardo posterior esse nequit verno tempore anni V. C. Varr. DCCVIII. Si ab eodem numeraveris notas ΓΞC coeperit annus iste oportet ineunte vere anni V. C. Varr. CMLXX, paulo post interfectum a Macrino M. Aurel. Antoninum Caracallam. Recte igitur se habet computatio.

ΙΟΥ ΑΚΟΥΛΙΑ CΕΟΥΗΡΑ Caput Aquiliae Severae Aug.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ CΞΗ An. CCLXVIII Figura muliebris turrita sedens, d. vas, s. hastam. Ær. 2.

Pell. M. II p. 178.

Elagabalus Dione teste, dimissa Severa Anniam Faustinam duxit, tum ea repudiata aliam, atque aliam, postremo ad Severam rediit. Idem Elagabalus, ut ex nummis jam Amasiae, aliarumque etiam Vrbium, clarissime evincitur, neci traditur labente martio anni V. C. Varr. CMLXXV. Si notas CΞΗ computaveris ab ineunte vere anni V. C. Varr. DCCVIII, recte calculos procedere invenies, signatumque a Gabalensibus nummum intelliges, antequam ipsis Elagabali caedes innotesceret. Secus autem se res ha-

beret, si differas epochae exordium in autumnum, vel etiam in solstitium aestivum ejusdem anni. Teste itaque hoc praeclaro nummo, Juliana Gabalensium epocha posterior esse nequit vere ineunte anni V. C. Varr. DCCVIII, quemadmodum ex nummis Trajani cum duplici epocha initio probatum est, eandem eo termino nec anteriorem esse posse.

GABA PHOENICIAE

Inter eas numeranda haec Vrbs, quae excusso Judaeorum servitutis jugo a Pompejo libertatem obtinuit. A Nerone junioris Agrippae Regno cum Paneade, Tiberiade, aliisque Oppidis addita fuit. Antea Philippo Trachonitidis, et Ituraeae Tetrarchae eandem paruisse ex nummo Domitiae infertur; habet enim ejus epigraphe ΚΛΑΥΔΙ ΦΙΛΙΠ. Hinc in caeteris omnibus, in quibus breviores hujusmodi initiales, eadem aptanda interpretatio, non de Claudii studiosis, sed de Claudiis Philippensibus Gabenis. Epocham Pompejanam signavit, cujus limites annis V. C. Varr. DCXCII, et DCXCVII hactenus circumscribuntur.

ΑΥΤΟΚΡΑ ΤΙΤΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Titi sine laurea.

ΚΛΑΥΔΙ ΦΙ..... ΒΗΝΩΝ ΡΛΓ An. CXXXIII Deus Lunus seminudus stans, d. hastam. Ær. 2.

Eckh. Catal. Vindob. Froel. IV Tent. sed caput exhibet laureatum.

Superstite Vespasiano patre cusus hic nummus.

ΔΟΜΙΤΙΑΝ. ΚΑΙϹΑΡ Caput Domitiani laureatum.

ΓΑΒΗΝΩΝ ΡΛϚ An. CXXXVI. Deus Mensis stans, d. hastam, ad caput luna crescens. Ær. 3.

Pell. M. II p. 43.

.... ΜΙΤΙΑ ΚΑΙϹΑ Caput Domitiani laureatum.

ΓΑΒΗΝΩΝ.. ΜϚ. Supple ΡΜϚ An. CXLVI Deus Lunus stans, d. hastam, ad caput lunae falcatae signum.

Pell. S. II. p. IV., et p. 1. fig. 1.

ΔΟΜΙΤΙΑ. CЄBACTH Caput Domitiae Aug.

ΚΛΑVΔΙ. ΦΙΛΙΠ. ΓΑΒΗΝΩΝ In area ΓΝΡ An. CLIII Deus Mensis stans, d. hastam. Ær. 3.

Froelich. IV Tentamina cum iconismo, ubi plura de hac Vrbe, Eckhel. Catal. Vindob.

Vides hic non aliter eplicandas esse voces ΚΛΑVΔΙ ΦΙΛΙΠ, quam ΚΛΑVΔΙΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΕΩΝ, ex quo sequitur Vrbem hanc ob beneficia primo a Philippo Tetrarcha, tum a Claudio Imp. accepta ea nomina sibi adjecisse. Ob Domitiani necem, quae incidit in d. XIV. Kal. octobr. an. V. C. Varr. DCCCXLIX epochae exordium non ultra autumnum an. V. C. DCXCVII protrahendum.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙC ΝЄΡ. ΤΡ..... CЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ΚΛ ΦΙ ΓΑΒΗΝΩΝ In area ΑΟΡ An. CLXXI Victoria stans in navi, d. coronam, s. trophaeum. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVIII. n. 107.

In tribus prioribus nummis nota major chronol. minores praecedit, in quinque subsequentibus e contrario nota minor. Quoniam epocha anterior esse nequit A. V. C. DCXCIII ob Hadriani nummum, quem mox vide, iste editus non ante annum V. C. DCCCLXIV. Initio error irrepsit Typographi in notis DCXCII, pro DCXCIII.

ΠΛΩΤΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Caput Plotinae cum stola ad pectus.

ΚΛ. ΦΙ. ΓΑΒΗΝΩΝ ΑΟΡ An. CLXXI Figura militaris stans, d. hastam. Ær. 3.

Pell. S. II p. IV, et p. 1. fig. 2.

...... ΚΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟC CЄΒ... Caput Hadriani laureat.

ΚΛΑV ΦΙ ΓΑΒΗΝΩΝ ΖΟΡ An. CLXXVII Victoria gradiens, d. coronam, s. trophaeum. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Catal. Theup.

Nummus iste probat epocham hanc anteriorem esse non posse anno V. C. Varr. DCXCIII. Hadrianus enim a. d. III. Id. aug. A. V. C. DCCCLXX Augustus dicitur.

AVT. KAIC. ANTΩNЄINOC CЄB. ЄVC Caput Antonini Pii laureatum.

ΓABHNΩN ΖIC An. CCXVII Deus Lunus cum pileo phrygio, d. hastam, ad caput hinc astrum, inde luna bicornis. Ær. 2.

Noris de Epoch. Hard. Vaill., Meus, in quo lit. N videtur K in voce ΓABHNΩN Vide Mus. n. Tab. XXVII. fig. 37.

Probat iste nummus epocham hanc posteriorem esse non posse A. V. C. DCXCVII. Obitus enim Antonini Pii incidit, ut saepe alias probatum, in ineuntem martium A. V. C. CMXIV.

GADARA IN DECAPOLI

Merito videnda quae de hac Vrbe erudite disserit praeclariss. Norisius Dissert. III de Epoch. Syromaced. Vna ex illis extitit, quam Pompejus, Demetrio Liberto sibi acceptissimo, et Gadarensi cive deprecante, post devictos Judaeos instauravit, maximisque beneficiis affecit, addita autonomia, a qua epocham suam Pompejanam instituit. Ejus fines ex nummorum fide circumscribuntur autumno an. V. C. Varr. DCXC, ac verno tempore insequentis anni. Neque hos limites turbant nummi Neronis cum not. ΛΛP, nec Vespasiani cum not. BΛP, aut M. Aurelii cum ΔKC, ut videri potest in singulis suo loco. Nec etiam quidquam proficere licet ad primum extremum anteponendum ex nummis Nervae, in quibus legitur ETOYΣ NEOV IEPOV A, et B, qui anni profecto non a mense Nisan, ut Norisio videbatur, sed a redeunte anno novo imperii, vel Romano more, vel ex Orientalium methodo cum annis suis civilibus comparati numerandi sunt. Qua de re videnda quae egregie afferuntur ab Eckhelio T. IV D. N. V. p. 416, et seq. Itaque etsi in lib. de Vulg. Ærae Emend. ad Norisii senten-

tiam accesserim in praeferendo autumno an. V. C. DCXC, modo tamen aliter sentiendum arbitror, praesertim, quod Judaei in Vrbe Gadarensi recens instaurata plurimum possent prae aliis Graecis illam incolentibus, ideoque exemplo Agrippae Regis, qui Judaicae Religionis retinentissimus erat, mensem Nisan ex patria methodo in epocha instituenda praetulisse merito censendi sint, quemadmodum generatim ab iis factum in aliis similibus computationibus ex Josepho, aliisque monumentis certo jam constat, de quibus consule lib. n. de Vulg. Ær. Accedit praeterea in hujus rei confirmationem, quod Josephus Antiquit. lib. XIV cap. 8, postquam pluribus notis chronologicis designaverat annum, diemque, quo Vrbs Hierosolyma a Pompejo expugnata fuerat, quod contigisse refert *M. Tullio Cicerone, et Antonio Consulibus*, qui sunt indices anni V. C. Varr. DCXCI, *idque media aestate*, paulo post subjungit: *Gadaram deinde paulo ante dirutam instauravit in gratiam Liberti sui Demetrii Gadarensis*, et illud addens: *Gadaram cum aliis Oppidis Judaeis ereptam libertate donasse*. Ex quibus equidem sua sponte sequitur tum primum Gadarenses de epocha in Pompeji honorem instituenda cogitare potuisse, eamque propterea mox decretam in proximum antecedentem Nisan ejusdem anni V. C. DCXCI, more patrio contulisse.

Notandum hoc demum loco, quod si vera sit lectio nummi Augusti cum notis ΔΜ a Vaillantio proposita, mihi videri Augustanam epocham in eo agnoscendam esse, ob eas rationes, quas in eodem nummo mox subjiciendo exponam.

Caput Augusti, omissa epigraphe.

ΓΑΔΑΡΑ ΔΜ An. XLIV. Caput muliebre turritum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Vel mendum cubat in hujusmodi notis, vel certe ad Augustanam epocham referendae. Narrat enim Flav. Joseph.

Antiq. lib. XV cap. VII Caesarem postea Augustum parta victoria Actiaca, et post eam insequenti anno in Ægyptum transgressum, eo venisse post M. Antonii, devicti interitum, obsequii causa Herodem M., eidemque Augustum, quod in illa expeditione sibi auxilia a Rege missa fuissent: *Gadarum*, *et Gazam* cum aliis quibusdam vicinis Vrbibus dono dedisse. Lib. vero Antiq. XVII cap. XI addit: Herode mortuo, filio Archelao, dum eum Judaeae Ethnarcham constitueret *Gazam Gadaram*, aliasque vicinas Vrbes ademisse, easque Syriae Provinciae adjunxisse. Ab anno itaque V. C. Varr. DCCXXIV utraque Vrbs Regno Herodis adjecta fuerat, et in ejus ditione, et potestate permanserant ad an. usque V. C. Varr. DCCL, qui fuit Herodi supremus.

Constat autem Augustum Herodi, praesertim tanquam amico Regi plenam, ac liberam exercendi in regno suo potestatem reliquisse. Quapropter cum haud verisimile videatur, quod intra illud tempus, quod sane complecterentur notae ΔΜ, Gadara Vrbs nummos, et quidem cum imaginibus Augusto dicaverit, aliâ epocha inquirenda est, cum qua conciliari queant notae ΔΜ, postquam Gadara, et Gaza, in potestatem Augusti, Populique Romani transierunt. Aptissima porro est Æra Augustana ab anno DCCXXIII; tunc enim notae ΔΜ, vel attigerint, vel complectantur oportet annum emortualem ipsius Augusti. Atque haec, ut initio dictum est, si vera sit lectio not. ΔΜ, de qua valde dubitandum censeo. Vix enim credibile est Gadarenses aliam epocham praeter quam Pompejanam in usum recepisse. Admisso autem hoc canone a me proposito, quod Gaza, et Gadara, donec sub ditione, et potestate regni Herodis M. permanserunt nullos Augusto nummos dicaverint, illud emolumenti sequetur, quod si aliquando inventi fuerint Gadarae nummi cum notis chronol. Ξ, vel ΞΑ, eas notas aptissimas fore ad ea confirmanda, quae de Vulgaris Ærae labe, deque anno emortuali Herodis ex aliis praecla-

rissimis monumentis certo jam constant, de quibus in lib. II. actum est, atque in hoc etiam data opportunitate recurret sermo. In iis Gazae habemus jam not. ΞΓ, sed in ea Vrbe necessariae sunt notae aliquanto minores, ut in illius nummis videri potest.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙϹΑΡΙ Caput Tiberii sine laurea.

ΓΑΔΑΡЄΙϹ ϘΒ An. XCII Caput muliebre turritum. Ær. 3.

Meus duplex. Vide Tab. XIV. n. 26.

In epocha major numerus minori praeponitur, unicum de hac Vrbe exemplum. Nam si fides optimae notae Auctoribus, in reliquis, quos afferemus, minor nota praecedit. Annus iste insignis Geminorum Consulatu, et Christi morte ex nostris calculis.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΣΕΒΑΣΤΩ Caput Tiberii.

ΓΑΔΑΡΕΙΣ ΒϘ An. XCII Caput muliebre turritum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΝЄΡΩΝ ΚΑΙϹΑΡ Caput Neronis laureatum.

ΓΑΔΑΡΑ ΛΑΡ An. CXXXI Mulier turrita stans, d. coronam, s. cornucopiae. Ær. 2.

Noris de Epoch. Catal. Theup.

Alius, sed Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Meus. Vide Mus. n. Tab. XV. num. 48.

ΝΕΡΩΝ.. Caput Neronis laureatum.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΛΡ An. CXXXI. Duplex cornucopiae in medio areae. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Sestin. ex M. A.

Notae chronolog. hujus, et superioris nummi annum emortualem complectuntur, sive computationem instituas ab autumno A. V. C. DCXC, sive a verno tempore insequentis anni; Nero enim ferrum in jugulum adegit a. d.

III. Id. jun. an. V. C. Varr. DCCCXXI; postremum tamen hunc limitem excedere nequit, ut patet.

Caput Vespasiani laureat. sine epigraphe.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΒΑΡ An. CXXXII Caput muliebre turritum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec. in fine, ubi recte notat perperam hunc nummum ab aliquibus Neroni adscribi. Vespasianus Kal. jul. an. V. C. Varr. DCCCXXII ab exercitu Judaico Augustus salutatur, tum Romae sub exitum ejusdem anni interfecto Vitellio; sive primo tempore cusus sit nummus cum sola imagine, et sine nomine; sive id contigerit post quam a Senatu Romae declaratus fuit, initium epochae a verno tempore A. V. C. DCXCI ductae recte se habet, ut computationem instituenti patebit. Cl. Sest. Lettere Tom. VIII. p. 115 ex Mus. Reg. Berolin. alium refert ejusdem Vespasiani cum eisdem notis ΒΑΡ, et Astarte Dea stante, et epigraphe in anteriori: ΟΥCCΠ ΚΑΙCΑΡ.

..... ΠΑΣΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Vespasiani laureatum.

ΓΑΔΑΡΑ ΙΕΑΡ An. CXXXV. Fortuna stans. Ær. 2.

Pell. M. II p. 38, et 318.

... CAP....... Caput Titi laureat.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΙΕΑΡ Anno CXXXV. Duplex cornucopiae. Ær. 2.

Arigonius Tab. III Tom. I. de Num. Imp. Graecis. Nummus tamen ad Vespasianum potius referendus, quam ad Titum.

ΤΙΤΟC ΚΑΙΣΑΡ Caput laureat.

ΓΑΔΑ.... ΖΑΡ. An. CXXXVII. Typus, ut supra. Sestin. Lett. T. VIII. p. 115.

Caput Trajani, om. epigr.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΕΞΡ An. CLXV Cornu Amaltheae duplex decussatim positum. Ær. 3.

Vaill. de numm. Graec.

Caput Trajani, om. epigr.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΖΞΡ An. CLXVII Aquila alis expansis. Ær. 3.

Idem Vaill.

Caput Antonini Pii om. epigr.

ΓΑΔΑΡΑ ΛΗϹ An. CCVIII. Caput velatum, et turritum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec., cujus lapsus manifestus, dum notas suprascriptas comparat cum an. V. C. Varr. CMVIII, pertinent enim ad ann. DCCCXCVIII, vel insequentem, labente ipsius Tribunic. potest. VII, et VIII ex a. d. V. Id. Julii an. V. C. DCCCXCI.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ ЄΥϹ Caput Antonini Pii laur.

ΠΟ ΓΑΔΑΡ Ι Α Α Γ Κ ϹΥ Templum tetrastylum, in cujus medio Juppiter, d. aquilam, s. hastam. In peristylio ΓΚϹ An. CCXXIII. Ær. 1.

Pell. M. II p. 78 Bellejus, a quo num. illustr.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput Antonini Pii laureat.

ΓΑΔΑΡЄΩΝ ΓΚϹ An. CCXXIII Caput Herculis juvenis. Ær. 2.

Pell. M. II p. 79 Vaill. de Num. Graec.

ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ... Caput Antonini Pii laureatum.

ΓΑΔΑΡЄΩΝ ΓΚϹ Caput Palladis galeatum. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. n. 38.

Postremum Antonini tempus complectitur annus, qui in hoc, et superioribus nummis legitur, et rectissime procedit a verno etiam tempore anni V. C. DCXCI. Initium enim tum habuisse patet verno tempore A. V. C. CMXIII, exiturus revertente vere An. insequentis V. C. CMXIV. Antoninus autem diem suum obierat ineunte martio ejusdem anni.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureat.

ΓΑΔΑΡЄΩΝ ΝΑΥΜΑ ΔΚϹ Navis praetoria cum novem remigantibus, in cujus puppi Imp. sedens, ex opposito vero fig. militaris stans cum vexillo. Ær. m.

Pell. P. III p. 165. cum iconismo.

Ob typum aversae partis nil obstat, quod nummus ad hanc eandem Gadaram referatur, secus ac censebat Pell. Equidem Gadara, quae se Pompejanam in nummis appellat, erat Coele Syriae Vrbs, ut seipsam quoque paulo ante inscribit K CY, ut etiam sacram, autonomam etc. singula memorans beneficia a Pompejo accepta in gratiam Demetrii civis sui ejus Liberti. Porro Gadara haec Pomp. Coele Syriae nummos edidit in Caracallae, et Elagabali honorem, tum etiam Gordiani, cum eadem Triremi, quae in nummo Pellerin. conspicitur. Certe meus Gordiani Pii typum simillimum habet. Vide etiam Patin. p. 306, cujus tamen nummus Gordiano restituendus. Notae autem ΔKC, An. CCXXIV ostendunt primo quoque tempore, ex quo M. Aurelius Antonino Pio, labente martio A. V. C. CMXIV, vita functo, in imperium successerat, suae gratulationis officia praestitisse; signant enim an. V. C. CMXV ex ineunte vere praecedentis anni, a quo computatio instituatur.

AVT KAI M AVP ANTΩNЄIN... Caput M. Aurelii laureat.
ΓΑΔΑΡЄΩΝ ΔKC An. CCXXIV Caput Herculis juvenis laureat. cum exuviis leonis ad humeros. Ær. 2.
Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Nummus iste profecto ad Gadaram Coelesyriae spectat, in qua maximus Herculis cultus, ut alii plures ejus nummi testantur. Notae chronol. annum primum imperii M. Aurelii complectuntur, ut in superiori dictum est, initio facto a verno tempore A. V. C. DCXCI. Notandum autem hoc loco, quod etiam si hujus epochae computatio instituatur ab autumno A. V. C. DCXC, illud tamen sequi Antonini obitum conjici non posse in mensem septembrem A. V. C. CMXIV, quo jam tempore nummos M. Aurelio dicatos haberemus. Ideoque in ea etiam computatione falsam probari eorum opinionem, ac Zoegae praesertim, qui in illud tempus mortem Pii prothraendam censuerat. Sed jam penitus ex-

plosa fuit ea sententia firmissimis aliis argumentis, de quibus hoc loco nihil attinet dicere.

AVT KAICAP A AVP OVHPOC Caput L. Veri laureatum.

ΠO ΓΑΔΑΡϹΩΝ K CY I A A Γ ϾKC An. CCXXV. Templum tetrastylum, in quo Jovis sedentis simulacrum cum epochā, ut supra, in templi fronte. Ær. 1.

Haym. T. II. p. 294. Tab. XXXVI n. 3.

Si epocham ducas ab autumno A. V. C. DCXC, eadem annum primum, et secundum Lucii Veri cum M. Aurel. complectitur; si autem a verno tempore insequentis anni DCXCI, annum secundum.

AVT KAICAP A AVP OVHPOC Caput L. Veri laureatum.

ΠO ΓΑΔΑΡϹΩΝ KOVIΔAΣ Juppiter sedens in templo tetrastylo, d. pateram, s. hastam. In peristylio templi ϾKC An. CCXXV. Ær. 1.

Catal. Theup. sed emendand. ex praecedenti nummo in epigraphe aversae partis sic: ΓΑΔΑΡϹΩΝ K. CY. I. A. A. Γ. *Pomp. Gadarensium Coelesyriae sacrae inviolab. autonomae* De Γ interpretatio incerta. Vid. Noris, Haym., Bellejus, Eckhelius.

Caput L. Veri, om. epigr.

ΠOM ΓΑΔΑΡ I A A Γ K CY ϾKC An. CCXXV. Serapis stans in templo tetrastylo, d. pateram. Ær. 2.

Pell. M. II p. 102 Vaillantium emendans, supplensque, qui similem ediderat p. 63 de Num. Graec., Bellejus M. T. XXVIII, ubi de epocha Vrbis Abilae.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ϚKC An. CCXXVI Caput Herculis juvenis. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

AVT KAI A AVP OVHPOC Caput L. Veri laureatum.

ΓΑΔΑΡϹѠΝ ϚKC An. CCXXVI Caput Herculis juvenis laurea insigne. Ær. 1.

S

Noris de Epoch. Syrom. Vaill. de Num. Graec.

Nummus L. Veri, om. epigr., et typo aversae partis.

Epocha ΘΚC An. CCXXIX. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 318.

Quadriennio labente ante obitum L. Veri editus nummus. Obiit enim mense Januario A.V.C. CMXXIII. Vide p. 88.

AVT K M AVP ANT KOMOΔOC Caput Commodi laureat.

ΓAΔAPЄΩN ΓMC An. CCXLIII Caput Herculis juvenis laureatum. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. Seguin. Numism. selecta.

Pertinent notae chronol. ad annum primum imperii Commodi, ex quo decesserat ejus pater M. Aurel. a. d. XVI. Kal. april. an. CMXXXIII.

KPICΠINA CЄBACTH Caput Crispinae Aug. spicea velut corona ornatum.

ΓAΔAPЄΩN ΓMC Caput Herculis laureatum. Ær. 3.

Pell. M. II p. 113. Tab. XXVIII n. 7.

Annus idem, qui supra, primus Commodi post M. Aurelium vita functum, cui mox Imp. ejusque simul uxori nummos dicarunt Gadarenses. Quem Arigonius delineatum exhibet Tom. I Tab. V sub Faustina jun. n. 70 cum eodem typo, et notis chronologicis ΓMC Crispinae restituendus. Omittit enim partem adversam, quae fortasse detrita eidem fucum fecit, ut pro Crispina, Faustinam juniorem sibi videre videretur. Sed haec quadriennio antequam hic nummus signaretur mortem obierat, ut alibi quoque adnotavimus. Quamquam vero a Senatu inter Divas, petente M. Aurelio, relata fuisset, nulli tamen, quod sciam, ab Vrbibus Graecis cum titulo Divae signati fuerunt, quod feminam omnibus probris contaminatam neglexerint, vel etiam despectui habuerint, praesertim vero post mortem M. Aurelii nimium indulgentis mariti, quo tempore editi habentur jam nummi Gadarensium cum iisdem notis ΓMC, tam Commodo imperanti, quam ejus uxori Crispinae.

M ΑΥΡ ΑΝΤΩ ΚΑΙ CΕΠΤ ΓΕΤΑΝ. Caracalla, et Geta stantes dextras jungunt.

ΠΟΜ ΓΑΔΑΡΕΩΝ Templum tetrastylum, in quo Juppiter sedens, d. elata, s. hastam. In templi fronte ΒΞC An. CCLXII. Ær. 1.

Pell. M. II. p. 144. Tab. XXIX. n. 3.

Anno V. C. Varr. CMLI Septimio Sev. ad bellum Parthicum profecto, Caracalla Augustus dicitur, eodemque tempore, petentibus militibus, Geta Caesar appellatur. Hinc notae ΒΞC recte conciliantur cum utroque cardine, sive numerandi initium feceris ab autumno an. V. C. DCXC, sive a proximo vere insequentis anni.

ΑΥΤ ΚΑΙCΑ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Caput laureatum Caracallae.

ΠΟΜΠΗΙΤΕΩΝ ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΕΤ ΣΟC. An. CCLXXVII Navis cum vexillo prorae imposito, pluribusque remigantibus. Ær. 1.

Froel. IV Tent. Eckh. Catal. Vind. qui monet legendum, ut supra, non ut apud Froel. ΠΟΜΠΗΙΤΩΝ.

Alter hic numm. cum Triremi, de qua in nummo M. Aurelii dictum est.

..... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Caput laureatum Caracallae.

ΠΟΜΠΗ ΓΑΔΑΡΕΩΝ Templum tetrastyl. cum Jove sedente, in cujus fronte ΗΟC An. CCLXXIIX. Ær. 2.

Pell. M. II p. 144.

Biennio ante Caracallae necem editus nummus.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput Elagabali radiatum cum paludamento ad humeros.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΠC An. CCXXCI. Navis cum octo remigantibus, infra delphinus. Ær. 1.

Arig. Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill. ex eodem Museo, Noris. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVIII. n. 275.

Ex probatis, epochae cardo posterior esse nequit verno tempore A. V. C. Varr. DCXCI, nec anterior autumno praecedenti. Elagabalus circa id. april. A. V. C. CMLXXI ab

exercitu Macrini Augustus agnoscitur, idque circa ineuntem junium mensem Romae innotescit ex monumento Fratr. Arval., de quo in lib. de Vulg. Ærae Emend. p. 282; proportione autem serius, ocius caeteris Orbis Romani Provinciis post Id. aprilis novi Imperat. nuncius afferri debuit. Si Gadarensium epocha ducatur ab autumno anni V. C. Varr. DCXC; an. CCXXCI in nummo signatus exiisset revertente autumno anni V. C. Varr. CMLXXI. Igitur initium imperii Elagabali non ultra annum suprascriptum recte statuitur. Idem autem evincitur epochae cardine constituto in altero, quod superest extremo, nempe ex ineunte vere insequentis anni DCXCI; nam in ea quoque hypothesi exiisset annus CCXXCI vere ineunte anni V. C. Varr. CMLXXII. Ergo pariter initia imperii Elagabali, quae proferri nequeunt in mensem aprilem hujus anni ex hujus fide nummi, retrahantur oportet in mensem aprilem anni praecedentis. Haec autem mirifice confirmant, quae fuse jam probata sunt de initio imperii Elagabali in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. tum alibi in hoc ipso libro, ac monumenta monumentis mire consentire. Patet etiam notas suprascriptas nihil obesse, si a verno tempore A. V. DCXCI ducantur.

.... ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum.

ΓΑΔΑΡЄΩΝ Ι Α Α Γ ΚΟΙ CΥΡ Juppiter sedens in templo tetrastylo, d. victoriolam, s. hastam, ad pedes aquila. In templi fronte ΑΠC An. CCXXCI. Ær. 2.

Eckhel. Num. Vet. p. 276.

Adjiciendum hoc monumentum superiori ad initia imperii Elagabali confirmanda.

Caput Elagabali, om. epigr.

ΓΑΔΑΡCΩΝ ΒΠC An. CCLXXXII. Figura paludata inter duos leones. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΓΟΡΔΙΑΝΟC Caput Gordiani Pii laureatum.

ΠΟΜΠ ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΓΞ An. CCCIII Navis Praetoria cum pluribus remigantibus, ut in superioribus nummis. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Meus item, Patinus, apud quem tamen perperam inter nummos Caracallae recensetur.

Gordianus Pius media aestate An. V. C. CMXCI Balbino, et Pupieno interfectis, solus imperium auspicatus est. Post biennium cusus nummus.

Nummus Gordiani Pii, omissa epigr. utriusque partis, et typo aversae.

Epocha ZT An. CCCVII.

Bellejus Mem. T. XXVIII ex Mus. Pellerin. ubi agit de epocha Vrbium Pellae, Diensium, et Canathae. Complectuntur notae ZT postremum imperandi tempus Gordiani Pii, quod an. V. C. Varr. CMXCVII assignandum nemo dubitat. Id autem contigit post vernum tempus, et ante mensem augustum ejusdem anni. Si duxeris notas ZT ab ineunte vere A. V. C. DCXCI, coeperit annus ille oportet vere redeunte A. V. C. CMXCVII, superstite adhuc Gordiano Pio.

GAZA PALAESTINAE

De hac potentissima quondam Syriae Palaestinae Vrbe, de ipsius anni civilis forma, et Neomenia, deque variis casibus, quibus subjecta fuit, sub Alexandro M., sub Seleucidis, denique sub Judaeorum jugo, et servitute, nihil hic addere oportet ad ea, quae mira eruditionis laude disseruit Norisius de Epoch. Syrom. Dissert. V. A Pompejo liberata, et Provinciae Syriae adscripta, ob autonomiam ab eo acceptam, a quo etiam instaurata fuerat, Pompejanam Epocham instituit. Gazensium annus civilis inibat a. d. XVIII mensis octobris, ut solide jam demostravit laud. Norisius. Ejus epochae fines nec anteriores esse possunt exe-

unte autumno an. V. C. Varr. DCXCII; nec posteriores eodem revertente autumno insequentis anni DCXCIII, ut ex pluribus nummis jam notis certo infertur. Emus Card. Norisius anteponendum censuit ann. V. C. DCXCIII ex iis, quae continentur in vita B. Porphyrii Gazae Episcopi a Marco ipsius Diacono conscripta, cujus autographum graecum ad nos non pervenit, sed unice versio interpretis Gentiani Herveti. Verum ipse quidem re accuratiori trutina ad examen revocata, modo statuendum arbitror eandem retrahendam esse in exeuntem octobrem an. V. C. DCXCII. Idque in duabus Exercitationibus in fine Part. II. Numm. Imperialium ex historiae monumentis, praeeuntibus etiam nummis latini commatis, me probasse confido, quod modo ex nummorum fide ipsius Vrbis Gazae, in nummo Plautillae confirmaturus sum.

Alteram quoque epocham ab eadem Vrbe in Hadriani honorem institutam fuisse egregie jam conjecerat laud. Norisius. Sed ex nummis deinceps inventis modo insuper perspicuum fit, hanc secundam epocham cum ipsius Hadriani imperii annis conjunctam non ab eodem ejus Vrbis cardine procedere, atque iterandam esse, sed partim uni partim alteri illius epochae anno convenire, ut suo loco videbimus. Insuper vero ea non ultra quinquennium progreditur, ut ibidem pariter patebit.

Caput Augusti.

L ΞΓ An. LXIII. Ær. 2.

Morell. Impp. Tab. 39. n. 15.

KAI Caput Augusti sine laurea.

L Ξς An. LXVI, infra Γ, et 𐤌 Gazae signum. Mulier turrita stans, d. palmae ramum, s. binas spicas. Ær. 2.

Echkel. Catal. Vindob. Tab. IV. n. 15. ex Museo Caes.

Paulo supra in Vrbe Gadara animadvertimus Augustum post Actiacam victoriam Herodi M., qui eum in Ægypto, dum bello adversus Antonium, et Cleopatram finem imponeret a se copiis adjutum inviserat, Gadaram, et Gazam cum aliis quibusdam Oppidis donasse, quas deinde Archelao, Herode patre defuncto, cum Ethnarcham Judaeae constitueret, ademerat, et Syriae Provinciae adjunxerat. Ex quo consequens esse diximus non ante id temporis Augusto nummos ab utraque Vrbe dicari potuisse. Quod et Eckhelius notat, ubi de hac Vrbe Gaza sermonem habet cit. lib. III. D. N. V. p. 453. Ac revera notae in his duobus nummis ΞΓ, et Ξς id confirmant; signant enim ex autumno deficiente an. V. C. DCXCII, cui revera epocham hanc illigandam praemisi, annos DCCLV, et DCCLVIII ex autumno praecedenti. Hoc autem loco iterum notandum, ut in Vrbe Gadara factum est, quod si aliquando inventi fuerint nummi Vrbis Gazae, qui notas insculptas referant anno LX minores usque ad NH, eosdem aptissimos fore ad ea confirmanda, quae ad annum Herodis M. emortualem, et ad Ærae Vulgaris labem jam perspectam pertinent.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Caligulae laureat.

ΓΑΖ LΡ. An. C Mulier capite turrito stans, d. palmam, s. acrostolium. In area Gazae signum. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ainsel. Descript. N. V. pag. 546.

ΣΕΒΑΣ.... Caput Claudii sine laurea.

ΓΑΖ... LΡΙ An. CX In area Gazae symbolum. Ær. 2.

Lieb. Mus. Frid. p. 304.

Caput Titi, epigr. om.

ΓΑΖΑ LΡΛΒ An. CXXXII Astarte stans, d. caput Osiridis, s. hastam. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

...... ΤΡΑΙΑΝΟΣ. Caput Trajani sine laurea, et juvenile.

ΓΑΖΑ ΕΙω. In imo ΡΝΘ An. CLIX. Binae mulieres dextras jungunt, et in area Vrbis signum. Ær. 3.

Pell. Lett. sive T. IX. p. 168, Tab. II. n. 7.

Trajanus adoptione filius Nervae dicitur inito novembri an. V. C. Varr. DCCCL, ut in lib. n. probatum est pag. 202. Igitur ejus adoptio, et Caesarea dignitas, ad quam simul evectus fuerat Gazensibus innotescere non potuit, nisi exeunte eodem anno DCCCL, ac propterea nonnisi post id temporis nummum cum illius imagine, notisque suprascriptis ab iisdem signari. Gazensium annus civilis, ut a Norisio probatum, aliisque monumentis a nobis confirmatum, inibat circa ineuntem novembrem. Si notas PNΘ iteraveris ab octobri expirante an. V. C. Varr. DCXCI, in exitu fuissent antequam Gazenses quidquam de adoptione Trajani perspectum haberent. Itaque ex his certo concluditur epochae cardinem anteriora initia habere non posse exeunte octobri an. V. C. Varr. DCXCII.

Cum vero ex iis, quae sub Plantilla demonstraturi sumus, epocha hujusmodi ducenda sit ab A. V. C. DCXCII, ex hoc praestanti nummo insuper infertur Gazenses initio statim imperii Trajani, et forte vix perspecta illius adoptione gratulationis officia pecunia publica eidem exhibere curasse. Quod etiam ipsius imago sine laurea, et absque Augusti titulo non obscure innuere videtur. Notae vero PNΘ ab exeunte octobri A. V. C. DCCCL, et adoptionis tempus, simulque primum ipsius imperii annum complectuntur. Hinc aptissimus quoque hujusmodi nummus ad ea confirmanda, quae de ejus epochae cardine probata invenies suo inferius loco. Nemo enim in dubium revocare potest singulas Orientis Vrbes nihil antiquius habuisse, quam ut omnibus obsequii, et gratulationis argumentis suam voluntatem testatam facerent erga novos Principes, ad eorum etiam benevolentiam primo quoque tempore sibi conciliandam. His adde, quod si unum annum differas hujus epochae exordium, tunc in nummo CЄB in fine, sive Augusti titulus

omissus non fuisset, nec corona laurea in capite, primo illo praesertim tempore Trajani jam imperantis.

.... ΑΔΡΙΑΝ... Caput Hadriani laureatum.

ΓΑΖΑ Α ΕΠ.... Hercules nudus stans, d. clavae innititur, s. leonis exuvias gestat, in area signum Vrbis. Ær. 3.

Meus, in quo supplendae notae ϙΡ, ut infra patebit. Norisius, et post eum Eckhel., aliique in hujusmodi nummis Hadriani duplicem Æram agnoscunt, de qua paulo infra.

Caput Hadriani laureat. omissa epigraphe.

ΓΑΖΑ Γ ΕΠΙ ΒϙΡ Fortuna tutulata stans, d hastam, s. cornucopiae, ad pedes capella, et in area Gazae signum. Ær. 2.

Arigonius T. I. Tab. II n. 29.

ΑΥ ΤΡ... ΑΔΡΙΑΝ..... Caput Hadriani laureatum.

ΓΑΖΑ Γ ΕΠΙ ΒϙΡ An. CXCII Hercules, d. clavae innititur. Ær. 3.

Noris de Epoch. Syrom. Vaill. de Num. Graec.

Α Κ ΤΡ ΑΔΡΙΑΝΟΣ Caput Hadriani laureatum.

ΓΑΖΑ Δ ΕΠΙ ΓϙΡ An. CXCIII Hercules nudus stans, d. clavam, s. spolia leonis. Ær. 4.

Catal. Theup.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡ.. ΑΔΡΙΑΝΟΣ Caput Hadriani laureatum.

ΓΑΖΑ ΕΙΩ Δ ΕΠΙ ΓϙΡ An. CXCIII. Duae mulieres dext. jungunt, Io, et Genius Vrbis cum cornucopiae. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

..... ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ.... Caput Hadriani laureat.

ΓΑΖΑ ΜΑΡΝΑ Ε ΕΠΙ ΔϙΡ An. CXCIV Diana, et Apollo stantes in templo distylo. Ær. m.

Noris de Epoch., qui tamen supplet not. E in nummo deletam.

T

Alius similis, sed Ær. 1.

Vaill.

...... TPA AΔPIANOC Caput laureat.

ΓAZA E EΠI ΔqP Hercules stans clavae innititur, s. leonis spolia gestat, in area vero signum Vrbis Gazae. Ær. 3.

Ex Catalogo Mus. Cusineriani a me descriptus. In eodem Catalogo describitur alter hic nummus:

AVTOK Є AΔ...... Caput laureatum.

ΓAZA H EΠ ЄqP Typus, ut in superiori.

Mendum proculdubio in descriptione notae H irrepsit, ejusque loco substituenda nota E, vel Δ, quae solae conciliari possunt cum anno ЄqP, ut ex integra serie, et ordine caeterarum fit manifestum.

Caput Hadriani laureat.

E ЄΠI EqP An CXCV.

Eckhel. ex Mus. Caes. D. N. V. T. III pag. 453.

Nummus Hadriani omissa epigr. utriusque partis, et typo aversae.

Epocha ЄqP CXCV. Ær. 3.

Alius cum eadem epocha, sed diverso typo. Ær. 3.

Pell. M. II p. 319.

Ex nummo cum notis E ЄΠI EqP, quem primus omnium ex Museo Caes. vulgavit Eckhel. T. III. D. N. V., pag. 453, si cum praecedentibus fiat comparatio, non modo patebit novam a Gazensibus epocham in honorem Hadriani ob ejus adventum institutam fuisse; sed etiam eandem aliquo anni tempore computandam; quod esset ab illo Ærae Gazaeorum diversum. Sequitur praeterea: cum annus E novae epochae jungatur cum annis Ærae propriae Vrbis Gazae EΠI ΔqP, et EqP, annum primum A jungendum esse cum annis Vrbis EΠI qP, et AqP, et ita deinceps. Ex his confirmatur utrumque extremum; quo Epochae Gazensium cardo circumscribi queat. Primo enim, si ea ducenda esset

ab octobri expirante an. V. C. Varr. DCXCI, Hadriani adventus in Vrbem Gazam statuendus foret ante exeuntem octobrem an. V. C. Varr. DCCCXXCI, cum tamen certo constet eundem adhuc Romae fuisse mense martio insequentis anni V. C. DCCCXXCII, atque in Senatu die III ejusdem mensis adfuisse cum PP. Conscriptis, de quibusdam ad rem haereditariam spectantibus deliberaturus, antequam iter in Asiam susciperet, totamque Judaeam perlustraret, ut jam a Norisio egregie demonstratum de Epoch. Syromaced. Diss. V. Ita pariter si ejusdem epochae initium ducatur ab anno V. C. Varr. DCXCIV consequens esset annum Gazaeorum ΕΠΙ ϙΡ, cum quo jungitur Α, atque innuitur Hadrianum ea in Vrbe praesentem tum fuisse, nonnisi post diem XXVIII octobris an. V. C. DCCCXXCIII id sequi potuisse, ut spatium superesse intelligatur ad novam epocham in ejus honorem instituendam, quaeque diversum haberet initium ab ea, quae erat Vrbis propria, ut suadet nota Α partim conjuncta cum ΕΠΙ ϙΡ, partim vero cum ΕΠΙ ΑϙΡ. At vero certo constat ex nummis Alexandrinis ejusdem Hadriani cum notis LΙЄ, tum ex celebri epigrammate Memnonis statuae inscripto, ad quam visendam Hadrianus cum Sabina uxore accesserat, ut in eo adnotatum legitur: *quarto, et vigesimo die mensis Athyr, Domini vero Hadriani anno quinto decimo*: quae notae ex methodo, et computatione Ægyptiaca designant diem vigesimum novembris anni V. C. DCCCXXCIII. Ex his ergo manifeste excluditur Hadrianum post mensem octobrem ejusdem anni DCCCXXCIII in Vrbem Gazam tum primum advenisse, praesertim cum ibidem haud brevi tempore moratum esse constet, eam Vrbem beneficiis affecisse, atque ut in Chronico Alexandrino legitur, tunc ab eo: *festum diem institutum, qui, hodieque appellatur Hadriani*. Itaque supersunt anni V. C. Varr. DCXCII, et DCXCIII, quibus ab exeunte octobri hujus Vrbis cardo statui queat. Ex hactenus vero

probatis patet insuper Hadrianum Gazam venisse anno adulto V. C. DCCCXXCII, ibique mansisse partem anni insequentis DCCCXXCIII, ac per quinquennium eam Epocham ab Vrbe Gaza signatam, pro ut hactenus ex nummis constat.

Caput Antonini Pii, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΒC An. CCII Hercules stans clavae innititur, s. leonis exuvias gestat. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

.... ΑΝΤΩΝΕΙΝ.... Caput Antonini Pii laureatum.

ΓΑΖΑ ΓC. An. CCIII. Caput velat., et turrit. Ær. 1.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Nummus Antonini Pii, omissa epigr. etc.

Epocha ΔC. An. CCIV. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 319.

ΑΙΛ ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΝΤΩΝ... Caput Antonini Pii laureat.

ΓΑΖΑ ΖC An. CCVII. Caput turrit., et velatum. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙ..... ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟC. Caput laureat. cum paludamento ad pectus.

ΓΑΖΑ ΗC An. CCVIII. Caput muliebre turritum, et velatum cum Vrbis signo in area. Ær. 1.

Sestinius Lett. T. VI ex Museo Knoblesdorf. Arigon. T. I. Tab. III n. 42.

Caput Antonini Pii laureatum.

ΓΑΖΑ ΗC An. CCVIII. Hercules stans. Ær. 2.

Arig. T. I. Tab. III. fig. 43.

Caput Antonini Pii.

ΓΑΖΑ ΘC An. CCIX......

Noris ex Indice Thesauri Mauroceni.

Caput Antonini Pii om. epigr.

ΓΑΖΑ ΑΙC An. CCXI. Mulier turrita stans, d. pateram. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Alius, sed Hercules clavae innixus. Ær. 3.

Vaill.

...... ANTΩNINOC Caput laureatum.

ΓAZA BIC Hercules clavae innititur, laeva spolia leonis gestat. Ær. 3.

Ex Mus. Cusinerian.

Nummus Antonini Pii, caeteris omnibus omissis.

Epocha ΔIC An. CCXIV. Ær. 1.

Pell. M. II, p. 319.

... ANTΩNINOC.... Caput Antonini Pii laureatum.

ΓAZA ςIC An. CCXVI Caput turritum, et velatum, ante quod Gazae signum.

Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill. de Num. Graec.

Caput Antonini Pii, om. epigr.

ΓAZA ςIC An. CCXVI. Fortuna cum attributis.

Vaill. de Num. Graec.

..... CEBA..... Caput Antonini Pii laureatum.

ΓAZA ZIC An. CCXVII. Caput muliebre velat., et turritum. Ær. 1.

Catal. Theup.

Caput Antonini Pii, om. epigr.

ΓAZA HIC An. CCXVIII Caput velatum, et turritum. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus M. Aurelii, caeteris omissis.

Epocha CK An. CCXX. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 319.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓAZA AKC An. CCXXI. Caput Herculis infra clava. Ær. 3.

Vaill. qui in serie numm. hunc describit cum notis ΔKC, in fine vero, ut supra; sed annus iste cum imperio M. Aurelii conciliatur, nummi vero cum notis CK, et AKC signati dicendi sunt M. Aurelio adhuc

. Caesare, atque quo ad secundum intererat, ut capitis epigraphe describeretur.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΔΚC. An. CCXXIV Mulier stolata stans, d. hastam, s. cornucopiae, ad pedes taurus. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Patin. p. 246.

Caput M. Aurelii laureatum.

ΓΑΖ ΔΚC An. CCXXIV. Serapis cum attributis. Ær. 3.

Catal. Hennerician.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΖΚC. An. CCXXVII. Duae mulieres turritae dextras jungunt, quarum una gerit cornucopiae. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

ΦΑVCΤЄΙΝΑ ΛΟVΚΙΛΛΑ CЄΒΑCΤ Capita Faustinae jun., et Lucillae Augg. se respicientia.

ΓΑΖΑ ΗΚC An. CCXXVIII Apollo, et Diana stantes cum attributis in templo distylo. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. in Faustina jun.

Capita M. Aurelii, et L. Veri adversa, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΘΚC An. CCXXIX Mulier stolata stans, d. hastam, s. cornucopiae, pro pedibus taurus. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

..ΟVΗΡΟC ΚΑΙC... Caput L. Veri laureatum.

ΓΑΖΑ ΘΚC An. CCXXIX Mulier tutulata stans, d. hastam, s. cornucopiae, ad pedes taurus. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXIII. n. 184.

L. Verus apoplexia correptus subito extinctus est in eodem vehiculo Romam revertens cum M. Aurelio, mense januario an. V. C. Varr. CMXXIII, ut in lib. n. de Vulg. Ær. Emend. demonstratum est, et alibi. Nummus itaque biennio ante ejus mortem signatus.

ΑΝ ΛΟVΚΙΑ.... ΦΑVCΤЄΙΝΑ Capita adversa Lucillae, et Faustinae jun.

ΓΑΖΑ ΘΚC An. CCXXIX In area Diana venatrix stans telum e pharetra depromens, s. arcum, pone cervus, vel canis. Ær. 2.

Mus. Odesc. dein. Vatic. Noris de Epoch. Syrom.

Caput M. Aurelii, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΑC An. CCXXX Mars nudus galeatus stans, d. pateram super aram, s. hastam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΚΟΜΟΔΟC ΚΑΙCΑΡ Caput Commodi nudum.

ΓΑΖΑ ϛΑC An. CCXXXVI In area figura juvenilis nuda stans, d. pateram super aram accensam, s. baculum, vel hastam. Ær. 3.

Mus. Odesc. postea Vatic.

ΑVΤ Κ ΛΟV ΑVΡΗΛΙΟC ΚΟΜΜΟΔΟC Caput juvenile Commodi laureatum.

ΓΑΖΑ ΘΑC An. CCXXXIX Duae figurae stantes, una cum chlamyde, et globo in s., altera nuda, intermedio Vrbis signo in templo distylo. Ær. 2.

Pell. S. suppl. 2. p. 103. cum iconismo.

ΑVΤΟ Κ ΛΟV ΑVΡΗ ΚΟΜΜ. Caput laureat. Commodi.

ΓΑΖ ЄΙ... ΜϹ An. CCXL Duae figurae stantes dextras jungunt, intermedio Vrbis signo. Ær. 2.

Haym. T. II. p. 296. Tab. XXXVI. n. 6.

ΚΟΜΜΟΔΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput Commodi sine laurea.

ΓΑΖΑ ... Ω.. ΑΜC An. CCXLI. Vir galeatus nudus stans ante aram, d. pateram, s. hastam. In area Gazae symbolum. Ær. 3.

Schedae Sestin. ex Mus. Cusin.

ΑV Κ Α...... ΜΟΔ.. Caput Commodi laureat.

ЄΙѠ ΓΑΖΑ In imo ЄΜC Anno CCXLV. Io, et Genius Vrbis dextras jungunt, signo Vrbis intermedio. Ær. 3.

Alius similis cum iisdem notis ЄΜC. Ær. 3.

Meus uterque. Vide Musei n. Tab. XXXVIII n. 45. In iconismo tamen demenda lineola in nota Μ, et in ante-

riori parte emendanda lectio, ut supra, ut ex detersis rudis admodum fabricae nummis apparuit.

Caput Commodi, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΕΙΩ ΗΜC An. CCXLVIII. Duae mulieres dextras jungunt, quarum altera tutulata, laeva cornucopiae gerit. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Septimii Severi.

ΓΑ ... ΗΝC An. CCLVIII Templum distylum, in quo Dea Astarte, et alia figura stantes. Ær. 1.

Arig. T. II Tab. XIX. n. 243.

Caput Caracallae, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΕΙΩ ΗΝC An. CCLVIII Diana, et Apollo cum attributis stantes in templo distylo. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Anno exeunte V. C. CMXLIX Antoninus Caracalla a patre Caesarea dignitate ornatus fuit. Constituto itaque cardine in octobri expirante A. V. C. DCXCII optime procedit computatio, ex qua patet Gazaeos, primo quoque tempore tum patri Severo, tum filio Caracallae de Caesarea dignitate debita gratulationis officia praestitisse.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Caput juvenile Caracallae laureatum.

ΓΑΖΑ ΘΝC An. CCLIX Diana, et Marna in templo distylo. Ær. 2.

Noris de Epoch.

Caput Caracallae, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΘΝC An. CCLIX Duae mulieres stantes dextras jungunt, quarum altera cum tutulo, et cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Sept. Severi.

Epocha ΞC An. CCLX, Eckhel. D. N. ex Mus. Caes.

..... HPOC CCB. Caput Sept. Severi laureatum.

ΓΑΖΑ ΑΖC An. CCLXI Mulier stolata stans, d. hastam, s. cornucopiae, ad pedes taurus. In area ϡ. Ær. 1.

Pell. S. I. Parte II p. 52 Tab. II n. 11.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Caput Juliae Domnae.

ЄΙω ΓΑΖΑ ΑΞC An. CCLXI Duae mulieres dextras jungunt. Ær. 3.

Pell. M. II p. 132.

ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ CЄΒ Caput Plautillae August.

ΓΑΖΑ ΔΖC An. CCLXIV Apollo, et Diana stantes in templo distylo, intermedio Vrbis signo. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Haud recte describitur hujus nummi epocha apud Tristanum, Gesnerum, et Patinum, quod et de aliis apud illos saepe contingit. Recte vero apud Vaillantium, et Norisium. Nota enim Z posita ad annum LX designandum, ut factum etiam in Sept. Severo, et Julia Domna in ejus nummo infra. Annus itaque in hoc Plautillae notatur CCLXIV, de quo modo agendum. Ex duabus autem Exercitationibus, quas praemisimus in fine Part. II Imperial. latissima jam patet via ad Gazensis epochae cardinem inveniendum, eumque tuto definiendum. Nam in prima Exercit. praesidio nummorum commatis latini cum notis tribunic. potest. tam Sept. Severi, quam Caracallae, adjectisque symbolis eorum e Syria reditus in Vrbem, tum etiam ex Dione synchrono, oculatoque teste, quique rebus singulis, quae tum evenerunt, ut Senator interfuit, demonstratum est: nuptias Plautillae cum Caracalla, ac decennalia festa celebrata fuisse an. V. C. Varr. CMLV, designato mox Consule Plautiano Plautillae patre in ann. seq., qui fuit V. C. CMLVI. Plautianum vero non integro post anno a Caracalla, exortis inter utrumque inimicitiis, in conspectu patris interfectum, moxque Plautillam in exilium relegatam fuisse. In secunda vero palam factum est: notas chronologicas, quibus M. Diaconus

in actis vitae B. Porphyrii a se diligenter, et juxta rerum ordinem, quo evenerant conscriptis, universum Episcopatus, et vitae ejusdem B. Porphyrii tempus in fine complexus fuerat, quales ad nos ex unico tantum apographo latino pervenerunt, vitio minime carere. Merito videnda, quae ibidem allata sunt, quaeque narrat M. Diaconus de anno primo Episcopatus B. Porphyrii, ejusque statim post suam consecrationem adventu in Vrbem Gazam, quo anno cum diu non pluisset, incassum idololatris suum Marnam implorantibus, B. vero Porphyrius cum suo Clero, et Populo lacrymis, jeuniis, atque effusis precibus divinam clementiam exorasset, optatam pluviam obtinuisse, atque *Theophaniorum* diem cum gaudio, et gratiarum actionibus transegisse; atque ob id plures Idololatras ad fidem esse conversos; sed cum perversi multi adhuc inter eos non cessarent insidiari B. Porphyrio, et reliquis christianis, statuisse eundem B. Episcopum Byzantium mittere ipsum M. Diaconum pro obtinendo decreto, ut destruerentur Idolorum templa. Qua suscepta mox legatione, ipse M. Diaconus narrare prosequitur, se navigationi dedisse, ac viginti dierum spatio feliciter pervenisse Constantinopolim cum literis B. Porphyrii ad B. Joannem Constantinopolitanum Episcopum datis; illum autem Eutropii Cubicularii opera, qui tunc erat assiduus apud Imp. Arcadium, intra *septem dies* obtinuisse optatum decretum, insumptisque mox non plus, quam aliis *tredecim diebus*, Gazam rediisse, ac B. Porphyrium exilarasse etc.

Haec iterum hoc loco commemoranda duxi, quoniam ex hac tam accurata M. Diaconi narratione solvitur plane controversia, de qua modo quaeritur. Nam Eutropius Cubicularius, qui adjutor fuerat pro obtinendo decreto, Consul processit Kal. Jan. A. V. C. Varr. MCLII, Christi D. CCCXCIX, eodem adhuc januario labente ob ejus maleficia detecta, primo relegatus, mox revocatus securi percussus

interiit. B. autem Jo. Chrysostomus in Episcopum Constantinopol. consecratus fuit die XXVI februarii A. V. C. MCLI, Christi CCCXCVIII, atque de utroque chronologiae capite nulla est controversia. Legatio itaque M. Diaconi incidit in an. V. C. MCLI, Christi CCCXCVIII, antequam mense Januario insequentis anni, Eutropius Consul procederet, et post diem XXVI februarii anni s. s. MCLI, quo die B. Chrysostomi consecratio facta fuerat. Jam vero cum eodem anno, quo a M. Diacono suscepta legatio, Theophaniorum die, sive VI januarii B. Porphyrius cum Clero, et populo in gaudio gratias Deo egisset de pluvia, quam iteratis precibus obtinuerat; Idololatrae vero anno utique praecedenti in ingressu Episcopatus B. Porphyrii frustra a suis Idolis imploraverant: hinc luce clarius patet, ac corollarii loco infertur, B. Porphyrii ordinationem in Episcopum Gazenzem jungendam esse cum anno V. C. Varr. MCL, Christi CCCXCVII. Caesario, et Attico Cos, et quidem mense martio, ut notat idem M. Diaconus postremo Operis sui capite.

Ex his porro sese manifestat vitium insanabile, quo laborant notae chronologicae, de quibus sermo est, quaeque causam attulerunt, cur praestantissimi Viri de earum interpretatione non idem senserint cum Norisio, ut Cl. Mazzochius, qui notas a M. Diacono positas interpretatur, nec immerito, de annis exactis XXIII cum mensibus XI, non de XXIV cum totidem mensibus, ut Norisius computabat; de ordinatione vero B. Porphyrii alii, alios annos anteponendos opinati sint, de quibus omnibus fuse actum est in cit. Exercitatione. Quare demum concludere fas est notas, de quibus agitur, quoniam nulla ratione consentiunt cum actis vitae B. Porphyrii a M. Diacono juxta seriem temporum, quibus res a se gestae initio Episcopatus B. Episcopi evenerant, et ab eodem diligenter descriptae sunt, in quas etiam errores irrepere nequeunt, qui passim in notis occur-

rere solent, pro vitiatis, corruptisque, quales in unico apographo latino modo leguntur, habendas esse, ineptasque propterea, ob varias etiam earundem interpretationes, ut aliquid ex iis certi, et explorati definiri queat de Epochae Gazensis exordio.

Quibus praemissis ad calculos veniamus ex notis ΔZC, quas offert praeclarus Plautillae nummus. Si notas, quae annum designant Gazensis epochae CCLXIV, iteraveris a die XXVIII octobris, a quo initium sumebat Neomenia anni civilis Gazensium, anni vero V. C. Varr. DCXCIII, cui illigandam epocham statuerat Norisius, coepisset annus ille a. d. XXVIII octobris A. V. C. CMLVI, interfecto jam Plautiano ante aliquem mensem, *intra annum* nempe a judicio Racii Constantis in Senatu habito circa ineuntem autumnum anni praecedentis V. C. CMLV, ut in cit. prima Exercitatione probatum est, quo etiam anno, et Plautillae nuptias, et decennalia festa peracta fuisse ibidem demonstravimus; ideoque eo tempore, quo statuendum foret emissum fuisse nummum ex die XXVIII octobris anni s. s. V. C. CMLVI, perspectus jam esse debuerat Plautiani interitus, moxque relegatio Plautillae cum fratre in Liparam Insulam, quo sane tempore nulli amplius nummi in Plautillae honorem editi intelligendi sunt. Plautillae exilium statim ab interfecto patre memorat optimus testis Dio, qui praesens aderat, quod etiam quisque sibi facile suaserit ob inexpiabile odium, quo in illam ferebatur Antoninus Caracalla, ut eam quoque exulantem, et nullius criminis consciam deinceps interfecerit.

Si vero annum ΔZC, idest CCLXIV duxeris ab exeunte octobri an. V. C. Varr. DCXCII, quod unicum aliud superest extremum, cui assignari possit hujus epochae exordium, ut Norisius ipse consentit, nosque jam ex nummo Trajani, aliisque sub hac eadem Vrbe probavimus, coeperit oportet annus iste ex a. d. XXVIII octobris A. V. C. CMLV, finem habuerit die XXVII octobris insequentis anni V. C. CMLVI.

Ex quo clare infertur annum hunc tempus universum complecti, quo non modo festa decennalia post Severi reditum, nuptiaeque Plautillae celebratae fuerant, et Racii Constantis judicium, et causa peracta a PP. in Senatu, Severo praesente, nec non Dione uno ex Senatoribus suffragium ferentibus; verum etiam, quo detectis a Geta Consule in limine mortis suae nefariis Plautiani gestis, eadem in ejus, simulque filiae perniciem versa fuerant. Quae profecto ex nota Consulatus Getae ad annum V. C. CMLVI referenda non dubium. Itaque rebus ita se habentibus non amplius ambigendum, quod epochae Gazensis cardo cum die XXVIII octobris A. V. C. DCXCII Silano, et Murena Consulibus consociari debeat.

Post hujusmodi calculos, et ratiocinia, quae nulli exceptioni proposita esse possunt, addam hic duo argumenta ad rem hanc suadendam aptissima. Primum ex eo ducitur quod Orientales Vrbes Imperio Romano subjectae nihil antiquius haberent, quam ut sua gratulationis, et obsequii officia praestarent erga Romanos Principes, cum gravis aliqua, et illustris causa sese offerret. Nulla major, et ad Graecarum Vrbium honorificentiam, et ad gratitudinem suam etiam demonstrandam aptior esse poterat occasio, quam ea, in qua versamur. Sept. Severus paulo ante, quam reverteretur in Vrbem, peragratis Orientalibus provinciis, et Vrbibus, easdem maximis beneficiis affecerat, sibique devinxerat. Eodem vix reverso Decennalia festa magnificentissime celebravit, et Plautillam in conjugium Antonino filio suae peregrinationis socio tradiderat, ob easque nuptias festa, certamina omnis generis splendidissime edenda curaverat. Plautianus vero Plautillae pater comes, et ipse Sept. Severi in suis Orientis itineribus maximis divitiis, et honoribus ab eo auctus fuerat, a quo summo in pretio habebatur, ac propterea evaserat omnium hominum potentissimus, quamobrem etiam Vrbes Orientis universae cum

vehementer timebant, simul tamen honore prosequebantur. Hisce porro ita se habentibus, quis quaeso negare poterit nummos Plautillae, qui tanta copia non integro anno ejus conjugii a praedictis Vrbibus editi fuerant, primo quoque tempore ex accepto nuptiarum nuncio emissos fuisse? Idem porro statuendum de Gaza Syriae Palaestinae, quam paulo ante adierat, inviseratque Severus. Si Gazae epocham duxeris ab An. V. C. DCXCII recte se habet res, quae nec admitti, nec intelligi potest, si eam differas in annum sequentem V. C. DCXCIII, ut jam vidimus.

Sed secundi argumenti loco hic denique addamus exemplum Vrbis Tripolitarum, qui et ipsi Plautillae nuptias sua pecunia celebrarunt, adjectis Ærae suae annis ΔΙΦ, DXIV. Quoniam de hujus epochae cardine nulla est quaestio, quod coeperit ab autumno A. V. C. CDXLII, hinc sequitur notas ΔΙΦ coepisse autumno A. V. C. CMLV, finem habuisse revertente autumno an. insequentis V. C. CMLVI, sicque complecti universum tempus, quo nuptiae Plautillae, celebratae, acta Decennalia festa, et caetera omnia usque ad Plautiani interitum; iisque notis palam fieri nummum a Tripolitis emissum primo quoque tempore in gratulationis, et obsequii testificationem. Idem sequitur de Epocha Gazensi, si ea ducatur ab octobri expirante A. V. C. DCXCII, tempus vero omne gratulationis praestandae, edendique nummi praeteriisset, si in sequentem conjiciatur. Quid luculentius hoc exemplo? Extat etiam apud Vaill. praeclarus nummus Mopsuestiae Ciliciae cum imagine Caracallae ex una parte, ex altera vero cum ea Plautillae, et notis chronologic. ЄΤ ΑΞC An. CCLXI. Iste utique prae caeteris nummus emissus dicendus est occasione nuptiarum, Antonini Caracallae cum Plautilla, et ad easdem propterea honorandas. Haec porro digito veluti ostendunt notas ΑΞC ducendas ab autumno A. V. C. DCXCV, iisque complecti annum V. C. CMLV ab autumno in sequentem V. C. CMLVI. Si

differas computationem in autumnum hujus anni CMLVI, vix, ac ne vix quidem eae notae ad Plautillae nuptias spectare poterunt. Vide de his sub eadem Vrbe Mopso.

........MNA Caput Juliae Domnae.

ЄΙϢ... ΓΑΖΑ. In imo ϛZC An. CCLXVI. Binae mulieres dextras jungunt, Io, et Genius Vrbis cum cornucopiae, Inter utramque figuram in area signum Vrbis. Ær. 3.

Meus, qui male in iconismo descriptus fuit sub Faustina jun. de quo vide in Mus. n. descriptione. Apud Pellerin. Suppl. I. Parte II Tab. II n. 11 delineatus exhibetur nummus Gazae Septimii Severi cum nota intermedia, sive secunda Z, quae annum LX exprimit. Vide illum paulo ante, item alterum Plautillae ex Norisio cum eadem nota Z.

ΙΟVΛ ΔΟΜΝΗ Caput muliebre.

ЄΙϢ ΑΖΑ ΖΞC Duae figurae stolatae stantes, dextras jungunt. Ær. 2.

Pocockius in Append. Num. Ægyptiorum ex suo Museo, et Thesauris Brittanicis pag. 98, qui perperam hunc, aliumque similem inter Ægyptios recensuit, quique procul dubio de Gaza supplendi, atque in hoc praeterea agnoscenda epocha, sive annus ΖΞC, CCLXVII.

AVT K Λ CЄΠ CЄOVHPOC Caput Sept. Severi laureat.

ΓΑΖΑ ΗΞC An. CCLXVIII. Mulier tutulata stans, d. hastam puram, s. cornucopiae, ad pedes cervus. In area Gazae signum. Ær. 2.

Haym. T. II p. 310. Tab. XXXVIII n. 11.

Quadriennium circiter ante obitum Sept. Severi cusus hic nummus.

Caput Elagabali.

ΓΑΖΑ ΕΠC An. CCXXC Serapis stans cum attributis.

Catal. Hennerician. p. 606.

Post Hadrianum notae adjiciuntur sine lit. Ε, vel ЄΤΟΥC, quae praemittatur. Hinc suspicari quis potest expressum

in nummo fuisse annum CCXXCV. Verum hoc posito perperam in suprascripto Catalogo capitis imago Elagabalo adscribitur, quae ad Alexandrum Sever. necessario spectare debet.

Caput Elagabali, om. epigr.

ΓΑΖΑ ΠC An. CCXXC Elagabalus pectore tenus, ab aquila alis expansis vehitur. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΚΟΡΝ ΠΑΥΛΑ Caput Juliae Paulae.

ΓΑΖΑ ΠC An. CCXXC Figura habitu brevi ante arborem manum extendit ad taurum. Ær. 3.

Pell M. II p. 177.

Elagabalus postquam Nicomediae hiemaverat, Romam primum se contulit labente vere an. V. C. Varr. CMLXXII, deinceps vero Jul. Paulam sibi conjugio copulavit. Vide lib. II. pag. 239. Ex his sequitur hujus epochae cardinem anteriorem esse non posse exeunte octobri an. V. C. Varr. DCXCII. Nam si notas ΠC iteraveris ab anno praecedenti DCXCI in exitu fuissent octobri expirante an. V. C. Varr. CMLXXI, cum adhuc Elagabalus in Oriente versaretur, ac nondum de nuptiis cum Paula ineundis cogitare potuisset. Tertius igitur est hic nummus, quo primum hujus epochae extremum comprobatur, alii duo sunt Trajani, et Hadriani praeter superiorem Plautillae, quos consule suo loco. Quo ad alterum extremum res altius repetenda. Nummi Paulae Ægyptii exhibent notas LΓ, hique plures; pauciores vero LΔ. Annus tertius imperii Elagabali ex Ægyptiorum methodo coeperat ex Neomenia Thoth, sive ex die XXIX augusti an. V. C. Varr. CMLXXII; annus IV inierat die XXIX augusti insequentis anni CMLXXIII. Ex his ergo inferre oportet conjugium Paulae cum Elagabalo initum fuisse, vel non longe ante diem XXIX augusti an. V. C. Varr. CMLXXII, antequam ea de re nuntius Alexandrinis afferri potuisset, qui procul dubio re comperta ante Neomeniam

ipsorum anni civilis, in gratulationis argumentum nummos emittere non omisissent cum anno II, L B: vel certe dicendum nuptias illas celebratas fuisse paulo post eandem Neomeniam Thoth anni suprascripti V. C. CMLXXII. Plures enim extant nummi Corn. Paulae cum an. III, sive L Γ, ut meus, caeterique videndi apud Zoegam, vix aliqui vero cum an. IV, L Δ. Quod argumento est anni unius, et aliquot vix mensium intervallo matrimonium illud initum, diremptumque fuisse. Quod clarius patet ex nummis ipsis Ægyptiis Aquiliae Severae numero pluribus cum anno IV, L Δ. Nam qui sunt Aquiliae Severae cum anno V, L Є, referendi procul dubio ad iteratas nuptias Elagabali postremo tempore, cum Aquiliam repudiasset, locumque fecisset Anniae Faustinae sub L Δ, et Є, tum aliis, atque aliis sibi succedentibus, quarum nomina ignota sunt, antequam ad Aquiliam reverteretur, quemadmodum Dio synchronus Auctor expressis verbis refert lib. LXXIX., et cum eo consentiunt veteres alii Scriptores. Ex his itaque patet Paulam repudiatam fuisse mensem vix aliquem post Neomeniam Thoth, sive diem XXIX augusti an. V. C. Varr. CMLXXIII. Quapropter notae ΠC, quae in exitu fuerunt expirante octobri an. V. C. CMLXXIII ex praecedenti autumno ostendunt epocham hanc nec posteriorem esse posse anno V. C. DCXCIII. Quod erat alterum. Sed jam de cardine in A. V. C. DCXCII constituendo in Plautilla diximus.

GERMANICOPOLIS PAPHLAGONIAE

Extat de hac Vrbe erudita Dissert. Cl. Belleji T. XXX. Mem. qui eam, non Isauriae, ut Vaill. visum fuerat, sed Paphlagoniae adscribendam statuit. Ad eam autem opinionem delatus est Vir Cl., quod in aliquibus nummis Vrbis nomini addatur vox ΠΑ, vel ΠΑΦ. Quanquam autem ex his rem ultra teli jactum ponere, ut ajunt, minime fas

sit, praesertim quod in nummo Arigonii praecedat altera vox APX, quae de aliquo magistratu indicium praebet, tamen Belleji interpretatio minime respuenda, atque alteri certe anteponenda ob chronol. notas, quae in sequentibus nummis occurrunt. Ad epocham vero quod spectat, quam in nummis tantum Sept. Severi, ejusque uxoris Jul. Domnae hactenus novimus signatam fuisse, si vera est lectio nummorum, quos indicat idem Bellejus cum notis chronol. C an. CC, cum certo constet de aliis nummis Sept. Severi cum epocha ЄT CIЄ an. CCXV ejus limites definiuntur autumno an. V. C. Varr. DCCXLVI, et DCCXLIX. Vide quae in nummorum descriptione adnotantur. Ac propterea nonnisi conjectura, cum Bellejo hujus epochae initia duci possunt ab autumno A. V. C. Varr. DCCXLVII.

Nummus Sept. Severi.

Epocha C an. CC.

Nummi duo Jul. Domnae.

Epocha C an. CC.

Bell. cit. Dissert. sed non indicat a quo Auctore, vel Museo haec deprompserit, qui fontes mihi hactenus incomperti. Vaillantius quidem quatuor describit in Sept. Severo, binos in Jul. Domna, sed in uno tantum notae sic exhibentur ЄT.... C, ex quo min. aliam notam subintelligendam esse vides, reliqui omnes notis penitus carent, ac latine tantum in uno Severi addit Vaill. an. CCXV, omissis, ut arbitror, notis graecis errore typographi. Positis autem hujusmodi notis, cum Sept. Severus ante Kal. Jul. A. V. C. Varr. CMXLVI Augustus a Senatu appellatus fuerit, et paulo ante ab exercitibus Illyric., et Pannon. Imperator acclamatus, sequitur sane epochae initia retrahi jure posse in autumn. anni V. C. Varr. DCCXLVI, tantum enim superest temporis, ut antequam exiret an. C nummi hujusmodi in gratulationis argumentum Severo dicari potuerint.

AV KA CЄΠΤΙ CЄVHPOC Π Caput Sept. Severi laureatum.
ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙC ЄCTIA ΘЄΩΝ ЄΤ CΑΙ An. CCXIV. Victoria in quadrigis, dex. palmae ramum. Ær. 1.
Echkel. Num. Vet. p. 170.

Caput Sept. Severi.
ΑΡΧ ΠΑΦ ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙC ЄCTIA ΘЄΩΝ. In area ЄΤ CΔΙ An. CCXIV. Hercules stans cum exuviis leonis, et clava. Ær. 2.
Arigon. Tab. VII. Tom. I. n. 97.

Quod esset Domus Deorum, ut se inscribit, merito etiam Sacerdotalis Civitas vocabatur, quemadmodum, et a Virgilio Æn. II appellatur Ilium: o *Patria* o *Divum Domus Ilium!*

ΙΟVΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CЄΒΑCTH. Caput Jul. Domnae.
ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛЄΩC. Є..... In area ЄΤ CΔΙ an. CC-XIV In imo ΧΑΝΘΟC. Ær. 1.
Eckh. Num. Vet. p. 171, et Tab. XI. n. 5.

AV KAI Λ CЄ.. CЄOVHPOC Caput Septimii Severi laureatum cum paludamento ad humeros.
ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛЄΩC ЄΤ In area vero Є Ι C an. CCXV. Juppiter cum modio stans, d. elata ante aram, s. hastam, vel sceptrum. Ær. 1.
Pell. P. III. p. 225. Tab. CXXXII. n 1.

Α ΚΑΙ Λ CЄΠ CЄOVHPOC Caput Sept. Severi laureatum.
ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛЄΩC ЄΤ CЄΙ in area an. CCXV Juppiter Serapis cum modio stans ad aram, d. elata, sin. sceptrum. Ær. 2.
Froel. Mus. Vind. T. I. p. 116. Eckh. Catal. ejusd. Mus.

Caput Sept. Severi, et epigraphe, ut in superioribus.
ΓЄΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛЄΩC ЄΤ CΙЄ an. CCXV. Templum tetrastylum. Ær. 1.
Pell. M. II p. 118.

Prid. Non. Febr. an. V. C. Varr. CMLXIV Eboraci in Britannia moritur Sept. Severus. Si epochae initium ducas

ab autumno an. V. C. Varr. DCCXLIX, annus CIƐ exeat oportet ineunte autumno anni CMLXIV emortualis Severi. Recte itaque se habet alter extremus limes a nobis constitutus;

DACIA PROVINCIA

Quemadmodum Viminacium in Moesia superiori a Gordiano Pio Colonia constituta in beneficii memoriam epocham instituit, ita et Dacia Provincia a Philippo libertate donata, ab eo tempore annos in nummis suis signare coepit, qui tamen ultra decimum non progrediuntur. Singulis autem annis magnam ipsorum numismatum copiam emisit ad Gallienum usque. Sed tanta in iisdem, qui hactenus editi sunt notarum occurrit confusio, immo, et contradictio, ut nullo adjumento esse possint ad chronologiam illorum temporum, vel confirmandam, vel illustrandam. Sufficiat exemplum numismatum Valeriani, et Gallieni cum anno VI, tum vero Æmiliani cum annis VII, et VIII. Tale est hujusmodi erratum, ac temporum inversio, ut nulla ratione sanari queat. Constat enim, ut alibi probavimus, Æmilianum post trimestre legitimi imperii spatium ab exercitu suo interfectum fuisse, ab eoque tempore initium habuisse illud Valeriani cum Gallieno. Qui ergo fieri potest, ut cum in horum nummis habeatur annus VI, in iis Æmiliani, qui eos antecesserat, locum habere possit annus VII, immo etiam VIII? Attamen hujusmodi nummi a probatae fidei auctoribus referuntur. Idem autem dicendum de Hostiliani nummo cum anno VII; ille enim tantum abest, ut Valeriano imperanti superstes extiterit, ut etiam extinctus sit ante Galli, et Volusiani interitum, qui legitimum Æmiliani imperium praecesserunt. Praeterea si Æmiliano imperante labebatur Daciae Provinciae annus VIII, quoniam ejus brevissimi imperii finis, et Va-

leriani initia removeri nequeunt ab An V. C. Varr. MVI, idque ex innumeris monumentis, iisque omni exceptione majoribus, sequeretur hujus epochae annum primum saltem cum An. V. C. Varr. CMXCIX jungendum esse. Quo posito nec annus III in Trajano Decio, nec an. V in Gallo et Volusiano, nec denique VI in Valeriano., et Gallieno locum habere possent, qui tamen in eorum nummis hactenus editis conspiciuntur. Accedit quod nullo certo tempore statui possit ejus epochae exordium. Nam si a Kal. januariis anni V. C. Varr. millesimi illud repetendum velis, ea quidem, quae ad Philippi, tum Decii, itemque Galli, et Volusiani imperandi tempus, eorumque exitum, et successionem pertinent, rite computari, compararique poterunt; verum tunc sequeretur ex Valeriani nummo Caesareo cum an. VI, ejusdem initia imperii cum anno V. C. Varr. MV consocianda esse, quod a veritate prorsus alienum. Si epochae exordium differas in autumnum ejusdem anni millenarii, sanabitur quidem labes ista de Valeriani initiis, sed an. III in nummo utriusque Philippi, et Otaciliae vix locum habere poterit; nam in hac hypothesi coepisset autumno anni V. C. Varr. MII, cum jam Philippus in campis Veronensibus a Decio superatus fuisset, et una cum filio extinctus circa septembrem. Quae res, nisi obstaret, hujusmodi cardo caeteris omnibus anteponendus mihi videretur. Tantae nummorum inconstantiae in signandis Imperatorum annis, ut manum medicam afferret eruditissimus Mazzolenus de hujus tam brevis epochae exordio multiplicando cogitavit. Sed id cum per se incredibile est, tum minus prospere eum fecisse jam probavit Cl. Eckhel. de Doct. Num. T. II. pag. 12. Igitur cum haec ita se habeant nummos singulos, qui ex probatis fontibus hactenus innotescunt, hic subjicere minime praetermittam, quin tamen aliquid de iis definiendum mihi sumam. Quaedam tantummodo adnotanda curabo, quibus sphalmata, quae

non improspere sanari posse videbuntur, vel ea confirmabunt, quae hactenus praemissa sunt.

An. I

IMP M IVL PHILIPPVS AVG. Caput Philippi sen. laureatum.

PROVINCIA DACIA AN I Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ensem patrium, s. vexillum, in quo inscriptum D F. Ær. 1.

Alius similis, sed capite Philippi radiato. Ær. 2.

Alius, sed Ær. 3.

Eckh. Catal. Vindob. Catal. Theup. Schedae Sestinii ex Mus. Ainsel. Arigon. apud quem tamen in vexillo mendose inscriptum D P pro D F.

In alio apud eundem mulier sedens inter aquilam, et leonem, pone vexillum erectum. Ær. 1.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi laureatum. In aliis caput radiatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. I Mulier pileo, et habitu patrio stans utraque manu signum militare, in d. inscriptum V, in s. XIII. In aliis mulier, d. gerit gladium Dacicum, et prope stat vexillum erectum cum eadem nota, ut supra V. Pro pedibus hinc aquila, inde leo. Ærei omnes 1. 2. 3.

Vaill. de Col. Catal. Vind. Catal. Theup. mei.

MARCIA OTACILIA SEVERA AVG Caput Otaciliae Aug.

PROVICIA (sic) DACIA AN. I Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ensem Dacicum, s. vexillum, in quo D F. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind. Vaill.

Alii parum absimiles, sed Ær. 2., et 3.

Vaill. de Col.

M IVL PHILIPPVS CAES Caput Philippi jun. sine laur.

PROVINCIA DACIA In imo AN. I Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ensem Dacicum, s. vexil-

lum, in quo DF. In aliis mulier stans cum duobus vexillis, in quibus inscriptum V, et XIII. Ærei 1. 2., et 3.

Catal. Vindob. Vaill. de Col., aliique, mei etiam.

An. II

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi sen. laureatum. In aliis caput radiatum.

PROVINCIA DACIA. In imo AN II. Typus uterque mulieris stantis inter aquilam, et leonem cum uno, vel duobus vexillis, in quorum labaro inscriptum, ut supra. Ærei 1. 2., et 3.

Catal. Vindob. Catal. Theup., Vaill. de Col. Arigon.

MARCIA OTACILIA SEVERA AVG Caput Otaciliae Aug.

PROVINCIA DACIA AN. II Typus uterque, ut supra. Ærei omnis mod.

Vaill. de Col. Catal. Vind., et Theup.

M IVL PHILIPPVS CAESAR Caput Philippi jun. sine laurea. In aliis Caput laureatum.

PROVINCIA DACIA AN. II Typus uterque mulieris stantis, ut in superioribus. Ær. 1.

Eckh. Catal. Vindob. Vaill. de Col. Catal. Theup.

Alius, sed mulier sedens inter aquilam, et leonem, et duo vexilla. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind.

An. III

M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi sen. laureat.

PROVINCIA DACIA In imo AN. III. Mulier stans cum gladio Dacico in d. inter aquilam, et leonem, et duplex vexillum, ut in superiorib. cum notis V, et XIII. Ær. 1.

Catal. Vind., et Vaill. de Colon. Arigon.

Alius, sed mulier cum uno vexillo, in quo D F. Ær. 1.

Idem Vaill.

MARCIA OTACILIA SEVERA Caput Otaciliae Severae Aug.

PROVINCIA DACIA AN. III Typi non absimiles a superioribus. Ærei 1. 2., et 3.

Vaill. de Col.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi jun. laureatum.

PROVINCIA DACIA AN. III Typus uterque, ut in superioribus. Ærei 1. 2., et 3.

Vaill. de Col. Catal. Vind. Catal. Theup.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG Caput Trajani Decii laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. III Mulier stans inter aquilam, et leonem, et duplex vexillum cum notis V, et XIII. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind.

Si epochae cardo constitueretur in autumno anni V. C. millenarii, AN. III P. Daciae coepisset autumno anni V. C. Varr. MII. Hinc plures extare deberent nummi Decii cum notis an. III, vix aliquis Philippi cum eisdem notis, quod tamen contra accidit.

An. IV

IMP TRAIANVS DECIOS (sic) AVG Caput Trajani Decii laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. IIII Mulier stans inter aquilam, et leonem, et duplex vexillum cum notis V, et XIII. Ær. 1., et 2.

Eckhel. Catal. Vind. Vaill. de Col. Catal. Theup.

HER ETRV . . . . . LA AVG Caput Etruscillae Aug.

PROVINCIA DACIA AN. IV Mulier stans inter aquilam, et leonem. Ær. 1.

Arigon. T. I. Tab. XI Colon. n. 174.

Q HER ETR MES DEC CAES Caput Q. Herennii Caes. sine laurea.

PROVINCIA DACIA In imo AN. IV Mulier stans inter aquilam, et leonem, et cum duplici vexillo cum notis V, et XIII. Ær. 2.

Vaill. de Col.

C VAL HOSTILIAN AVG Caput Hostiliani.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VII Mulier stans habitu patrio utraque manu vexillum cum notis in labaro V, et XIII media inter aquilam, et leonem. Ær. 2.

Vaill. de Col. Band.

Si legendus in nummo an. VII mendum proculdubio in eo admittendum; neque enim Hostilianus Valeriano imperanti superstes extitit, ut jam initio diximus. Si conjecturae locus, merito suspicari licet in nummo Vaillautii, qui et Bandurii, binas primas unitates scriptas fuisse, ut U latinum consonans, sive An. V referre viderentur. In aliis quid simile me vidisse memini. Annus autem IIII optime cum Hostiliano conciliatur. Itaque in nummo fortasse legendum AN. IIII.

An. V

IMP TRAIANVS DECIVS AVG Caput Trajani Decii laur.

PROVINCIA DACIA In imo AN. V Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. sceptrum. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind. Arigon. apud quem in uno gladius pro ramo.

Alius, sed mulier, d. gladium, s. labarum inter aquilam, et leonem. Ær. 2.

Vaill. de Col.

HER ETRVSCILLA AVG Caput Etruscillae Aug.

PROVINCIA DACIA AN. V Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. sceptrum. Ær. 1.

Froel. IV Tent. Eckhel. Catal. Vind.

Q HER ETR MES DEC CAES Caput Q. Herennii sine laurea.

PROVINCIA DACIA In imo AN. V Mulier stans inter leonem, et aquilam, et duplex vexillum cum notis V, et XIII. Ær. 2.

Vaill. de Col.

C VAL HOST M QVINTVS C. Caput Hostiliani sine laurea.

PROVINCIA DACIA In imo AN. V Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. sceptrum. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind.

Alius parum absimilis. Ær. 1.

Idem Catal.

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG Caput Treboniani Galli laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. V Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. sceptrum. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind. Arigon.

Alius, sed C VIB TREB GALLO, caetera, ut supra. Ær. 1.

Idem Catal. Vind.

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG Caput Volusiani laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. V Mulier stans inter aquilam, et leonem, cum ramo in dex., et sceptro in sin. Ær. 1.

Alius, sed mulier cum duplici vexillo, et not. V. XIII. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind. Arigon.

Constituto epochae cardine in autumno ineunte anni V. C. millenarii recte conciliaretur an. V cum supremo Decii imperandi tempore, atque exordio imperii Galli, et Volusiani. Ille enim periit cum filio Etrusco ad exitum properante an. V. C. Varr. MIV, atque in idem tempus constituenda initia imperii Galli, et Volusiani. Annus autem V provinciae Daciae ex praemissis caepisset ineunte au-

tumno ejusdem anni MIV. Vide lib. II. pag. 297, et seqq. Insuper Hostilianus patri superstes, et honoribus etiam Romae auctus, brevi tamen post, vel Galli fraudibus, vel morbo absumptus interiit labente anno V. C. Varr. MV. Vide ibid. pag. 303. Recte igitur cum supremo quoque vivendi tempore Hostiliani compararetur nota V, quae in exitu futura erat ineunte autumno ejusdem anni MV.

An. VI

IMP C VIB TREB GALLVS AVG Caput Treboniani Galli laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VI Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. scipionem, in cujus apice caput asininum. Ær. 3.

Vaill. de Col. ex Patino p. 397, apud quem tamen annus incertus. Bandur. eundem citat ex Vaill.

IMP CAE VOLVSIANVS AVG Caput Volusiani laureatum cum paludamento.

PROVINCIA DACIA AN. III Mulier stans inter aquilam, et leonem, cum ramo in s., et d. extensa. Ær. 2.

Bandur. sed mendum in notis cubat, et numer. U, idest V eo modo inscriptus, pro duabus II, forte acceptus. Contrarium vide in Hostiliano sub an. IV.

IMP LICI VALERIANVS AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

PROVINCIA DACIA AN. VI Mulier stans, utraque manu signum militare gestat, ubi inscriptum V, et XIII, statque inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Alius duplex, sed Ær. 2.

Froel. Appendicula I.

IMP GALLIENVS PIVS AVG Caput Gallieni laureatum cum paludamento ad humeros.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VI Mulier stans inter aquilam, et leonem utraque manu vexillum gestans. Ær. 2.

Band. ex Mus. Regio.

Galli, et Volusiani interitus non ultra veris initium protrahi potest an. V. C. Varr. MVI. Æmilianus enim, qui labente aestate anni praecedentis ab exercitu Moesiaco Imperatoris, et Augusti insignia acceperat, tum hoc anno superatis Gallo, et Volusiano, iisque interfectis, legitimum assecutus fuerat imperium, vix elapso trimestri spatio a suis legionibus interficitur, ne bellum rursus civile suscipere cogerentur adversus Valerianum in alpinis partibus recens ab exercitu suo in Imperatorem, et Augustum electum. Atque haec fuse, demonstrata invenies in lib. n. pag. 300, et seqq. Annum itaque VI ex autumno anni millenarii optime consociari posse intelligimus cum supremo Galli, et Volusiani, primoque Valeriani, et Gallieni tempore. Coepisset enim ineunte autumno an. V. C. Varr. MV finem habiturus sequenti.

An. VII

IMP GALLIENVS PIVS AVG Caput Gallieni laureatum cum paludamento ad humeros.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VII Mulier stans inter aquilam, et leonem cum duobus vexillis, in quibus notae V, et XIII. Ær. 2.

Bandur. Vaill.

IMP CAES AEMILIANVS P F AVG Caput Æmiliani laureatum.

PRO. . . . . ACIA In imo AN. VII Mulier sedens inter aquilam, et leonem, et duo signa militaria. Ær. 1.

Arigon. T. I. Tab. XII n. 170.

IMP C M AEMILIVS AEMILIANVS AVG Caput Æmiliani laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VII Mulier stans, d. scipionem, s. hastam, hinc aquila, inde leo. Ær. 2.

Vaill. de Col., et ex eo Bandur.

Alius, sed mulier cum gladio Dacico: caetera, ut supra. Ær. 2.

Band. ex Mus. Regio. Patin. p. 404.

An. VIII

IMP C M AEMIL AEMILIANVS AVG Caput Æmiliani laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo AN. VIII Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. ramum, s. sceptrum. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vind. Arigon.

Alius, sed mulier cum duplici vexillo, et not. V, XIII. Ær. 1.

Idem Catal. Vind.

Æmiliani imperium definitur ab aestate labente an. V. C. Varr. MV, quando ab exercitu Moesiaco Imp., et Augustus eligitur, in aestatem ineuntem an. V. C. MVI, quando legionum suarum conspiratione, ne novo intestino bello civili implicarentur, misere interficitur. Quid ergo statuendum de annis VII, et VIII, qui in ipsius nummis exhibentur? Mendum procul dubio agnoscere oportet, facta etiam quacunque hypothesi de hujus epochae cardine. Neque enim, ut principio animadvertimus, anteponenda auspicia imperii Valeriani iis, Æmiliani, ac propterea posito An. VI in nummis Valeriani, et Gallieni, locum habere nequeunt in iis Æmiliani annus VII, et VIII. Cl. Eckhelius T. II p. 12. sphalmata, quae in nummis Pr. Daciae occurrunt ex eo profecta fuisse existimat, quod artifices monetarii non semel ad veteres nummorum formas, sive matrices in scriniis repositas ob novarum defectum, earumque inter barbaras eas gentes habendarum difficultatem confugerint, easque adhibuerint. Quae quidem conjectura optima est quo ad eos nummos, in quibus annus notatur anterior ejus Imperatoris principatu, cum quo conjungitur. Sed hic sermo est de nummis Æmiliani, in quibus anni

ejus imperio posteriores notantur. Ac venia quidem danda Vaillantio, Taninio, aliisque, qui dum hujusmodi nodum solvere conati sunt, a veritate plurimum aberrarunt, nec sibi ipsis constare potuerunt. Difficile est enim in hujusmodi tricis chronologicis versandis normam ita dirigere, ut a recto nihil deflectas. Quod vero Æmiliani imperium illud Valeriani praecesserit, habes ex nummis Aegaeensium, in iis enim Æmiliani exhibentur notae ΘqC, in iis Valeriani not. ЄT T; habes etiam in nummis Col. Viminacii, in quibus legitur an. XIII in Treboniano Gallo, in Volusiano, et Æmiliano; an. XIV in Trebon. Gallo, Volusiano, Æmiliano, tum etiam in Valeriano, et Gallieno. Sed de his plura addere necesse non est. Facilius multo, ac rectius etiam disponuntur nummi Colon. Viminacii, de quibus vide suo loco.

IMP P LICI VALERIANVS AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

PROVINCIA DACIA AN. VIII Mulier stans inter aquilam, et leonem cum duplici vexillo, in quibus notae V, et XIII. Ær. 1.

Eckhel. Catal. Vindob.

An. IX

IMP VALERIANVS P F AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

PROVINCIA DACIA In imo ANNO VIIII Mulier stans inter aquilam, et leonem, d. vexillum, s. ensem patrium. Ær. 1.

Froelich. IV Tent. Eckh. Catal. Vind. Catal. Theup.

An. X

IMP GALLIENVS PIV (sic) AVG Caput Gallieni laureat.

PROVINCIA DACIA AN X Mulier stans utraque manu vexillum cum not. V, et XIII, ad pedes hinc aquila, inde leo. Ær. 1.

DAMASCVS SYRIAE

De ejus origine, antiquitate, et laudibus videndi prae caeteris Pellerin. Vaillant., et Norisius. Æram Seleucidarum adhibuit, sed ea ab ineunte vere an. V. C. Varr. CDXLIII ducenda potius, quam ab autumno praecedentis, eo quod ipsius annus civilis verno tempore inchoaretur. Vide quae probata sunt in lib. de Vulg. Ærae Emend. Nec obstant nummi singuli mox afferendi.

Caput Augusti sine laurea, et sine epigraphe.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ In area ΠΤΙ Sic epocha inverso ordine inscripta, quae Σ signat An. CCXXCIII. Mulier turrita rupibus insidens, d. extensa, s. cornucopiae; ante pedes fluvii natantis effigies. Ær. 3.

Meus, et quidem duplex, sed unus integerr. Sestin. ex Mus. Cusin. Vide Mus. nostri Tab. XIII. n. 8.

Ex computo nostro hujusmodi notae annum indicant V. C. Varr. DCCXXVI ab ineunte vere anni praecedentis, quo Aug. ex Asia redux. Jano clauso, tres egit nobilissimos triumphos.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Augusti laureatum.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ L ΕΚΤ An. CCCXXV. Caput turritum. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Sestin. ex Mus. Ains.

Exierat annus iste ex calculis nostris vere ineunte an. V. C. Varr. DCCLXVIII, coeperat autem vere praecedentis anni DCCLXVII. Complectitur igitur ex parte dimidia annum Augusti emortualem, et cum eo propterea optime conciliantur hujusmodi notae.

ΤΙΒΕΡ Caput Tiberii laureatum.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ L ЄΑΤ An. CCCXXXV Caduceus alatus. Ær. 3.

Pell. Let. II, sive T. IX p. 157 Tab. II. fig. 2.

Alius, sed omissis omnibus, una dempta epocha ЄΑΤ. Ær. 2.

Idem Mel. II p. 319.

Caput Tiberii sine laurea, et sine epigraphe.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ЄΜΤ An. CCCXLV. Victoria insidens rupibus, d. coronam, s. palmae ramum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Sestin. ex Mus. Ains.

ΚΑΙC ΤΙ..... Caput nudum.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ЄΜΤ Caduceus. Ær. 3.

Sestin. ex Mus. Ains.

ΤΙΒЄΡΙΟΥ CЄΒΑCΤ Caput Tiberii laureatum cum signo incuso, in quo parvum aliud caput laureatum.

ΔΑΜΑCΚ... L ЄΜ.. Supple L ЄΜΤ Mulier turrita rupibus insidens, d. extensa, s. cornucopiae. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 10.

Annus iste vigesimus ab eo, qui in postremo Augusti nummo signatus legitur, coeperat vere ineunte A. V. C. DCCXXCVII, triennio fere ante Tiberii obitum.

Caput Neronis laureatum.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ L ΔΟΤ Anno CCCLXXIV. Mulier insidens etc. Ær. 2.

Morellius.

Caput Neronis laureatum sine epigraphe, ante quod lituus.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΕΟ... Supple ΕΟΤ An. CCCLXXV. Mulier turrita scopulo insidens, d. sceptrum, vel bacillum, ut in illo Catal. Vind., s. cornucopiae. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 15.

Caput Neronis om. epigr.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΖΟΤ An. CCCLXXVII Mulier rupi insidens, d. extensa, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Neronis laureatum, ante quod lituus, epigr. vitiata.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΖΟΤ Typus, ut supra. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vind.

Exiit annus iste menses circiter XV, antequam Nero sibi mortem conscisceret.

Nummus Domitiani, caeteris omn. omissis.

Epocha ΖΠΤ An. CCCXXCVII. Ær. 2.

Pell. M. II. p. 319.

Caput Hadriani, om. epigr.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΘΑΥ An. CDXXXIX Mulier rupibus insidens, d. piscem, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Hadriani, om. epigr.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ ΑΜΥ An CDXLI Caput velatum, et turritum, pone quod lituus. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Cl. Eckhelius de Doctr. Num. refert ex Arigonio nummum cum notis ΥΜΓ, tanquam Antonino Pio dicatum, quem idem Auctor merito Hadriano restituendum monet. In Arigonii tamen libris, mihi quidem, hujusmodi nummum invenire minime datum. Verum sive ab Arigonio, sive ab alio quocunque Auctore descriptus fuerit nummus ab Eckhelio, suprascripta emendatio omnino admittenda.

Binos Diospolis Palaestinae edidit Vaill., in quibus epocham sibi videre visus fuerat, atque in eundem secum errorem pertraxerat Norisium. Iis enim a Bellejo inspectis nummis in Mus. Reg., notas invenit in area ita distinctas Є. Θ. Є. Ι. ut etiam in aliis similibus Pelleriniani Cimelii, ad annos scilicet imperii Sept. Severi designandos inscriptas. In hoc itaque Catalogo locum habere nequit Diospolis. Quod idem statuendum de Eleutheropoli non longe dissita. Vid. Bell. Mem. T. XXVI.

DIVM IN COELESYRIA

Haec Vrbs, de qua praeclara habet Bellejus Mem. T. XXVIII, et nos quoque egimus in lib. de Vulg. Ærae Emend., una ex iis extitit, quae Judaeis adempta pristinae libertati a Pompejo restituta fuit. In ejus honorem Æra instituta eandem inchoasse probatur non ultra vernum tempus A. V. C. Varr. DCXCI, quo anno a Pompejo media aestate Hierosolyma capta fuit, ac tum instaurari coeptae fuerunt Vrbes Judaeis ademptae, a quibus etiam in epocha instituenda, illam in caput anni sui civilis contulisse merito censendum est, ut saepe alias animadvertimus. Vide nummum Getae cum notis ϹΟϹ. De anteriori vero extremo nihil certi ex nummis inferre licet. Ex actis tamen Pompeji non injuria conjicere fas est eandem epocham nec anteriorem habendam autumno A. V. C. Varr. DCXC.

ΠΟΥ ϹЄΠ ΓЄΤΑϹ Κ Caput Getae sine laurea cum paludamento ad humeros.

ΔЄΙΗΝΩΝ ΗΞϹ An. CCLXVIII Diana Polymaste cum modio in capite, d. hastam, in cujus apice corvus, s. victoriolam sustinet, ad pedes utrimque bos jacens. Ær. 2.

Haym. T. I. p. 271. Tab. XXVII. n. 4.

Caput, et epigraphe Getae Caesaris, ut in superiori.

ΔЄΙΗΝΩΝ ϹΟ An. CCLXX. Diana cum attributis, ut in praecedenti. Ær. 2.

Haym. ibidem.

..... ΑΝΤΩΝЄΙ .... Caput radiatum Caracallae.

ΔЄΙΗΝΩΝ ЄΟϹ An. CCLXXV Venus nuda sedens, d. elata, in imo fluvius emergens. Ær. 3.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel. tum in lib. D. N. V.

Π ϹЄΠ ΓЄΤΑϹ Caput Getae nudum.

ΔΕΙΗΝΩΝ ΕΟϹ An. CCLXXV. Diana tutulata cum hasta, in cujus vertice corvus, et victoriola in s, et ad pedes utrimque bos. Ær. 2.

Pell. M. II p. 161, et ex eo Bellejus Mem. T. XXVIII. Exeunte februario an. V. C. Varr. CMLXV Geta imperii consors cum fratre Caracalla, ab eo in sinu matris occiditur. Hinc sequitur nummum signari potuisse vere ineunte anni ipsorum Ærae CCLXXV, nondum perspecta Diensibus fraterna caede patrata. Ex capite nudo ipsius Getae nihil inferri potest quo ad primum extremum. Vt autem initio dictum est, cum Pompejus Vrbes Judaeis ereptas liberas esse jusserit post captam Hierosolymam media aestate A. V. DCXCI; unum illud concludi potest epocham Dienses in caput anni sui civilis contulisse, qui fuerit vernum tempus ejusdem anni, vel autumnus praecedentis DCXC.

DEMETRIAS AD LIBANVM MONTEM

ϹΕΒΑϹΤΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΥ (lit. vit.) ΕΤΟΥϹ Ρ An. C Caput Tiberii laureatum.

ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ Caput muliebre velatum, et turritum. Ær. 2.

Sestinius Epist. T. VI p. 80. ex Mus. Knoblesdorf.

Non est omittendus hujusmodi nummus quamvis unicus cum epocha, quae confirmat Vrbem hanc ab aliquo Syriae Rege Demetrio conditam fuisse, et ad eas Regiones pertinere, quamvis nulla de ea apud veteres Geographos mentio fiat. Apud Anville in Descriptione Asiae min. Vrbs Demetrias in monte Libano sita ponitur inter Arcam, et Raphaneam, cujus opinio hoc nummo comprobari posse videtur. Pompejanam in notis epocham agnoscere oportet, quae ab an. V. C. DCXC ducatur, quoniam ex eo cardine postremum imperii Tiberii annum complectuntur.

DORA PHOENICIAE

Non uno modo effertur hujus Vrbis maritimae nomen, ut in ejus nummis autonomis videri potest apud Pell. P. II p. 216 Tab. XXCI, tum apud Eckhelium D. N. V. Ipsius epocha Pompejana est, de qua plura jam attulimus in lib. de Vulg. Ær. Emend. p. 237, ubi etiam statuimus ejusdem initia cum caeteris Vrbibus, quas Pompejus a Judaeorum tyrannide vindicaverat ab autumno potius an. V. C. Varr. DCXC ducenda esse, quin obstet Hadriani nummus, de quo infra suo loco. Vt vero, quemadmodum de Vrbe Diensi fecimus paulo ante, hujus quoque epocham ex sola nummorum fide inveniamus, patet ejus fines ita circumscribendos, ut nec anterior esse queat autumno an. V. C. Varr. DCXC, nec posterior autumno insequentis anni, simul autem includat vernum tempus ejusdem anni V. C. DCXCI, quemadmodum nec illud respuunt Diensium nummi, ob interfectum Getam exeunte februario, antequam nuntius ejus acerbissimi casus, ab Vrbe in extremos imperii fines propagari potuisse intelligendus sit. Haec autem probantur ex nummo nostro Trajani cum notis ΡΟΘ, et altero Hadriani cum not. ΠΡ, de quibus vide inferius.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ΔΩΡ ΙΕΡ ΑϹΥΑ ΑΥΤΟ ΝΑΥΑΡ < (sic) ΡΟΕ An. CLXXV Caput Jovis laureatum, ante quod in area acrostolium. Ær. 2.

Noris de epoch. Seguin. Sestin. ex Mus. Ainsel.

Trajanus longe antequam ederetur hujusmodi nummus, devictis Dacis, titulum Dacici sibi promeruerat.

ΝΕΡ ΤΡΑΙ ϹΕ ΓΕ Δ Caput Trajani laureatum.

ΔΩΡΑ ΙΕΡΑ ΡΟΕ An. CLXXV Triremis. Ær. 3.

Pioveni Mus. Farnes. Vol. X Tab. XVIII. Noris de Epoch.

Syromaced., Catal. Theup., Hard.

.....PAIANOC C..... Caput Trajani laureatum.

ΔΩ PA In area lin. orizontali inscripta, intermedio capite muliebri turrito, et velato: omnia intra coronam ex apio. In imo capitis velati POΘ an. CLXXIX. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVIII. n. 108.

Trajanus diem suum clausit a. d. III id. Aug. Selinunte in Cilicia anno V. C. Varr. DCCCLXX. Itaque si notas chronol. POΘ computaveris ab autumno an. V. C. Varr. DCXCI, eaedem annum Trajani emortualem complectantur oportet. Ex quo sequitur epocham posteriorem esse non posse autumno anni suprascripti V. C. Varr. DCXCI. Celerrime enim ejus obitus propagari debuit in proximas illas Orientales provincias, apud quas decesserat, et antequam iniret Dorensium annus ΠP, quem mox in nummo Hadriani signatum videbimus.

AVTO TPA AΔPIANΩ CEB Caput Hadriani laureatum.

ΔΩP IEP ACYA AVT NAVAP ΠP An. CXXC Caput Jovis laureatum. Ær. 2.

Noris de Epoch. Syrom. Dissert. IV.

Si notas ΠP computaveris ab autumno an. V. C. Varr. DCXC, adhuc menses aliqui supersunt a Trajani obitu, quo tempore Dorenses accepto nuntio de Hadriani electione eidem moneta sua gratulari potuerint. Hinc patet epocham anteriorem esse non posse autumno anni suprascripti V. C. Varr. DCXC. Hactenus tamen ex nummis, ut initio diximus, in incerto manet, utrum epocha hujusmodi ducenda sit ab autumno anni suprascripti DCXC, an a verno tempore insequentis V. C. DCXCI. Nam si notas ΠP iteraveris a verno tempore hujus anni DCXCI, finem habuisse deprehendes revertente vere an. V. C. DCCCLXXI, easque propterea complecti tum diem emortualem Trajani, tum initia imperii Hadriani, atque in hac hypothesi aeque intelligimus capta

a Pompejo Hierosolyma media aestate an. V. C. Varr. DCXCI, ut ex consulatu M. Tullii Ciceronis a Josepho in certum indicem temporis, quo clades illa evenerat memorato liquet, Doreuses autem autonomia a victore Pompejo donatos in nova instituenda epocha eam proleptice retrahere potuisse in vernum tempus ejusdem anni V. C. DCXCI.

.... ΑΔΡΙΑΝ... Caput Hadriani laureat.

ΔΩΡ ΙΕΡ ΑΣΥΛ ΑΥΤ.... ΡΠΓ An. CLXXXIII. Caput Jovis diadematum. Ær. 3.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel.

DORON CILICIAE

Quae de Col. Olba, de ejus origine, de Gigantum bello, in quo Hercules Doriensium Regis socius fuit, afferuntur a Froelich. in lib. IV Tent. p. 202 praeclara sunt, sed utrum huic Vrbi, de qua agimus convenire possint in obscuro manet. Cl. Eckhelius de Doctr. Num. conjecturam proponit ex Plinio de Vrbe Doro, quae in Holmensium agro sita esset, qui consulendus. Ejus epocha, quae duobus hactenus numismat. nititur, in incerto pariter versatur.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput M. Aurelii sine laurea.

ΟΑ ΔΩΡΕΩΝ In area ΒΟΣ An. CCLXXII Hercules nudus stans clava interfecturus monstrum superiori corporis parte hominem referens, inferiori in geminam draconis caudam desinens. Ær. 2.

Froelich. IV Tent. Eckh. Catal. Vind.

Caput M. Aurel. om. epigr.

ΔΩΡΕΩΝ ΟΑ In area ΒΟΣ Venus nuda, et Sirene. Ær. 2.

Gesn. Tab. 112. n. 37 ex P. Granelli p. 203. 44.

IRENOPOLIS CILICIAE

Vrbs erat Ciliciae mediterranea ad Sarum fluvium. Ejus epochae exordium constituitur a Vaill. in autumno an. V. C. Varr. DCCCV, Claudio imperante; verum si pauci, qui supersunt nummi, cum vetustis historiae, et lapidum monumentis comparentur, illud protrahere oportet in annum proximum V. C. Varr. DCCVI, sed non ultra veris initium ejusdem anni. Vide quae adnotata sunt in nummis Caracallae, Gordiani Pii, et Valeriani. Duobus praeclaris nummis augetur haec series ex Mus. nostro.

Caput Domitiani laureatum.

ЄΙΡΗΝΟΠΟΛΙΤΩΝ ΒΜ An. XLII.

Eckhel. Doctr. N. V. ex Wilde Mus. Sestini Lettere Tom. VIII. pag. 89. ex Mus. Reg. Berol.

ΑΥΤΟΚΡΑΤ... ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Κ ΔΟΜΙΤΙΑ.... Capita Domitiani, et Domitiae se respicientia.

ЄΙΡΗΝΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ЄΤΟ ΓΜ An. XLIII Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. n. 20.

Supremum Domitiani imperandi tempus attingit nummus iste.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ...... Caput Trajani laureat.

ΙΡΟΝΟΠΟΛ.. ϹΤΟΥϹ ΜΖ An. XLVII Ara, et super eam serpens erectus assurgit. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. n. 28.

Omittitur in prima lit. diphthongus ЄΙ, et in tertia scribitur Ο pro Η, quod oscitanti monetario tribuendum. Complectitur nummus iste annum II, et III imperii Trajani.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput M. Aurelii laureat.

ЄΙΡΗΝΟΠΟΛΙΤΩΝ ΦΑΥϹΤЄΙΝΑ ϹЄΒ ΘΙΡ An. CXIX. Caput Faustinae jun. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Ains.

AV K M AVP ANTΩNЄINOC CЄB Caput M. Aurelii laureat.

Eadem epigraphe, et typus aversae partis, ut in superiori. Ær. 2.

Idem Sestin.

Alius cum Æsculapio, et Hygia, et notis pariter in aversa ΘIP.

Idem Sestin. Lettere T. VIII. p. 89.

Caput Caracallae, om. epigr.

ЄIPHNOΠOΛITΩN ЄTOYC ΔMP An. CXLIV Isis tutulata stans, d. pateram, laeva sistrum. Ær. 2.

Alius, sed Hygia serpentem pascens. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Severus Augustus a Senatu appellatus Kal. Jul. An. V. C. Varr. CMXLVI, sublatis Juliano, ac deinde Pescennio, atque obsessa Byzantio, quae Nigri partibus steterat, quaeque, ut inquit Dio Auctor synchronus Hist. Lib. LXXIV *toto trium annorum spatio obsidebatur*, ejusdem demum captae, deditaeque nuncium accepit, dum in Mesopotamia versaretur. Hinc donativo militibus dato, Romam revertitur, ac deinceps expeditione contra Albinum suscepta, dum in itinere esset circa Viminacium, Bassianum fil. natu majorem Caesarem dixit, et M. Aurel. Antoninum nominavit. Ex his, quae in Historia Dionis continentur illud profecto sequitur Severum Romam reverti non potuisse, nisi saltem incumbente aestate post exactum triennium obsidionis Byzantii, filium vero Bassianum exeunte demum anno V. C. Varr. CMXLIX. Caesarem ab eo declaratum, cum ab Vrbe Viminacio non longe abesset. Idque mirifice confirmatur insigni lapide apud Grut. p. CCC, in quo legitur M. Aurelium Antoninum supra numerum in Colleg. cooptatum fuisse Laterano, et Rufino Consulibus, qui indices sunt An. V. C. Varr. CML. Illud in more positum erat, ut Imperatorum filii statim ac Caesarea dignitate aucti essent, primo quoque tempore, in Collegia Sacerdotalia cooptarentur. Neque sane

si per tempus licuisset, anno praecedenti id fieri Romae praetermissum fuisset in M. Antonino Caracalla, ob immitem praesertim, et iracundum Severi animum, quemque summopere timebant proceres Romani. Hisce positis, si epochae initium sumas ab autumno A. V. C. DCCCV, an. ΔMP in nummo Caracallae inscriptus, exiisset antequam ille Caesar factus esset, multo vero magis antequam id Irenopolitis innotescere potuisset. Igitur illius initium protrahere oportet; at vero non ultra vernum tempus insequentis anni illud proferri posse ex Valeriani nummo probatur, de quo vide suo loco: ex altero vero Gordiani tantum infertur epocham hanc autumno ejusdem anni posteriorem esse non posse.

AVT KAI CЄV AΛЄΞANΔPOC Caput Alexandri Severi radiatum.

ЄIPHNOΠOΛI.... ЄOP An. CLXXV. Vir nudus stans, d. ramum, sin. cubito columnae innititur. Ær. 1.

Catal. Theup.

Cusus nummus circa sextum imperii Alexandri Severi annum.

Caput Gordiani Pii, om. epigr.

ЄIPHNOΠOΛITΩN ЄT BqP An. CXCII Æsculapius, et Hygia stantes. Ær. 1.

Vaill. de Numm. Graec.

Non ultra vernum tempus an. V. C. Varr. CMXCVII optimi hujus Principis interitus proferri potest, ut in lib. de Vulg. Ær. Emend. pag. 296 probatum est, tum in hoc libro saepe, ut suis locis videri potest. Si epocham duxeris ab ineunte autumno an. V. C. Varr. DCCCVI nummus iste editus dicendus erit sublato jam Philippi fraude Gordiano, sed nondum perspecta Irenopolitis ejus caede. Sed ex Valeriani nummo, quem videsis, insuper infertur verno tempori ejusdem anni unice aeram hanc illigandam esse. Quo

etiam clarius multo explicantur extrema tempora Gordiani Pii, atque initia ejus interfectoris Philippi.

AVT K Π AI OVAΛEPIANOC CE Caput radiatum Valeriani sen. cum signo incuso mulierem stantem cum patera exhibente.

ЄIPHNOΠOΛЄITΩN ЄTOYC CH An. CCVIII Hygia, et Æsculapius stantes cum attributis. Ær. I.

Sestinius ex Mus. Knoblesdorf. T. VI. Lett. p. 62. Vaill. Num. Graec.

Vt fuse probatum est in lib. n. pag. 246, tum in hoc lib. sub Vrbe Ægaea, et alibi, Valerianus Saporis Regis dolo captivus factus dicendus est ante autumnum anni V. C. Varr. MXIII. Si notas iteraveris ab autumno V. C. DCCCVI annus CCVIII iniisset revertente autumno anni V. C. Varr. MXIII, captivo jam ex aliquot mensibus Valeriano Imp. Quoniam ergo epochae hujus cardo ab A. V. C. Varr. DCCCVI dimoveri nequit ob Caracallae nummum, consequens erit eandem a vere hujus anni inchoandam esse. Cl. Eckhelii calamo excidit scribere Æram, de qua loquimur ex nummorum fide aliquot annis anticipari posse anno V. C. Varr. DCCCV, in quem eandem conjecerat Vaillantius. Quod falsum esse ex demonstratis patet.

AVT K Π AI OVAΛЄPIANOC CЄB. Caput Valeriani radiatum.

...... ΠOΛITωN. In area ϽH (sic) A. CCVIII Bacchus cum thyrso in curru a duabus pantheris vecto.

Begerus T. III p. 157.

Non de alia, quam de Vrbe Irenopoli interpretanda aversa pars, cujus typus superiora mirifice confirmat.

...... AIHNOC Caput Gallieni laureatum.

... HNOΠOΛITωN. In imo ΘC Anno CCIX Æsculapius, et Hygia stantes.

Begerus T. III. p. 157.

ELEVTHEROPOLIS PALAESTINAE

Haec Vrbs non longe a Diospoli sita iisdem se cum illa nominibus inscripsit: *Luc. Sept. Severa*, nec ullam pariter epocham instituit, sed ex aequo annum IX imperii Severi in nummis Jul. Domnae adjecit. Vid. Bellejus Mem. T. XXVI, et Pell. P. III p. 247. Itaque in hoc libro locum habere nequit.

EMISA SYRIAE

Vrbs vetusta non longe ab Arethusa, a Caracalla imperante in matris Juliae honorem, quod Emesae orta esset, Colonia deducta fuit. Seleucidarum epocham in nummis adhibuit, ut ex nummis mox afferendis constabit. Vtrum vero ab autumno A. V. C. Varr. CDXLII, an a proximo verno tempore incertum, ut in nummis Caracallae inferius adnotabimus.

AVT KAI AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.
ЄMICΩN KOΛΩNIAC In imo ЄKΦ An. DXXV. Mulier turrita sedens, et ad pedes fluvii natantis typus. Ær. 2., et 3.

Noris de Epoch. Diss. 2. Haud recte ab Hard., et Patino omittitur prima nota chronol. ex quo sequeretur nummum percussum Severo superstite; insuper Patini nummus p. 304. fig. 10, adjecta nota Є Emisae restituendus.

AVT KAI M AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.
ЄMICΩN KOΛΩNIAC ZKΦ An. DXXVII. Aquila globo insidens rostro coronam gerit. Ær. 3.

Noris de Epoch., Vaill. de Colon.

IOVΛIA ΔOMNA CЄB Caput Jul. Domnae.

ΕΜΙCΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC ΖΚΦ Templum pulcherrimum cum duplici ordine, et tribus statuis in utroque. Ær. 2.

Sestinius ex Mus. Knoblesdorf. Num. Ant. Syll. p. 16 Christof. Wreen. Lettere Tom. VI. pag. 77.

ΑVΤ ΚΑΙ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput laureatum Caracallae.

ЄΜΙCΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC In imo ΗΚΦ An. DXXVIII. Ingens lapis in conum assurgens arae impositus in medio templi sex columnarum. Ær. 1.

Alius, sed aquila globo insidens, rostro coronam gerit. Ær. 2.

Noris de Epoch., Vaill. de Colon., Arigon.

Non semel dictum est Caracallam in Mesopotamia non longe ab Vrbe Carrha Macrini dolo interfectum fuisse die natali suo a. d. VIII id. april. A. V. C. CMLXX. Si notas ΗΚΦ ducas ab ineunte vere A. V. C. Varr. CDXLIII, postremum coepisse deprehendes ineunte vere anni s. s. CMLXX, unum circiter mensem, antequam Caracalla interficeretur. Illud ergo initium cum ipsius nummis epocham ΗΚΦ referentibus optime conciliatur; incertum tamen adhuc manet, utrum a vere anni suprascripti, an ab antecedenti autumno ducendum.

ΙΟVΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Caput Jul. Domnae Aug.

ЄΜΙCΩΝ . . ΝΙΑC In imo ΗΚΦ An. DXXVIII Ædificium pulcherrimum. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 53.

Alii similes, sed Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Colon. Patin.

Binos Elagabali nummos profert Gesn. cum epocha ЄΞΦ ex Com. de Pfau Tab. 158, et ex Haym. Tab. 145. Sed epocha hujusmodi, ut patet, nullo modo cum imperio Elagabali componi potest. De Haymio vero res plane falsa. Itaque spuriis hisce rivulis minime fidendum, quod non semel monuisse juvat.

EPIPHANEA SYRIAE

Ad Orontem inter Larissam, et Arethusam sita, prius Hemath, deinde ab Antiocho Epiphane id nominis sortita est. De ea Noris Pell. Vaill., ac prae caeteris Bellejus Mem. T. XXVI. Ejus epocha Pompejana est, cujus cardo posterior esse nequit verno tempore An. V. C. Varr. DCXCI, an vero anterior dicenda sit, nec ne ex nummis nondum liquet. Vide inferius Mamaeae nummum.

Cl. Eckhelius Doctr. N. V. T. III. p. 312. binos affert hujus Vrbis autonomos cum notis ΓΞΡ, et ΕΞΡ, easque notas exemplo Apameae proximae Vrbis a Seleucidarum Æra ducendas merito animadvertit. In Mus. nostro servatur ejusdem Epiphaneae nummus alter cum not ΘΝΡ, quem vide Tab. VI n. 23. Sestinius etiam ex Mus. Knoblesdorf addit quartum cum notis ΗΟΡ videndum T. VI Let. Edit. Berolini pag. 77.

.... ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤ..... Caput Tiberii laureat.

ΕΠΙΦΑΝ...... Θϥ An. XCIX Mulier stans, d. navis gubernaculum. s. cornucopiae. Ær. 2.

Catal. Theup.

Decessit Tiberius a. d. XVII Kal. April. An. V. C. Varr. DCCXC; ex notis itaque Θϥ sequitur aeram hanc posteriorem esse non posse autumno An. V. C. Varr. DCXCI. Sed ex nummo Mamaeae anterior adhuc cardo constituendus.

AVT K Λ CЄΠ..... Caput Sept. Severi laureat.

Ι ΔΟΜΝΑΝ CЄΒ ЄΠΙΦΑΝЄΩΝ ΞC An. CCLX. Caput Jul. Domnae Aug. Ær. m.

Pell. M. II p. 119. Tab. XXVIII n. 9. Bell. Mem. T. XXVI.

Initium imperii Sept. Severi sumendum ab Id. Maji, vel a Kal. Juliis An. V. C. Varr. CMXLVI. Hinc sequitur Æram hanc posteriora initia habere debere An. V. C. Varr.

DCXXCV. Sed cum Pompejus victor Syriam ingressus sit circa tempus Consulatus M. Tullii Ciceronis, Epiphaneensium epocham, ut et caeterarum Syriae Vrbium in illud tempus plus minus conferri posse manifestum est.

ΙΟVΑ ΜΑΜΑΙΑΝ CЄΒΑCΤ. Caput Jul. Mamaeae.

CΠΙΦΑΝЄΩΝ ΗϘC An. CCXCVIII Pallas stans cum attributis. Ær. 2.

Bellejus ex Cim. P. de Vitry.

Mamaea cum filio a Maximino interficitur circa vernum tempus An. V. C. Varr. CMXXCVIII, ut pluribus monumentis docuimus in lib. n. pag. 293. Alii ejus interitum usque in autumnum ejusdem anni proferebant, sed repugnante in primis continuata serie chronologica annorum, quam de singulis Romanis Imperatoribus exhibent nummi Ægyptii, ut ibidem palam fecimus, tum non semel in hoc Libro. In nostra igitur sententia notae ΗϘC probant Ærae cardinem posteriorem esse non posse verno tempore An. V. C. Varr. DCXCI. Nam ab eo termino instituta computatione annus ΗϘC initium habuisset vere ineunte An. V. C. Varr. CMXXCVIII sub ipsum tempus, quo Alexandro Severo interfecto, nondum ejus interitus huic Vrbi innotuisset. In aliorum vero opinione exiisset annus suprascriptus circa autumnum, quo patrata dicenda esset hujusmodi caedes a Maximino, ut etiam locus esse potuisset cudendae alteri monetae Epiphaneensibus cum anno subsequenti eorum epochae, antequam de Alex. Sev. casu quicquam perspectum habuissent. Qua in hypothesi epochae exordium in autumnum etiam An. V. C. Varr. DCXCI usque proferri posset. Verum cum omnis modo controversia finem habeat de tempore, quo Elagabalus Alexandri Sev. decessor interfectus fuerit, de quo chronologiae capite, et ipse anceps haeseram in lib. n., propensior tamen in eam sententiam, quam nunc unice veram invenio, pateatque ipsius caedem ultra vernum tempus An. V. C. Varr. CMLXXV proferri haud pos-

se, idque ex Amasiae nummis, aliisque monumentis, de quibus in hoc passim libro, ex necessario nexu utriusque imperii illud etiam certo infertur, Alexandri casum ab eo tempore anni haud equidem removeri posse, quod a nobis fuit constitutum. Ideoque et illud sequi epocham, de qua agimus posteriora initia habere non posse verno tempore An. V. C. Varr. DCXCI.

AVTO. K. M. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii radiatum, ЄΠΙΦΑΝЄΩΝ ϛΤ An. CCCVI Duo pisces.

Bellejus ex P. Pauel.

Alius, sed Serapis sedens cum tricerbero ad pedes. Ær. 3. Noris de Epoch. ex Sponio.

Postremo imperii Gordiani tempore cusus nummus.

EPIPHANEA CILICIAE

Vna hujus nominis Vrbs in Syria posita, de qua paulo ante dictum est, altera Ciliciae, cujus epochae cardo definitur autumno An. V. C. Varr. DCCXXCV, et DCCXCI. Ab imperio autem Caligulae potius ducenda, quod ille Antiocho Commageno, anno eodem V. C. DCCXCI, aliquam partem Ciliciae restituerit.

AVTOK M ANTω ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani radiatum, ЄΠΙΦΑΝЄωΝ In imo ЄΤ ϛC An. CCVI Serapis cum modio in capite sedens, d. pateram, s. hastam, ad pedes cerberus. Ær. m.

Vaill. de Num. Graec. Noris de Epoch. Bell.

Moles nummi, artificium minus elegans, epocha denique a praecedenti diversa hunc Ciliciae adscribendum suadent. Si ab A. V. C. DCCXCI, computaveris notas ϛC, eas deprehendes annum complecti, qui fuit Gordiano Pio supremus V. C. CMXCVII.

ZELA PONTI

Apud hanc Vrbem Jul. Caesar Dictator Regem Pharnacem felicissime devicit a. d. IV Non. Aug. An. V. C. Varr. DCCVII, ut in lib. nostro p. 226 demonstravimus. Nullus tamen hactenus innotescit nummus hujus Vrbis cum epocha, cujus cardo ab ea victoria sit repetendus. Vaill. enim, et Froelich. post eum contra nummorum fidem in nummis Juliae Domnae, et Caracallae notas chronol. aliter, ac in autographis sese habeant, exhibuerunt. Quibus emendatis, ut oportet, sequitur epochae initium ab eo potius tempore sumendum, quo Polemon Rex Ponti Regnum suum Neroni concessit. De ea vide in Vrbe Neocaesarea, ubi demonstratum invenies, ejus Æram hisce finibus circumscribi, ut nec anterior esse possit solstitio aestivo, neque posterior ineunte autumno anni V. C. Varr. DCCCXVI. In Vrbe vero Trapezuntiorum adjectum est, quod idem de hac Vrbe Zela statuendum videtur: quoniam Vrbes istae ad idem Regnum Ponti Polemoniaci pertinebant, aeras quoque ab illis tum institutas Neocaesareae exemplo ab eodem anno, eodemque anni tempore initium sumpsisse.

Caput Juliae Domnae, om. epigr.

KOINON ZHAITΩN ЄT MP An. CXL Templum sex column. Ær. 1.

Alius, sed ЄT BMP An. CXLII Templum 4 columm., in quo Fortuna stans. Ær. 2.

Vaill. in serie Num. Graec. p. 95, qui tamen in fine perperam notas chronologicas uno centenario auxit.

AV KAI M AVPH ANTωNINOC CЄB Caput juvenile Caracallae laureatum.

ZHAITωN TOY ΠONT ЄT PMB An. CXLII Templum sex columnarum. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vind. qui merito reprehendit Froel., qui in IV Tent. Vaillantii exemplo primam notam P, quae in hoc nummo clarissime expressa cernitur in C commutaverit. Sestinius ex Mus. Ainsel.

Caput Caracallae, om. epigr.

ZHAITΩN TOY ΠONTOY BMC Emenda BMP An. CXLII Juppiter sedens, d. spicas, sin. hastam gerit. Ær. 2. Vaill.

In his nummis Caracalla capite laureato exhibetur, ut in superiori nummo Vindobonensi patet. Id argumento est nummos cusos fuisse cum ille jam a patre Augusti titulum consecutus fuerat, quod contigit biennio post Caesaream dignitatem, qua primum donatus fuerat sub exitum anni V. C. Varr. CMXLIX. Refellitur itaque Vaillantii opinio, primo ex notis perperam ab eo auctis, secundo ex laurea, qua ornatur caput Caracallae, ex quo sequitur initium epochae duci non posse ab An. V. C. DCCVII. Denique claudicat ipsius computatio etiam si standum esset ejus lectioni de notis BMC pro BMP. Nam exeunte anno V. C. Varr. CMXLIX, quo primum Caesar factus Caracalla, Zelitae, qui epocham suam ducerent ab autumno A. V. C. DCCVII numerare debuissent An. saltem CXLIII, non CXLII, ut in nummis legitur. Jam vero emendatis notis, ut par est, et computatione instituta ab A. V. C. Varr. DCCCXVI, notae BMP designabunt An. V. C. Varr. partim CMLVII, partim insequentem, sicque recte cum eo tempore consentiet laurea corona, et titulus Augusti, qui in nummo Vindobonensi adjicitur.

CЄΠTIMIOC ΓЄTAC KAICAP Caput Getae sine laurea.

ZHTITωN (corrige) ZHAITωN TOY ΠON ЄT PMB Sol capite radiato in quadrigis. Ær. 1.

Ex Sylloge Numism. Antiq. Londini, et ex ea Sestinius. Descript. N. V.

Confirmantur ex hoc nummo, quae de altero Caracallae allata sunt. Patet enim hujusmodi nummos cusos fuisse Geta jam ad Caesaream dignitatem evecto.

AV KAI M AVPH ANT.... Caput imberbe Caracallae laur.
ZH...... TOY ΠONT..... Infra ET ΓMR An. CXLVI Templum 4 columnarum, in quo ara ignita, cui imminet astrum. Ær 2.

Sestin. ex Mus. Knoblesdorf. Lett. T. VI. p. 36.

Ex Epochae cardine constituto pertinet nummus ad An. V. C. CMLXI, et insequentem.

HIEROCAESAREA IN COMANA PONTI

Hanc Vrbem Vaillantius inter XI, vel XII Asiae recenset, quas Tiberius anno imperii IV terremotu labefactatas sublevavit. Cl. Eckhelius praeeunte de Wise D. N. V. T. II p. 352, censet nummos mox afferendos non Hierocaesareae Lydiae, sed Comanensibus Ponti tribuendos esse, quae sane sententia anteponenda mihi videtur ob epocham praesertim, quae vix in Lydiae nummis occurrit, frequentior autem in iis Ponti. Quod vero ad epocham attinet nihil certi statui potest ex duobus tantum nummis cum iisdem notis BOP. Ex eo tamen Septimii Severi jure sequitur eandem posteriorem esse non posse An. V. C. Varr. DCCXCII. Nam ab eodem anno ductis notis BOP, in exitu fuissent anno V. C. CMLXIV, quo quidem e vivis excessit Sept. Sever. die IV Februarii. De duplici vero sententia, Eckhelii nempe, qui epocham hanc potius ab an. V. C. DCCXCI ducendam statuit, quando Caligula Polemoni Polemonis F. regnum paternum Ponti ex S C restituit, secunda autem Cl. de Wise, qui eam institutam censet pŏstquam Pythodoride mortua, Comana Regio ad Romanos pervenit, quod contigit A. V. C. Varr. DCCXXCVIII, unum dicam: utramque se sustinere posse. Nam in hac quoque secunda

notae BOP designant A. V. C. CMLX. De facie vero Caracallae modo imberbi, modo barbata etiam ante A. V. C. CMLXII, nihil certi statui potest, ut ex nummo ZHAITωN pag. retro, aliisque.

Caput Sept. Sev., om. epigr.

ΙЄΡΟΚΑΙCΑΡЄΩΝ ΚΟΜΑΝЄΩΝ ЄΤ ΒΟΡ An CLXXII. Templum octo columnarum, in quo Victoria stans supra cippum, d. coronam, s. palmam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

AV KAI M AVPH ANTωNINOC Caput laureatum, et barbatum Caracallae.

ΙЄΡΟΚΑΙ ΚΟΜΑΝЄω In imo ЄΤ. ΒΟΡ An. CLXXII Templum tetrastylum, in quo Victoria cum attributis cippo, sive columnae imposita. Ær. 1.

Pell. P. III p. 215 Tab. CXXIX. n. 16.

Si ex Vaillantii sententia epocham duxeris ab An. V. C. Varr. DCCLXXIX, editus fuisset hujusmodi nummus cum ageret Caracalla annum aetatis X, quo sane tempore imberbis, secus ac in nummo exhibetur, nec adhuc eidem AVTOKP titulus accesserat. Epocha igitur protrahenda, non ultra tamen annum V. C. Varr. DCCXCII ob Severi nummum cum eisdem notis, ut initio diximus.

CAESAREA GERMANICIA COMMAGENES

Vrbs in finibus Cilicum Syrorum, et Cappadocum sita, quaeque censebatur in Euphratensi Provincia Theodoreto teste lib. II cap. 25. Fuit Nestorii patria. Plerique ejus Vrbis nummi carent notis chronologicis, inter quos recensendi, qui sunt Pescennii magno numero, merito tamen inter adulterinas merces hodie rejecti. Vix duo a Cl. Norisio memorantur cum epocha, unus M. Aurelii, alter Commodi, de quorum tamen notis non injuria dubitari potest. Nam primus M. Aurelii, quem Norisius a Vaillantio, se ac-

cepisse scribit cum notis chronol. ΕΚΡ, a Vaillantio ipso in suo opere de Num. Graecis omittitur, atque hic alter describitur ejusdem M. Aurelii.

ΚΑΙСΑΡЄ ΓЄΡΜΑΝΙΚЄ ΚΟΜ ΚΘ, atque hunc etiam ipsum invenies in Catal. Theup. cum iisdem notis ΚΘ, et epigraphe in medio laureae. Alter Commodi cum media nota vitiata Θ..Ρ, quamque supplet Norisius ex primo lit. M. Sed hunc pariter ex Mus. Dronii aliter describit Vaillantius pag. 68, ubi legitur ΚΑΙС ΓЄΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ L Θ. Ex his itaque patet nihil hujusmodi nummos exhibere, in quo tuto consistere possis ad epocham hujus Vrbis certo admittendam. Praesertim vero quod a Norisii aetate nulli in lucem prodierint nummi, qui notas chronologicas referrent, cum multi ejusdem Vrbis inventi sint, et in Museis serventur, in quibus tamen epocha quaelibet desideratur.

De titulo Germanicae, vel Germaniciae suspicionem aliquam injicit nummus Arigonii, in cujus aversa parte sub Augusto Tab. I in medio coronae legitur duobus lineis ΓЄΡ-ΜΑΝΙΚЄΩΝ, ejus nempe tituli initia ab Augusti tempore esse repetenda. Sed si id non obstet, atque Arigonium deceptum velimus in assignanda imagine, quam omittit, Augusto, tunc optima erit Norisii conjectura, quod epocha instituta fuerit ab Antiocho Antiochi filio, postquam accepto a Caligula paterno regno Commagenes, Vrbem hanc ex praenominibus, titulisque Caji Caes. Germanici in beneficii memoriam Caesaream Germanicam appellaverit. Definiuntur autem ejus fines intra biennium, nempe V. C. DCCXC, vel insequentem DCCXCI. Nam post id temporis Cajus Caesar, Dione teste, regnum, quod Antiocho concesserat, iterum ei ademit. Merito denique cum Eckhelio mirari subit, quod typus nec infrequens in hac Vrbe occurrat navis veluti in portu existentis cum velis, et remigantibus, quasi esset non longe a mari dissita. Hinc de ea adhuc in con-

silium eundum puto. Ecce autem nummos, quibus Norisius sua ratiocinia instituerat, suspensus tamen de primo.

Caput M. Aurelii laureat. epigr. deleta.

ΚΑΙCΑΡ, et in alio ΚΑΙCΑΡΕ ΓΕΡΜΑΝΙΚ Ε Κ Θ In medio coronae. Ær. 2.

Catal. Theup. Noris de Epochis.

In his nummis vel ann. XXIX tantum designatur, ex quo M. Aurel. tribunic. pot. ab Antonino Pio acceperat; attigit autem XXXIV, vel epocha ab alio deinde supplenda.

Caput M. Aurelii laureat. epigr. detrita.

ΚΑΙCΑΡΕ ΓΕΡΜΑΝΙΚ ΕΚΡ An. CXXV. Ær. 3.

Noris Dissert. 2. de Epoch.

Ex epocha a Norisio constituta nummus M. Aurelio dicatus fuisse dicendus est primis imperii sui annis, ex quo Antoninus Pius vita functus fuerat, si tamen lit. Ε accipienda non sit pro ΕΤΟΥC.

AVT ΚΑΙ Μ..... ΚΟΜΟΔΟΝ C Caput laureat., et barbatum Commodi.

ΚΑΙC ΓЄΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ In imo Θ... Ρ Supple ΘΜΡ An. CXLIX. Mulier turrita rupi insidens, ad pedes fluvius natans utroque brachio extenso. Ær. 2.

Noris de Epoch. a quo supplentur notae chronol., ut supra.

Si ducenda hujusmodi epocha, ut initio diximus, ab An. V. C. Varr. DCCXC, vel sequenti, notae ΘΜΡ designare debent An. V. C. Varr. CMXXXIX, vel insequentem, sextum nempe, aut septimum imperii Commodi a patris sui M. Aurelii obitu.

CAESAREA AD LIBANVM PHOENICIAE

De ea egregie disseruerunt primo Haym. T. I. p. 255, tum Bellejus Mem. T. XXXII p. 685 Antea nominabatur Arca, testibus Lamprid., et Aurel. Vict. in Alexandro Seve-

ro, qui scribunt eundem natum in Syria, Vrbe, cui duplex Caesareae, et Arcae nomen erat, additque Lampridius illum propterea Alexandrum nominatum, quia in lucem editus fuerat in templo, quod Alexandro M. in ea Vrbe dicatum erat. Æram Seleucidarum tam in nummis graece loquentibus, quam in iis, quos edidit, postquam Colonia facta fuerat signasse exemplo Tripolitarum, et Orthosiae ejusdem Phoeniciae Vrbium ex nummis ipsis fit manifestum. Eadem tamen ex instituto nostro nummorum fide hisce terminis circumscribitur, ut nec anterior esse queat autumno anni V. C. Varr. CDXLII, neque posterior verno tempore insequentis anni V. C. Varr. CDXLIII. Vide in nummis Alexandri Severi. Quoniam vero ex Tripolitarum nummis probatur ejus Vrbis epocham Seleucidarum in autumno A. V. CDXLII constituendam esse, hinc sequitur hanc quoque Caesareae Libani eidem autumno potius illigandam esse.

..... ΚΑΙ CΕΒ ЄVC... Caput laureatum M. Aurelii cum paludamento ad humeros, et promissa barba.

ΚΑΙCΑΡЄΙΑC ΛΙΒΑΝΟΥ In area, hinc inde CϽИ Y Caput muliebre turritum. Ær. 2.

Haym. T. II p. 287. Tab. XXXV. n. 5.

Notas chronologicas interpretatur Haymius de anno CCCCLVI, sed notae in schemate ita exibentur, ut altera ex minoribus interpretanda videatur de anno sexagesimo, ut in aliis hujus Vrbis nummis, tertia, cujus figura incerta vel de nota Β, aut Ζ septimo numero, ut in similibus apud Pellerin. Mel. II pag. 80, quos vide infra suo loco descriptos. In sequenti pariter ejusdem Haymii, in quo exhibentur notae ΥΖΞ idem judicium ferendum puto duorum similium exemplo, quos ex Pell. memoravi. Est enim M. Aurelii facies satis barbata, ita ut annum eo jam trigesimum, et ultra agente nummi editi fuisse videantur, eodemque tempore, quo pariter Antonino patri dicati fuerint.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙ ϹЄΒ ЄΥϹЄΒ Caput laureatum M. Aurelii juvenis.

ΚΑΙϹΑΡΙΑϹ ΛΙΒΑΝΟΥ In area hinc inde ΗΝΥ An. CCCCLVIII Caput muliebre turritum. Ær. 2.

Haym. T. I p. 255. Tab. XXV. n. 3.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤѠ....... Caput Antonini Pii laureatum.

ΚΑΙϹΑΡЄѠΝ ΤѠΝ ЄΝ ΤѠ ΛΙΒΑΝ.. In area lit. orizontalibus ΑΞΥ An. CCCCLXI Protome Vrbis turrita pectore tenus nuda. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXI. n. 150. Bellejus Mem. T. XXXII.

Sestinius in aversa Faustinae imaginem agnoscit. Descript. Num. V. pag. 534. Alium ibidem nummum Antonini Pii subdit cum capite muliebri velato in aversa parte, quod ejusdem Faustinae esse putat, et notis ΑΣ. Sed suspicor notam majorem in autographo non Σ, sed Ξ, vel Ɪ pro LX anno expressam fuisse, tertiam vero Υ in eo modo deletam esse. Neque enim tam facile admiserim novam epocham ab hac Vrbe aliquando adhibitam fuisse, repugnantibus caeteris omnibus nummis hactenus editis, in quibus lit. C est sinuata in Caesareae nomine.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤ Caput Antonini Pii laureat.

ΚΑΙϹΑΡЄΙΑϹ ΛΙΒΑΝΟΥ In area ΒΞΥ An. CCCCLXII. Figura militaris paludata stans, d. vexillum, s. arcum, et clypeum, forte Alexandri M., quem Caesarea Libani magno in honore habuit, eique templum dicaverat, ut initio dictum est. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. n. 39. Pell. Mel. II p. 79. Catal. Theup. in addend. Arigonius Serie I. Imp. Tab. II. n. 52.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹ ϹЄΒ Caput M. Aurelii laureatum.

ΚΑΙϹΑΡЄΙΑϹ ΛΙΒΑΝΟΥ In area ΒΞΥ An. CCCCLXII Caput femineum turritum. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 89.

AVTO KAI TI AIA AΔP ANT Caput Antonini Pii laureat.
KAICAPCIAC AIBANOY ZΞY An. CCCCLXVII Figura militaris, ut in superiori cum epocha BΞY. Ær. 2.
Pell. Mel. II p. 79 Sestin. Descript. N. Vet.

AVPHΛIOC KAIC CEB Caput M. Aurelii laureatum.
KAICAPCIAC AIBANOY ZΞY An. CCCCLXVII Caput femineum turritum. Ær. 2.
Pell. Mel. II p. 89.

Alius, sed figura militaris cum vexillo etc. ut supra. Ær. 3.
Arigon. T. I. Tab. V. n. 62.

IMP M AVR .... Apud Eckhel. integra epigraphe
IMP M AVR ANTONINVS Caput Elagabali laureat.
COL CESARIA LIB circa ambitum. In imo AΛΦ An. DXXXI. Protome Vrbis capite turrito. Ær. 3.
Mus. Odesc., nunc Vatic. Eckh. Num. Vet. p. 281. Tab. XV fig. 10.

Nummus, quem Spanh. ex eodem Mus., olim Reginae Christinae Diss. IX p. 527 vulgaverat, et praeeunte Vaill., Tito adscribendum censuerat, Elagabalo restituendus. Epigraphe capitis detrita, ut etiam videre est Tab. LII Nummophyl. ab Havercampo illustrati, Vaillantio fucum fecerat. Pariter notae in aversa parte sic dispositae AΛΦ nomen Flaviae excludunt, et epocham Elagabali temporibus consentientem designant. Emendandus pariter uterque, dum vocem LIB. de Caesarea libera, non autem de Caesarea, quae ad Libanum sita erat, interpretantur. Quod jam tot nummis superius allatis fit manifestum, ut nihil supra.

IMP M AVR ANTONINVS Caput Elagabali laureatum.
COL CESAREA LIB circa ambitum. In imo AΛΦ An. DXXXI Mulier loto insignis pectore tenus in templo distylo. Ær. 2.

Vaill. de Col., qui tamen dum recte Harduini, et Tristani errores refellit, et ipse emendandus, qui nummum de Caesarea Palaestinae libera explicat, et sub Caracalla recenset, cum uni Elagabalo convenire possit, et ad Caesaream Libani proculdubio spectet.

AVR ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΣ CAISAR Caput Alexandri Sev. sine laurea cum paludamento ad humeros.

KAISARIA In imo ΒΛΦ An. DXXXII Dea Astarte in templo quatuor column. cujus capiti figura habitu militari coronam imponit. Ær. 2.

Pell. Sestinius Descript. Num. Vet.

Alius parum diversus, sed deletis duobus extremis notis chronol. Ær. 2.

Pell. Mel. I p. 28, adjecto utriusque iconismo.

Alexandrum Severum Elagabalo interempto ineunte mense martio A. V. C. Varr. CMLXXV solum imperii habenas moderari coepisse certo jam constat, ita ut nullus amplius dubitationi locus relinquatur. Nummi Alexandrini cum An. V L. Є, et titulo Caesaris ostendunt, vel post, vel non multo ante Neomeniam Thoth, sive diem XXIX Augusti, anni V. C. CMLXXIV ab Elagabalo Consobrino Alexandrum Sev. adoptari, et Caesarea dignitate honestari potuisse. Nam si ante aliquot menses id evenisset, nummi Ægyptii minime desiderarentur cum An. IV, sive L. Δ. Denique Fasti Consulares eundem Alexandrum Sev. adhuc Caesarem annum aperuisse docent V. C. Varr. CMLXXV. Ex hisce principiis certi jam institui possunt calculi de nummis hujus Vrbis cum notis ΒΛΦ, sive An. DXXXII Alexandro Severo Caesari consecratis. Si notas ΒΛΦ iteraveris ab autumno An. V. C. CDXLII eas in exitu fuisse deprehendes revertente autumno anni V. C. CMLXXIV, Alexandro ante unum vix mensem adoptato, ut ex nummis Ægyptiis probavimus. Si vero eas notas duxeris ab ineunte vere anni V. C. Varr. CDXLIII, initium habuerint oportet revertente

vere anni V. C. Varr. CMLXXIV, finem autem habiturae in idem vernum tempus insequentis anni V. C. Varr. CMLXXV. Atque in hac quidem computatione majus superest temporis intervallum, quo Caesarienses Libani nummum suum emittere potuerint cum notis suprascriptis, ut Alexandro civi suo de Caesarea dignitate nuper adepta gratularentur. Si certiora haberemus monumenta de tempore, quo Alexander in Senatu, ut scribit Dio ab Elagabalo postremo sui imperii tempore adoptatus fuit, justo magis fundamento definire fas esset, utrum nec ne computatio epochae hujusmodi ab autumno instituenda esset; nam de altera a verno tempore nulla extat difficultas. Verum cum haec Vrbs quoque aliarum Vrbium Syriae exemplo annum suum civilem ab autumno adulto auspicari potuerit, cumque Tripolitae ab eo potius anni sui initium fecisse probentur, ut sub illis notabimus, idem quoque de hac Vrbe statuere jure possumus. In nummis Orthosiae pariter Phoenices, non modo occurrunt notae ΒΛΦ ejusdem Alexandri Sev. adhuc Caesaris; verum etiam ΓΛΦ, ex quibus haec eadem confirmantur.

CAESAREA AD PANIVM QVAE ET PANEAS ET CAESAREA PHILIPPI

Haec Vrbs Phoeniciae Damascenae, sive ut aliis placet Trachonitidis Itureae, antea Lesen ad Jordanis fontes prope Panium specum, ejusdemque nominis montem sita, a Philippo Herodis M. filio aedificiis aucta Caesarea nominata fuit in honorem Augusti, a quo post patris sui mortem Itureae, et Trachonitidis regionis Tetrarchiam acceperat. Ejus epocham praestantissimus Norisius ex paucis, quos inspexerat, nummis, latioribus finibus circumscribere debuit. De eadem nos fusius disseruimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 328, et seq. tum pag. 378, ubi magno veterum monumentorum praesidio demonstravimus nihil magis veritati

consentaneum esse, quam ut illa ducatur a verno tempore A. V. C. Varr. DCCLI. Sed cum ea scriberem mihi ignotus extiterat eximius Diadumeniani nummus cum notis CK, An. CCXX, quem ex Mus. Caesareo editum invenies a Cl. Eckhelio in Sylloge N. V. pag. 59. Tab. VI. n. 8, nondum insuper ex Orientis regionibus Romam advectos mihi comparaveram nummos non paucos notis chronologicis illustres, inter quos unum Elagabali hujus pariter Vrbis Paneados cum not. CKA, idest An. CCXXI. Hac itaque modo duorum praestantissimorum numismatum accessione firmiori jam fundamento, et ea confirmare licet, quae eo in libro fuse demostrata fuere, tum alterum insuper ex epocha Paneados de chronologia sacra emolumentum percipere, quo nihil optabilius, atque illustrius desiderari potest, de quo verba faciam, postquam ex nummorum fide utrumque hujus epochae extremum, a quo duci queat comprobatum, definitumque fuerit.

Ad primum itaque extremum quod attinet, ex praeclaro Caracallae nummo cum notis chronol. PqΘ ann. nempe CXCIX jam in lib. II. probatum fuerat epocham hanc posteriorem esse debere autumno A. V. C. DCCL. Nam si eas notas PqΘ iteraveris ab autumno ejus anni, easdem finem habuisse comperies ineunte autumno A. V. C. CMXLIX, nondum Caracalla a patre Caesarea dignitate aucto; qua de re consule lib. II. pag. 322, tum ipsius Caracallae nummum paulo infra. Id ipsum autem probatum fuerat eodem in libro ex nummo Aquiliae Severae Pelleriniano cum notis CKΓ. Nam cum certos habeamus nummos Ægyptios Jul. Paulae cum annis imperii Elagabali LΓ, LΔ, annus vero IV ejus imperii ex methodo Ægyptiaca coepisset a Neomenia Thoth, sive ex die XXIX Augusti A. V. C. Varr. CMLXXIII, consequens fit Paulam post eum diem, et ineunte mox autumno, eoque labente ad aliquod tempus in conjugio Elagabali perseverasse, ideoque nondum eo tempore, ut Ægyptiis,

a quibus tum emissi nummi Paulae cum L Δ, ita caeteris Orientalibus Vrbibus quidquam innotuisse de repudio Paulae, et de initis Elagabali novis cum Aquilia Severa nuptiis. Jam vero si notae CKΓ ab autumno ducantur A. V. C. DCCL, eas finem habuisse comperies ineunte autumno A. V. C. CMLXXIII, nondum, ut vidimus, repudiata Paula, et in matrimonium succedente Severa. Atque hoc primum extremum nulli exceptioni propositum esse potest, de quo pariter vide cit. in Lib. Ær. Vulg., tum infra in nummo ipsius Aquiliae Severae.

De altero autem hujus epochae extremo, licet ex ejusdem Aquiliae nummo plura cit. in lib. n. allata fuerint argumenta, quae non inepta videbantur ad probandum cardinem, de quo agimus, anteriora initia habere debuisse autumno A. V. C. DCCLII, tam ob iteratas notas in nummis Aquiliae L Δ. L Є, iteratasque ejus nuptias cum Elagabalo; tamen non ita res ultra teli jactum, ut ajunt, posita videri poterat, ut nulli exceptioni, aut dubitationi proponi posset. Modo vero ex memorato Diadumeniani nummo omnis dubitandi ratio evanescit, ac certissime consequitur cardinem epochae Paneados anteriorem esse debere autumno A. V. C. DCCLII. Si enim notas CK, An. nempe CCXX iteraveris ab ineunte autumno A. V. C. DCCLII, initium habuisse deprehendes, eodem incepto A. V. C. CMLXXI, interfecto jam mense Junio ejusdem anni Diadumeniano Caesare, ejusque patre Macrino, atque Elagabalo jam eodem mense in Imperatorem, et Augustum acclamato, atque a Senatu Romae confirmato, ut ex actis diurnis Fratrum Arvalium, praemissisque Consulibus ejus anni certissime evincitur, ut a me factum est in lib. n. ubi etiam initia imperii Elagabali tantis omnis generis monumentis probata, et vindicata fuere. Quae omnia modo mirifice consentire videmus cum meo Elagabali, et notis CKA. Nam ductae a vere A. V. C. DCCLI, inibunt redeunte vere A.

V. C. CMLXXI sub ipsis jam auspiciis imperii Elagabali.

Ex hactenus itaque demonstratis concludendum: ex indubia nummorum fide Vibis Paneados Æram hisce finibus circumscribi, ut posterior esse debeat autumno A. V. C. Varr. DCCL, anterior vero autumno A. V. C. DCCLII. Quibus certa jam ratione constitutis sequitur, quod si ejus cardo ab autumno ducendus sit, non alius supersit, quam autumnus A. V. C. Varr. DCCLI. Si modo vero inquirere lubeat utrum hujusmodi epocha ab autumno, an potius a verno tempore initium habuerit, affirmare non dubito in promptu esse argumenta, quae suadeant unum esse veris principium, mensemque Nisan Hebraeorum A. V. C. DCCLI, qui praeferendus, eique hujus epochae caput illigari debeat. Cum multa jam in lib. n. allata fuerint, quaedam hoc loco delibare satis erit. Jam a tempore Judae Machabaei, et Simonis summi Sacerdotis, constat in publicis Hebraeorum fastis signatos fuisse annos Redemptionis, sive Liberationis Hierusalem ex mense Nisan, ut in lib. cit. fuse probatum. In historia pariter Flav. Josephi plurima hujusmodi exempla habentur ex actis publicis deprompta de tempore praesertim, ut aliqua commemorem, captae a Pompejo Hierosolymae primum, iterum vero a Sosio Antonii Legato, et Herode M. anno regni sui tertio, ex quo a Romanis Rex constitutus fuerat: de plerisque ipsius Herodis M. rebus gestis, de annis denique, quos idem in regno suo egerat ad obitum usque, quae omnia Josephus in suam historiam transtulit, sicut ea a Nicolao Damasceno Herodis familiari descripta fuerant ex actis publicis in vita ipsius Herodis. Patet autem horum omnium computationem a mense legali Nisan semper institutam, rectissimeque hac methodo tempora singula a Flav. Josepho consignata fuisse, neque eundem in turpissimos errores in re chronologica incidisse, quemadmodum a pluribus viris doctis ignorata, vel non animadversa hac methodo, olim criminabatur. Consule

quaeso lib. n. de annis praesertim regni ejusdem Herodis M. Non omittendum hoc loco, quod si vera esset lectio nummi Trajani apud Patinum Vrbis Tiberiadis cum notis PA, An. CI in comperto haberemus, ob plures cum eisdem notis Hadriani, non ab alio cardine epocham illam ducendam esse quam a mense Nisan. Vide Norisium de hac epocha. Sed cum Patinus capitis epigraphen omiserit, non sine rerum chronologicarum detrimento, suspicio oborta est, nec immerito, quod ea Patiniani nummi imago, ad Hadrianum potius referenda sit. Itaque res in medio relinquenda, donec alio simili, qui in lucem prodeat res confirmari possit. In dubium tamen revocari nequit, quod Herodes Antipa Tetrarcha, a quo Vrbs Tiberiadis extructa fuerat, ad Tiberii benevolentiam sibi conciliandam, annos regni sui signaverit a mense Nisan in praestanti eo nummo Caligulae dicato cum notis LMΓ, de quo consule lib. n. pag. 378, item 309., et seqq.. Ex recensitis itaque exemplis, imprimisque ex hoc domestico Herodis fratris, quis quaeso sibi non suadeat Philippum quoque in condenda Vrbe Caesarea morem patrium retinuisse, ejusque cardinem in mensem Nisan contulisse? Quo posito excludatur oportet vernum tempus A. V. C. DCCLII, unumque supersit anni praecedentis DCCLI. Nec levia sane sunt rationum momenta, quae id suadeant. Primo enim cum ex Josephi historia constet Philippum praeter Caesaream, eodem tempore vicum Bethsaida aedificiis auctum, ornatumque, et ad Civitatis formam, splendoremque redactum de nomine Juliae Caesaris Augusti filiae *Juliadem* appellasse; ex monumentis vero Romanis in comperto habeamus Juliam Augusti filiam ob detecta flagitia A. V. C DCCLII a patre relegatam fuisse, illud sane consequitur Philippum haud equidem eo anno tum primum illi Vrbi condendae manum admovisse, eique perfectae nomen Juliae Caesaris fil. imponere potuisse, quod illi utique adhaesit, et a veteribus Scripto-

ribus eo nomine appellata fuit; sed in annum aliquem antecedentem illud opus coeptum, absolutumque admittere oporteat. Idem ergo statuendum de Vrbe Caesarea.

Secundo si epocha hujusmodi constituenda foret in vernum tempus anni supradicti DCCLII, illud sequeretur in tanta nummorum Vrbis Paneados copia nullos hactenus ad nos pervenisse, qui primo Imperatoris cujusque, vel Caesaris tempori convenlant, singulos quosque ad posteriores annos, vel etiam ad supremum imperii tempus esse referendos. Nummos ipsos in medium proferamus.

Nummi Septimii Severi, et Caracallae cum notis ΡϥΘ post annum fere integrum editi dicendi forent, ex quo Caesarea dignitate auctus fuerat Caracalla, eaque de re cum illo gratularentur cives Paneadis, simulque cum patre, a quo eam dignitatem acceperat, si notae illae ducendae a vere ineunte A. V. C. Varr. DCCLII; si vero ab eo praecedentis anni, primo quoque tempore in gratulationis officium eos nummos editos invenies.

Pariter notae CIΔ in nummo ejusdem Caracallae Pelleriniano, meoque, primum quodque tempus indicant suscepti ab eo imperii post patris obitum, si a vere ducantur A. V. C. DCCLI, integrum vero annum jam elapsum, et ultra a secundo extremo.

Praecipue vero notandae notae CK in praestanti nummo Diadumeniani. Nam si eas duxeris a secundo extremo verni temporis A. V. C. DCCLII, integer pene annus, totumque fere imperii Macrini tempus elapsum fuisset, antequam emitteretur hujusmodi nummus; e contra vero computatione instituta ab altero extremo praecedentis verni temporis A. V. C. DCCLI, omne fere imperandi tempus Macrini cum fil Diadumeniano complecteretur. Adde vero in hoc nummo, nec lauream capiti Diadumeniani adjectam, nullosque Imperatoris, vel Augusti titulos inscriptos fuisse, cum certum, exploratumque sit ante non paucos menses,

qui praecesserant utriusque interitum, qui contigit ineunte Junio A. V. C. Varr. CMLXXI, et antequam Elagabalus, qui imperium invaserat, Macrinum, ejusque filium bello persequeretur, et utrumque ad mortem adigeret, Diadumenianum a patre, Imperatorem, et Augustum appellatum fuisse, ut nummi quamplures testantur, neque modo Antiochiae Syriae apud Vaill. Sestinium, meque ipsum, sed etiam Caesareae Palaestinae, et ipsius Phoeniciae Metropolis Tyri, a qua non longe aberat Vrbs Paneas. Legitur in iis nummis ΚΑΙ Μ Ο Δ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄΒ, vel ΑVΤ Κ Μ ΔΝϹ, ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄΒ etc., ut etiam in nummis Col. Tyri M. OP DIADVMENIAN AVG, et in iis Caesareae Palaestinae M. OPEL. DIADVMENO AV, Antiochiae vero Syriae ΑVΤ ΚΑΙ ΜΑΡ ΟΠ etc. Notanda denique Epistola, in qua referente Lampridio synchrono teste, ita se inscribit Diadumenianus ipse: *Patri Augusto filius Augustus*, cumque in ea sermo sit de defectione quorundam Macrini amicorum, quae plures menses ante supremum imperii tempus contigerat, ut ex contextu patet, sequitur sane non ita sero, ut quidam ex Dione inferunt, Augusti titulum Diadumeniano accessisse; nam ante hunc secundum Augusti, Imperatorem jam appellatum fuisse constat. Si qua fides ergo habenda tot synchronis monumentis perspicuum sane fit, quod etiam si nummus, cum notis CK editus fuisset statim ab ineunte vere A. V. C. CMLXXI, ut requirit computatio, quae fiat a verno tempore A. V. C. DCCLII, postremis iis duobus mensibus cum aliquot diebus, qui supererant imperii Macrini cum filio, carere minime deberet, exemplo Vrbium, de quibus paulo ante, Augusti, et Imperatoris titulis, qui tamen desiderantur, ut etiam laurea in ejus capite.

Restant notae CKA in nostro Elagabali, quae si iterentur a secundo extremo termino nullus ab Vrbe Paneade emissus nummus hactenus notus illius imperii initio, secus ac sequatur admisso primo ejus epochae cardine. Idem

autem dicendum de nummo Aquiliae cum not. CKΓ, ut calculum ineunti patebit.

Quibus constitutis, quis quaeso sibi suadere poterit ex recensitis nummis singulos in posteriora tempora, cujusque Principis rejiciendos esse, nullum vero ad eorum imperii auspicia, primumque tempus pertinere, cum res praesertim satis explorata sit: omnibus semper Nationibus, Populis, Vrbibusque inditum fuisse, ut suis Regibus, Principibus, et Romani praesertim imperii Augustis, cum illi Principatum assequerentur, primo quoque tempore omnia gratulationis officia exhiberent, idque etiam moneta publica testatum facerent, in eum maxime finem, ut iis obsequii argumentis ipsorum gratiam, et benevolentiam sibi conciliarent. Quod praesertim intelligendum de Elagabalo Phoenicio Principe, et in ea regione commorantem, cum imperium aviae suae Maesae, et Euthychiani artibus assecutus esset. Ex his porro judicet modo Eruditus Lector, utrum, nec ne firma allata sint argumenta, quae suadeant epocham hanc omni justo fundamento uni verno tempori A.V. C. Varr. DCCLI illigandam esse.

Intererat sane, ut hujus epochae fines bono in lumine collocarentur, quoniam nihil ea praestantius ad singula demonstranda, vel confirmanda, quae spectant ad annum, mensemque emortualem Herodis M., et ad labem in hac luce chronologiae non ferendam, qua laborat Ærae nostrae christianae, sive vulgaris exordium, idque fieri possit via longe breviori, et magis expedita, quam quod a praeclariss. Norisio, et a me quoque effici potuerit in Lib. II. ex praeclaro numismate Herodis Antipae Philippi fratris cum notis suae Tetrarchiae L. MΓ. Et sane cum ex probatis, hujus epochae fines vagari nequeant ab anno V. C. Varr. DCCLI, illud corollarii loco sequitur Paneadem eo anno aedificiis auctam ad Civitatis splendorem redactam fuisse: eodem anno Vrbe extructa, illam de nomine Caesaris Aug. *Caesaream* appel-

latam, atque in ejus conditae Vrbis memoriam novam epocham institutam: sequitur praeterea Filippum haec praestare non potuisse, nisi postquam ab Augusto Caesare Tetrarcha Ituraeae, et Trachonitidis regionis constitutus fuerat. Cum autem in assignanda Filippo, caeterisque duobus ejus fratribus portione regni patris eorum Herodis M. recens vita functi, necesse fuerit, ut auditis antea singulorum postulationibus Augustus, rem sedulo ad examen revocaret, antequam quid sibi in ea deliberatione justum magis, rectumque videretur, decerneret, manifeste consequitur, singula, quae hactenus exposita sunt uno, eodemque anno V. C. DCCLI suscipi, atque absolvi non potuisse, sed praeter hunc annum, antecedentem quoque complecti debuisse. Praecesserat autem haec omnia obitus Herodis M. igitur ultimo concluditur ejus mortem evenisse A. V. C. DCCL, caetera vero ad aedificatam usque Caesaream, et epocham de ea institutam, partim ad unum, partim ad alterum annum esse referenda.

Quae cum ita se habeant patet jam quanti sit emolumenti, ut initio diximus, epocha Paneados, quoniam ipsa per se digito veluti ostendit annum emortualem Herodis M., a quo manant ea consectaria de labe Ærae Vulgaris, quae jam alibi demonstrata. Fidem praeterea facit vera esse quaecunque Flav. Josephus in sua Historia de hoc chronologiae capite conscripsit, de quo licet jam fuse pertractatum fuerit in Lib. n. a pag. 378. hic tamen summatim delibare, quae ad ejus illustrationem pertinent e re nostra esse duco. Verum itaque est Herodem M. diem suum obiisse paulo ante Pascha anno regni sui XXXVII, ex quo a Romanis Rex primum constitutus fuerat. Nam cum id evenerit ex Fastis Romanis An. V. C. Varr. DCCXIV, si annos regni ex patrio more Hebraeorum computaveris a mense legali Nisan, devenies ad initum mensem Nisan paulo ante festa Paschalia anni V. C. DCCL, quem Josephus designat

emortualem Herodis M. A morte vero Herodis caetera, quae consecuta sunt, atque ordine a Josepho narrantur sunt hujusmodi: Archelaum mox persolutis defuncto patri justis, supremisque officiis, peractisque Paschalibus festis, descendisse ad mare Romam navigaturus ad regnum sibi comparandum; brevi post Antipam quoque fratrem Romam venisse. Cum interim in Vrbe Hierosolyma turbae, et seditiones exortae fuissent Quintilium Varum Syriae Praesidem Antiochia cum Legionibus profectum eo se contulisse, interfectisque nocentioribus, et Simone quodam, qui sibi diadema imposuerat, sublato, eas sedasse, tum quinquaginta legatis fecisse potestatem adeundi Caesaris ad postulandam, nomine suae Gentis, propriis legibus vivendi libertatem, tandem, et Philippum, qui ab Archelao suae domui, totique regno, se absente, praepositus fuerat, impulsu Vari, a quo diligebatur, non ante Pentecosten utique, properasse, ut fratres suos jam in Vrbe degentes assequeretur. Quo cum etiam Legati pervenissent Augustum tandem hujus negocii expediendi causa Amicorum conventum indixisse, atque illud ad rem notandum, primum locum in eo Cajo Caesari datum, quod esset Consul designatus, qua nota nihil aptius ad hujus concilii tempus definiendum. Nam Augustus Consulatum XII in eum finem A. V. C. DCCXLIX petierat, ut Cajum ex Agrippa, et Julia fil. sibi adoptivum in forum deduceret, et ut Consul a Senatu, Populoque designaretur. Auditis porro in eo Concilio Judaeorum Legationibus, deinde Nicolai Damasceni Antipae, et Archelai defensione adversus Hebraeorum criminationes, Augustum dimisso conventu, paucos post dies, unicuique ex fratribus portionem regni, quod pater eorum obtinuerat, assignasse. Archelaum autem ante caeteros fratres ob turbas nondum penitus extinctas in suam Ethnarchiam profectum, nec multo post Philippum quoque, et Herodem Antipam in suam quemque Tetrarchiam abiisse. Philippum deni-

que, qui fuerat Romae educatus, et Caesari acceptus, ex eo tempore de aliqua nova Vrbe in honorem Caesaris aedificanda cogitasse. Quod nulla interjecta mora ab eo factum jam vidimus in condenda Vrbe Paneade, et in instituenda ejus epocha ad perennem beneficiorum Caesaris memoriam. Atque hic iterum notasse juvat Philippum eodem tempore, quo Paneadem aedificiis ornabat, et ad Vrbis Caesareae splendorem redigebat, alteram quoque condidisse, eamque de nomine Juliae Augusti filiae Juliadem nominasse; quae tamen, ut supra innuimus, cum relegata fuerit A. V. C. DCCLII, nonnisi ea Vrbs extrui potuit, quam A. V. C. DCCLI, eique Juliadis nomen adscribi.

Quae omnia, quae uberius exponere necesse fuit, nunc tandem veluti ante oculos ponunt biennium illud, in quod conspirant Epocha Paneados, et Historia Flavii Josephi, sibique manum adjutricem afferunt, quo ad annum, mensemque emortualem Herodis M. usque ad tempus extructae a Philippo Paneados; ex quibus ea consectaria sequuntur, quae vitiosam Ærae nostrae computationem luce clarius manifestant. Quibus insuper in cumulum veluti demonstrationis accedit nummus Quintilii Vari, de quo supra mentio facta est, cum notis ZK, quae ab autumno praecedenti complectuntur A. V. C. DCCL, illud nempe tempus, quando vita functo Herode M., moxque Archelao Romam profecto, Varus tanquam Syriae Praeses Hierosolymam venerat ad seditiones, quae exortae fuerant compescendas, ideoque ipsum annum emortualem Herodis designat. Denique alter meus pariter eximius Judaicus nummus Augusto dicatus anno LKH suo loco videndus, qui ex Æra Actiaca, sive Augustana A. V. C. DCCXXIII incidit in tempus interregni, quo Populus ab Jerosolyma Romam legatos L. miserat ad autonomiam a Caesare obtinendam. Cum autem tempore regni Herodis nihil ei de jure regio in re monetaria detractum fuerit, nullique propterea editi nummi Augusto dicati, merito primus

iste dicendus est, qui Herode M. vita functo, mox in lucem prodierit. Ac revera signat A. V. C. DCCL a mense Nisan, qui fuit Herodis emortualis. Gratulor itaque ipse met mihi, quod ea, quae de vitiosa computatione Ærae Vulg. in Lib. n. allata fuerant, hisce novis, praeclarisque monumentis modo confirmare potuerim, de quibus a nemine hactenus quidquam animadversum fuisse invenio.

Subjiciendi modo nummi, sed praemittendus unus Pellerinii, qui sequitur.

AVGVST TR POT Caput Augusti laureatum.

A.T / C.A in medio laureae.

Cl. Pellerinius hunc nummum Vrbi Paneadi adscribendum censebat, nec plane dissentiente Eckhelio. Sed Paneas cum a Philippo Tetrarcha primum ad Vrbis dignitatem redacta fuit, non *Caesarea Augusta*, sed tantum *Caesarea* nominata, quae propterea, ut a caeteris distingueretur *Caesarea Philippi* appellari coepit, ut plura Evangelii testimonia fidem faciunt, nec nisi sero alia ipsi indita nomina. Vide caetera in simili sub Augusto in Ser. Imperial., quae vetant, ne nummi hujusmodi Paneadi adscribantur.

M AVP ANTωNЄINOC CЄ Caput laureatum M. Aurelii.

ΠΟΒ ΚΑΙCΑΡ ΠΑΝΙΑΔΟC intra lauream. Ær. 3.

Sestinius ex Mus. Ainsel.

AVT KAIC M AVP ANTωNЄINOC CЄB. Caput M. Aurelii laureatum.

KAIC CЄB IЄP KAI ACY ΥΠ ΠΑΝЄΙω In area ΡΟΒ An. CLXXII Pan nudus stans ad truncum arboris tibiam inflans. Ær. 2.

Noris de Epoch. Mus. Odesc. Vaill.

Caput Lucillae Aug., omissa epigraphe.

KAIC CЄB IЄP KAI ACY ΥΠΟ ΠΑΝЄΙω ΡΟΒ An. CLXXII Pan ad arboris truncum manu calamum ori admotum inflat. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Lucilla etiam L. Vero vita functo Augustae dignitatem, atque honores retinuit. Hinc ex notis chronol. nummo inscriptis nihil inferri potest ad aliquid de ejus epocha definiendum.

Caput Commodi juvenis diadematum epigraphe deleta.

ΚΑΙΣΑΡ ΠΑΝΙΑΔΟΣ ΡΟΒ An. CLXXII Fistula disparibus septem compacta cicutis. Ær. 3.

Noris de Epoch. qui non nihil dubitat de facie, an sit Commodi ob adjectum diadema. Negari nequit tamen, quod eae notae cum primis ejus Caesareae dignitatis annis recte concilientur.

ΑΥΤ Κ Μ Α...., ΑΝΤΟ ΚΟ.... Caput Commodi barbatum, et laureatum.

ΚΑΙCΑΡ ΙЄΡ ΚΑΙ ΑCΥ ΥΠΟ ΠΑ In area ΡΥΑ An. CXCI Pan caprinis pedibus trunco arboris innixus calamum pastoralem utraque manu ori admovet. Ær. 2.

Meus, quem vide Mus. n. Tab. XXIII fig. 194.

Ex hoc integerrimo emendandi similes, in quibus figurae Dei Panis, sive Satyri, sive Capripedis adiiciuntur pedes humani.

Alii duo cum eisdem notis, sed in aversa parte legitur Τ ΠΡ ΠΑΝ, idest ΤΗC ΠΡΟC ΠΑΝЄΙΩ. Ær. 2.

Mei ambo.

.... ΚΟΜΟΔΟC ..... Caput Commodi laureatum.

ΚΑΙC CЄΒ ΙЄΡ ΑCΥΑ ΠΡ ΠΑΝ ΡΥΑ An. CXCI Vir nudus stans, d. pateram, s. hastam, pro pedibus serpens cristatum caput erigens. Ær. 2.

Froel. IV Tent. Eckhel. Catal. Vind.

.... ΚΟΜ..... Caput Commodi laureat.

ΚΑΙ CЄΒ ΙЄΡ ΑCΥ ΥΠ ΠΑΝ In area ΡΥΑ Pan ad truncum arboris fistulam ori admovet. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Caput Commodi epigr. omissa:

ΚΑΙ CЄΒ ΙЄΡ Κ ΑC ΥΠ ΠΑΝ Juppiter sedens, d. pateram, s. hastam. In area ΡΥΑ. Ær. 2.

Pell. Mel. II, pag. 147.

ΑΥΤ Α CЄΠ CЄΥ....... Caput Sept. Severi laureatum.

ΚΑΙC CЄΒ ...., ΑCΥ Τ ΠΑΝЄΙ In area literis orizontalibus ΘΥΡ An. CXCIX. Pan ad truncum arboris tibiam inflat. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXIV. fig. 216.

In hoc minores notae majori praeponuntur, secus ac in caeteris fere omnibus servatum.

ΑΥΤ Α CЄΠ CЄΥΗΡΟC ..... Caput Sept. Severi laureat.

ΚΑΙC ΙЄΡ ΑC Π ΠΑΝЄΙΩ ΡϤΘ Α. CXCIX. Pan Deus stans ad truncum arboris, s., ut videtur cornucopiae. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vindob.

Caput Caracallae, om. epigr.

ΚΑΙC CЄΒ ΙЄΡ ΑCΥΑ ΥΠ ΠΑ ЄΤ ΡΥΘ An. CXCIX. Pan ad truncum arboris tibiam inflat. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Aptissimae sunt hujusmodi notae ad demonstrandum, quod epocha Paneados posterior esse debeat autumno A. V. C. DCCL, ut initio diximus. Nam ut in Lib. Vulg. Ærae probatum est: a Severo patre expeditione suscepta contra Albinum exeunte anno V. C. Varr. CMXLIX, tum primum Caracalla in itinere Caesar appellatus est, qui anno mox sequenti Laterano, et Rufino Consulibus, Collegio Sacerdotali adscriptus ex Lapide apud Grut. pag. CCC. His positis si notas ΡΥΘ iteraveris ab autumno A. V. C. DCCL, easdem deprehendes finem habituras fuisse, ante quam Bassianus *Caesar*, et *Antoninus* a patre diceretur, nempe exituras sub ineuntem autumnum A. V. CMXLIX, cum ille non nisi expirante eodem anno, Caesarea dignitate auctus fuerit. Si autem eas notas duxeris a vere ineunte A. V. C. D-

CCLI, tunc inferes nummum emissum fuisse intra primos circiter quatuor menses, ex quo Caesaris nomen, et dignitas Caracallae accesserat, simulque compertum fiet, ut initio pariter innuimus, Paneadem Vrbem patri, simulque filio, primo quoque tempore, de eo honore gratulationis argumenta praebuisse.

Caput Juliae Domnae, epigr. omissa.

ΚΑΙϹ ϹЄΒ ΙЄΡ ΚΑΙ ΑϹΥ ΥΠ ΠΑΝ: In area CA An. CCI. Figura habitu brevi, et tutulata stans, d. hastam, s. clypeum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

..... ЄΠΤ ΓЄΤ Caput Getae sine laurea.

ΚΑΙϹ ϹЄΒ ΙЄΡ ΚΑΙ ΑϹΥ ΥΠ ΠΑΝ In area CB. An. CCII Pan ad truncum arboris cum calamo, ut in superioribus. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

Geta a patre Caesar dicitur Non. Martii A. V. C. CMLI, ut ex actis martyrii SS. Perpetuae, et Felicitatis, aliisque monumentis jam a Norisio demonstratum, eandemque dignitatem retinuit ad octo fere annos. Si epocham Paneados duxeris a vere ineunte A. V. C. DCCLI, notas CB cum anno secundo Caesareae dignitatis Getae consentire invenies.

Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙ.......... Caput Caracallae laureatum.

ΚΑΙϹΑΡЄΙΑ ΠΑΝΙΑϹ In area CΙΔ An. CCXIV. Mulier tutulata stans habitu brevi, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae, pede s. prorae imposito. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 147.

...... ΝЄΙΝΟϹ ϹЄ.... Caput Caracallae laureatum, et barbatum.

.... ΠΑΝΙΑϹ, et in area CΙΔ Mulier, sive Astarte tutulata, ut in praecedenti. Ær. 2.

Meus duplex. Vide Mus. n. Tab. XXVI. fig. 242.

Sept. Severus prid. Non. Febr. A. V. C. CMLXIV Eboraci in Britannia diem suum clausit. Si notas duxeris a vere ineunte A. V. C. Varr. DCCLI, consequens erit notas CIΔ in utroque nummo insculptas initium habuisse revertente vere A. V. C. CMLXIV, Severo patre recens vita functo, ideoque Vrbem Paneadem, primo quoque tempore, Caracallae gratulationis officia exhibere minime praetermisisse de imperii successione, ut initio animadvertimus.

M ΟΠ ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝΟϹ ΚΑ Caput Diadumeniani Caesaris sine laurea.

ΚΑΙϹ ΠΑΝΙΑΔΟϹ ΚϹ An. CCXX Templum 4 columm., in quo Juppiter nudus stans, d. pateram, s. hastam ad aram sacrificat. Ær. 1.

Echkel. Syll. I. pag. 59, et Tab. VI fig. 8. Item Tom. III D. N. V. pag. 342 ex Mus. Caesareo.

De eximio hoc cimelio satis initio dictum est. Vnum animadvertam hoc loco praestantiss. Virum citatis in lib. uti fundamento ex anno emortuali Herodis deprompto, atque ex iis, quae consecuta fuisse narrantur a Flav. Josepho, ut inferat hujus epochae cardinem ducendum esse ab autumno A. V. C. Varr. DCCLI. Sed ego e contra ex multis indubiae fidei monumentis, et ex ipsis Paneadis nummis, notisque chronologicis ejusdem epochae fines definiendos mihi sumpsi, ut deinde id emolumenti sequeretur: singula, quae de hoc argumento in Historia Josephi continentur ex ipsa Paneados Epocha veritati consentanea probari, confirmarique, ideoque ex utriusque conjunctione, tamquam ex duobus praeclarissimis testibus, omnique exceptione majoribus firmius multo jam constare de anno, et mense emortuali Herodis M., et de vitiosa computatione Ærae Vulg., quae hactenus unico Herodis Antipae nummo cum notis ejus Tetrarchiae LMΓ nitebantur, quorum etiam demonstratio longiorem viam, et magis implicatam requirebat, ut

ex iis, quae uberius in Lib. II. de Vulg. Ærae Emend. disputata sunt, fit manifestum.

AVT KAIC M A..... Caput juvenile Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

KAIC ΠANC....... ACY In area lit. oriaontalibus, hinc inde CKA An. CCXXI. Astarte habitu brevi tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae, pede s. prorae imposito. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. II. Tab. XXVIII fig. 278.

De hoc praeclaro nummo cum satis dictum sit in hujus Vrbis initio, nihil hic addere necesse est. Editus nummus primo quoque imperii tempore ex praemissis.

...... CCVHPH Caput Aquiliae Sev. Aug.

KAIC ΠA CC....... CKΓ An. CCXXIII Pan Deus arboris trunco innixus tibiam inflat, ad pedes cervus. Ær. 2.

Pellerin. Mel. II. pag. 178.

De epocha hujus nummi pariter diximus supra. Vnum hic addere praestat, quod quemadmodum Tripolitarum nummus ejusdem Aquiliae cum notis BΛΦ, anno nempe DXXXII, complectitur primum tempus conjugii Aquiliae cum Elagabalo ab autumno An. V. C. Varr. CMLXXIII in autumnum insequentis anni, ita et notas Paneados CKΓ idem praestare a verno tempore, vel autumno suprascripti anni V. C. CMLXXIII in idem tempus insequentis, si ducantur ab A. V. C. DCCLI, atque ex utroque inferri nummos primo quoque tempore ex aequo editos fuisse in gratulationis argumentum erga Phoenicium Principem a duabus earum regionum Civitatibus.

CANATHA IN DECAPOLITANA SYRIAE

Canatha Vrbs, vel Canotha in Decapolitana Syriae regione sita erat, non longe a Gadara, aliisque Vrbibus,

quas Pompejus Orientis victor a Judaeorum servitute liberaverat. Hinc praeeuntibus Norisio, et Vaillantio, ejus epochae initium a Cl. Bellejo Mem. T. XXVIII, non secus ac Pellae, et Diensium statuitur in An. V. C. Varr. DCXC; sed id ex conjectura tantum, nulloque certo monumento: ex nummo tamen Domitiani cum notis ZNP patet idem initium non ultra biennium ab eo termino proferri posse.

TI KΛΑVΔ..... Caput Claudii laureatum.

KANATHNΩN. BIP An. CXII Caput muliebre turritum. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 25. Sestin. ex M. Ains.

Nummus, quem Vaill. Augusto tribuit, legitque PAMAΘHNΩN, Claudio, atque Vrbi Canathae restituendus. Emendandi pariter Tristan., Morell., caeterique omnes.

Caput Claudii laureatum sine epigraphe.

KAN........ BIP An. CXII Caput muliebre velatum, et turritum. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 14.

Nummus Domitiani cum epocha in aversa parte NP An. CL. Ær. 3.

Pell. Mel. II p. 323.

ΔOMITI KAICAP Caput laureatum.

KANATA ZNP Caput muliebre turritum sine velo. Ær. 4.

Ex indice Musei Cusineriani a me descriptus.

Caput Domitiani, epigr. omissa.

KANΩΘ ZNP An. CLVII Caput muliebre turritum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

ΔOMITI....... Caput Domitiani laureatum.

L ZNP An. CLVII Caput muliebre turritum. Ær. 3.

Pell. Mel. II, pag. 44.

Si notas, quae in hoc, et praecedentibus nummis inscriptae sunt duxeris ab An. V. C. Varr. DCXCII, postremus annus incidet in An. V. C. Varr. DCCCXLIX, quo a. d. XIV Kal. Octobris Domitianus interemptus est.

Ee 2

CAPITOLIAS COELESYRIAE

Confundenda non est haec Vrbs cum Aelia Capitolina Romana Colonia ab Ælio Caesare deducta, quod Harduino visum fuerat. Tituli ipsi *Inviolabilis*, *Autonomae* etc. Coloniam excludunt, eamque Vrbem designant, quam Antonini Itinerarium inter Gadaram, et Damascum describit. Ex nummo Macrini cum notis PK ejus epochae cardo hisce limitibus circumscribitur, ut nec anterior esse queat autumno An. V. C. Varr. DCCCL, nec posterior autumno insequentis anni V. C. DCCCLI. Vide nummum suo loco. Hinc evanescunt conjecturae Norisii, Vaillantii, aliorumque, qui putabant epocham hanc sub Domitiano institutam ob beneficia ab eo accepta. Jam enim patet ad initia imperii Nervae, aut Trajani esse referendam.

Caput M. Aurelii, om. de more epigr.

ΚΑΠΙΤΩΛΙЄΩΝ ΙЄΡ ΑϹ ΑV ΗΞ An. LXVIII. Mulier turrita stans, d. hastam, laeva cornucopiae. Ær. 2.

Vaill., qui recte ex hoc nummo statuebat huic epochae anteriora initia assignari non posse An. V. C. Varr. DCCCXLVI. Sed nec ipse, nec Norisius perspectum habuerunt Macrini nummum, ex quo infertur eandem in proximum quadriennium, vel etiam quinquennium proferri debere.

Caput L. Veri, epigr. omissa.

ΚΑΠΙΤΩΛΙЄΩΝ ΙЄΡ ΑϹ ΑV ΘΞ An. LXIX Astarte in templo 4 column. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Ad quintum, vel sextum imperii annum, quod in consortio M. Aurelii L. Verus gerebat, referendus nummus.

Caput Commodi, om. epigr.

ΚΑΠΙΤΩΛΙЄΩΝ Ι Α Α ΓϤ An. XCIII Figura tutulata stans cum hasta, et cornucopiae. Ær. 3.

Vaill. ut supra.

Imperii Commodi annum decimum, vel sequentem complectuntur notae istae, ex quo ille patri decedenti successerat.

...... CEOVHPOC... Caput Sept. Severi laureat. cum paludamento ad pectus.

ΚΑΠΙΤΩ ΙΕΡ ΑC ΑV Templum octo columnn., in quo Juppiter sedens, d. globum, s. hastam. In vertice templi, hinc inde Η Ρ An. CVIII. Ær. 1.

Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill., Noris de Epoch.

..... Τ ΑVΡ ΑΝΤΩΝ..... Caput juvenile Caracallae laureatum.

ΚΑΠΙΤΩ ΙΕΡ ΑC ΑV Templum tetrastylum cum Dea Astarte in medio, et in vertice notae numerales Η Ρ An CVIII.

Noris de Epoch. ex Mus. Droniano.

Π CΕΠ ΓΕΤΑC Caput Septimii Getae sine laurea.

Ι Μ Α Κ Γ ΚΑΠ Ι Α Α In area, hinc inde Η Ρ An. CVIII Caput Juliae Domnae. Supple initiales lit. *Julia Mater Antonini, et Getae Capitoliados* etc. Ær. 2.

Ex Lieb. Mus. Frid. p. 322.

Geta Caesar dicitur a Severo patre a. d. Non. Martii Anni V. C. Varr. CMLI. Nonnisi sero Trib. pot., et Aug. nomen accipit, nec ante An. CMLXI. Notae itaque recte conciliantur.

ΑVΤ Κ Μ ΟΠ CΕ ΜΑΚΡΕΙΝΟC CΕ Caput Macrini laureat.

.... ΑC ΑV..... superne, hinc inde ΡΚ An. CXX. Templum tetrastylum, in quo figura muliebris capite turrito stans, d. hastam, s. cornucopiae. Ær. 1.

Eckhel. Catal. M. Vind. cum fig. Tab. IV. n. 10.

Quod notae chronol. hujus nummi alteri cuilibet Vrbi ex earum numero, quas hactenus epochas suas in nummis signasse constat, aptari nequeant, caetera item consentiant, ut typus aversae partis, fabrica ipsius nummi etc.

jure infero cum Cl. Eckhelio uni Vrbi Capitoliadi nummum tuto adscribendum, licet nomen desideretur. Neque obstat quod inscribantur notae inverso ordine, ac in caeteris ejus nummis appareat; similia enim habes exempla in Vrbe Paneade, de quibus vide paulo ante. His positis cum Macrini imperium definiatur ex mense Aprili A. V. C. Varr. CMLXX. ad ineuntem Jun. insequentis anni, quod a me contra Zoegae ratiocinia ultra teli jactum constitutum est, ejus epochae fines definiuntur, quos initio diximus. Si enim notas PK duxeris ab An. V. C. Varr. DCCCL, easdem annum primum imperii Macrini complecti deprehendes; postremum vero, qui fuit illi An. V. C. Varr. CMLXXI, si easdem numeraveris ab A. V. C. DCCCLI. Sed prima potius anteponenda, quoniam ut saepe dictum est, nummi hujusmodi primo imperii tempore emittebantur.

CIBYRA PHRYGIAE

Proprie haec Vrbs non modo in finibus Phrygiae, sed et Cariae, Lyciae, ac Pisidiae sita erat, ex quo factum est, ut Geographi illam, partim uni, partim alteri Provinciae adscripserint. Plura erudite de ea Bellejus T. XXIV. M. In marmore Puteolano inter Vrbes a Tiberio restitutas recensetur media inter Temnum, et Myrhinam. Senatus-consultum recitat Tacitus, quo sub eodem Tiberio C. Asinio C. Antistio COS, Cibyrae terremotu labefactatae remissione tributi in triennium subventum. Hinc Cl. Bellejus ab his Consulibus, qui signant A. V. C. Varr. DCCLXXVI hujus epochae initium ducit. Sed ex nummorum fide, qui hactenus innotescunt ejus fines ita constituendi, ut ex nummo Maximini cum imagine etiam Maximi Caesaris, et notis BIC ea anterior esse nequeat autumno anni s. s. DCCLXXVI, ex altero vero Tranquillinae cum notis ΘIC, nec posterior A.V. C. DCCLXXVIII. De utroque vide suis locis. De nummo vero Hay-

miano, qui describitur Tom. I pag. 268, et delineatus exhibetur Tab. XXVI. fig. VI, et Caracallae adscribitur, nulla habenda ratio ob notas vitiatas, eaque praeterea de causa, quod ex vultus lineamentis, ex crispa caesarie, aliisque signis ad Diadumenianum potius ea imago referenda videatur.

AV K M AV ANTΩNЄINOC Caput Elagabali radiatum.

KIBYPATΩN In area KAIΣAPEΩN, infra ϛϥP An. CXCVI Cybele in curru sedens a leonibus vecta, d. canistrum capiti impositum sustinet, s. taedam. Ær. I.

Sestin. Descript. N. V. pag. 459.

Ex praemissis hujus epochae finibus annus ϛϥP, etiamsi coepisset verno tempore A. V. C. CMLXXI, exiturus revertente vere insequentis anni CMLXXII, complecteretur annum primum imperii Elagabali; si vero ex secundo extremo initium habuisse dicendus sit, labente anno V. C. CMLXXVIII. finem habiturus esset insequenti anno V. C. CMLXXIV superstite adhuc Elagabalo, usque in ineuntem martium A. V. C. Varr. CMLXXV, ut saepe jam probatum.

AV K Γ IO YH MAΞIMЄINOC CЄB K Γ IO YH MAΞIMOC KAICAP Capita adversa Maximini laur., et Maximi Caesaris nudum.

KAICAPЄΩN KIBYPATΩN N ЄTOYC BIC An. CCXII Ceres stans habitu brevi praecincta, d. facem, s. canistrum capiti impositum sustinet. Ær. I.

Pell. Mel. II p. 188. Bellejus M. T. XXIV. p. 121.

Alexander Severus Maximini fraudibus interficitur, non ut communis ferebat opinio, mense Octobri An. V. C. Varr. CMXXCVIII; sed ut nos quidem fuse probavimus in lib. n. Ær. Vulg. pag. 292, et 293, tum in hoc ipso, labente vere ejusdem anni. In nostra sententia notae BIC ostendunt Epochae cardinem anteriorem esse non posse autumno An. V. C. Varr. DCCLXXVI; nam si a verno tempore ejusdem anni eam numeraveris, exiisset annus suprascriptus antequam Maximinus, Alexandri caede patrata, imperium Roma-

num invaderet, finem scilicet habuisset appetente vere An. V. C. Varr. CMXXCVIII, superstite adhuc ad aliquod licet breve tempus Alexandro Severo. In aliorum autem sententia posterior etiam idem cardo dicendus esset autumno ejusdem anni V. C. Varr. DCCLXXVI. Nam si interfectum velis Alexandrum mense Octobri An. V. C. Varr. CMXXCVIII, ut Cybiratis casus ille innotesceret, tum nummi Maximino inscriberentur, vides abiisse jam eorum epochae annum BIC, qui ab autumno An. V. C. Varr. DCCLXXVI numeretur. Sed cum vera sint, ut ego quidem non dubito, nostra ratiocinia, quae etiam alibi confirmabimus de postremo vivendi tempore Alexandri Severi, primum hujus epochae extremum praecedere non poterit autumnum An. suprascripti V. C. Varr. DCCLXXVI. De altero extremo vide in seqq. nummis Tranquillinae. Nam notae BIC ex secundo A. V. C. DCCLXXVIII in isto dant An. V. C. CMXC, superstite adhuc Maximino usque post vernum tempus insequentis anni CMXCI. Vide in Vrbe Aegaea.

ΦΡ ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ CЄB Caput Tranquillinae Aug.

ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ In area ΘΙC An. CCXIX Victoria gradiens, d. coronam, s. palmae ramum. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 204. Bellejus loco cit.

.... ΚΥΛΛЄΙΝΑ CЄB Caput Tranquillinae Augustae.

ΚΙΒΥΡ.... In area ΘΙC An. CCXIX Victoria gradiens, d. corollam, s. palmam. In area infra corollam capsula, sive tessera. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXII. n. 342.

Gordianus Pius septimo imperii anno Philippi dolo interficitur in extremis Persarum finibus, labente aestate An. V. C. Varr. CMXCVII. Vide lib. n. pag. 295, et seq. Si notas ΘΙC iteraveris ab autumno An. V. C. Varr. DCCLXXVIII, eas in exitu futuras fuisse deprehendes autumno An. V. C. Varr. suprascripti CMXCVII, sublato nempe Gordiano Pio ante aliquot menses. Hinc patet alterum hujus epochae

extremum proferri haud posse ultra autumnum An. V. C. Varr. DCCLXXVIII. Optandum maxime, ut uberior horum numismatum copia in lucem prodeat, tum ad ea confirmanda, quae superius allata sunt, tum ut magis illustrari queant tempora Alexandri Severi, Maximini, atque Gordiani Pii.

CLAVDIOPOLIS BITHYNIAE

Haec Vrbs, quae et Bithynium dicta Antinoi patria extitit, quem Hadrianus Caesar adamavit. Ejus nummi hactenus editi nullam epocham exhibent, si unum excipias ex Catal. Vind., quem hic minime omittendum duco.

AVT. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ (sic) ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ ΓΕΡ Caput Domitiani radiatum.

ΚΛΑVΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΡΜΔ Mulier stans, s. hastam gerit. Ær. 2.

Eckh. Catal. Vind. cum iconismo.

De notis res hactenus in medio relinquenda.

LAODICEA AD MARE IN SELEVCIDE PIERIA

Maritima haec Vrbs Syriae caeteris ejusdem nominis longe clarior tam in nummis autonomis, qui sunt magno numero, quam in iis Principum Romanorum Æram suam inscripsit. Ad ejus cardinem definiendum aptissima sunt ratiocinia, quibus utitur Norisius, quaeque instituuntur ex S. Leone M, et Eusebio Pamphili, qui scribunt Manichaeorum haeresim erupisse Probo, Paulinoque Consulibus, qui sunt indices An. V. C. Varr. MXXX, Probi imperantis anno secundo, anno Antiochenae Vrbis ad Orontem CCCXXV, Laodicensium vero, de quibus modo sermo est, anno CCCXXIV. De his etiam a me fuse actum est in lib. II. Vulg. Ærae. Verum, ut ibidem innuimus, ea ratiocinia ostendunt quidem epocham hanc posteriora initia habere debere

verno tempore anni V. C. Varr. DCCVI, quoniam ex hoc cardine numeratis an. CCCXXIV Laodicensium, finem haberent revertente vere An. V. C. MXXX, quo tempore Probo imperanti primus adhuc annus labebatur, in Imperatorem electo ab Orientali exercitu sub exitum Aprilis anni praecedentis V. C. MXXIX; non probant tamen, nisi ex analogia quadam, atque exemplo Antiochenae Vrbis, aliarumque Syriae Civitatum, eandem epocham autumno ejusdem anni V. C. DCCVI illigandam esse. Revera namque computatio ex notis ab Eusebio Pamphili praemissis recte quoque procedere potest, si calculi instituantur a verno tempore anni V. C. DCCVII. Dabunt enim initum annum CCCXXIV Laodicensium vere ineunte anni suprascripti MXXX Probo, Paulinoque Consulibus, ac decurrentem ab expirante Aprili ejusdem anni, secundum imperii Probi annum. Praeclare modo res habet, quod ex tribus praestantissimis monumentis, atque ex instituto nostro ratiocinia Cl. Norisii certa ratione demonstrari, ac confirmari possunt. Ex vetusto enim marmore Chandleri evincitur Laodicensium epocham posteriora initia habere debere verno tempore A. V. C. Varr. DCCVI, idque praecipue ex num. Antonini Pii; ex praestanti vero numismate Domitiani evidens fit eandem posteriorem esse non posse ineunte autumno ejusdem anni.

Eximius Lapis Laodicensium apud Chandlerum Inscript. antiq. pag. 92. sic habet:

ЄΤΟΥϹ ΗΞϹ ΜΗΝΟϹ ΞΑΝΘΙΚΟΥ ΥΠΑΤΩΝ ΟΥ.....
ΟΥ Γ.. ΑΤΟΥ Κ... ΙΟΥ... ϹЄΛЄΥΚΟΥ

Anno CCLXVIII *mense Xanthico Consulibus*.... GRATO et... SELEVCO. Apud Pocockium edit. Lond. anni MDCCLII pag. 5. n. 20. sic legitur: ΕΤΟΥΣ ΗΞΣ ΜΗΝΟΣ ΞΑΝ... ΤΩΝ ΥΠΑΤΩΝ ΟΥΑΛΗΡΙΟΥ ΓΡΑΤΟΥ ΚΑΙ ΣΑΒΙΝΙ ΑΝΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Descripta innuitur e schedis Anglorum in Aleppo degentium. Gratus, et Seleucus Consules certi sunt indices anni V. C. Varr. CMLXXIV. Si

notas HΞC iteraveris a vere ineunte, sive aequinoctio verno An. V. C. DCCVI, annus ille in exitu erit revertente vere A. V. C. CMLXXIV. Igitur antequam lapis ille dedicaretur; positus enim legitur mense Xanthico, qui respondet post aequinoctium vernum Aprili anni Juliani emendati; posteriora ergo initia assignanda huic epochae, quam quae ducantur ab ineunte vere An. V. C. DCCVI. Id vero clarius probat nummus Antonini Pii cum notis ΕΠΡ, quem vide suo loco. Non excludunt tamen utriusque monumenti notae, aequinoctium vernum insequentis anni V. C. DCCVII, ut per se patet. Sed id invicte praestat Domitiani numisma cum notis ΔΜΡ, de quo vide inferius. Nam si a verna tempestate A. V. C. DCCVII ducendae essent, cusus nummus dicendus foret post sex menses a caede Domitiani. Notandum hic potius quo ad allatam inscriptionem, utrique Consuli praeter praenomina, quae jam innotescunt *Sabiniani Grati*, *et Claudii Seleuci*, alia quoque juxta morem eorum temporum videri tribuenda, quae tamen in marmore pene evanuerunt, *Valerii* fortasse pro primo, ut in exemplo Pocockii legitur.

Tam de Vrbe Aradiorum, quam de hac Laodicensium non pauci supersunt nummi Trajani cum notis chronol., et adjecto Parthici titulo, quem ille nonnisi postremo vitae suae tempore sibi promeruerat, et a Senatu acceperat, ut indubia latini commatis monumenta fidem faciunt. Quo ad nummos Aradiorum res non improspere componitur, ut titulus ille postremum tantum ipsius vitae biennium complectatur. Sed in hisce Laodicensium titulus idem ad supremum ipsius Trajani vivendi triennium extendatur oportet, nisi epochae cardo ab autumno An. V. C. Varr. DCCVI dimoveatur, quod tamen fieri nequit, ut jam dictum est, et ex nummo mox afferendo patebit. Fatendum itaque Laodiceam Vrbem assentationis gratia Trajano ante tempus, et longe quidem ante Romani Senatus decreta, cum ille in

Orientem profectus ad expeditionem Parthicam suscipiendam se compararet, Parthici titulum detulisse. Ac propterea ex hujusmodi titulo nullum certum argumentum peti posse ad hujus epochae cardinem definiendum, quod tamen ex aliis indubiis monumentis eruitur.

.... CЄBACTOY Caput Tiberii laureatum.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Infra ΒΞ An. LXII Mulier stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 3.

Schedae Sestinii ex Mus. Ainsel., Descripr. N. V. pag. 519.

Primo quoque tempore editus nummus iste in honorem Tiberii, ex quo decedente Augusto a. d. XIII Kal. Septembris An. V. C. Varr. DCCLXVII, imperii Romani habenas solus moderari coepit. Signant autem notae ΒΞ An. V. C. DCCLXVIII ex autumno praecedentis anni.

ΝΕΡΩΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ Caput Neronis laureatum. In area ad mentum ΦΙ.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Caput muliebre turritum, et velatum. In imo ΙΣΑ, in area pone caput ΑΡΙΣ, ante ΑΙΡ, idest An. CXI. Arg.

Pell. T. IX Lett. p. 170 Tab. II, n. 6.

Notae ΑΙΡ etiam in Antiochenis argent. occurrunt, atque junguntur majori ex parte cum anno Neronis X. Spectat autem nummus iste ad An. V. C. Varr. DCCCXVII ex autumno pracedenti.

ΔΟΜЄΤΙΑΝΩ ΚΑΙCΑΡΙ CЄΒ ΓЄΡΜΑΝΙΚΩ Caput Domitiani laureatum. In area ΒΛΡ An. CXXXII.

ΙΟΥΛΙЄΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ Caput muliebre turritum, et velatum. In area, hinc inde Χ CΑ, et monogramma ΠΑ. Ær. 2.

Mei quatuor, Eckh., Catal. Vind., Vaill., Noris, Sestin. Vide Mus. n. Tab. XVII n. 85.

Alius, sed epocha ΓΛΡ An. CXXXIII.

Eckhel. Doctr Num. V.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΜΙΤΙ.... ΔΜΡ An. CXLIV Caput Domitiani laureat.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟ..... Mulier dex. elata corollam gerit, s. cornucopiae, ad pedes navis gubernaculum. Ær. 3.

Odericus ex Mus. Ant. Benedicti cum iconismo, p. 121. Romae edit. An. 1777.

Dolendum sane, quod alii huic similes nummi ex injuria temporum epocham amiserint: talis est, quem describit Eckhel. Catal. Vind.: tales duo alii, quos ipse possideo, sed in lucem deinceps proferet aetas, qui hujus nummi lectionem, si recte excepta, confirmaturi sint. Probant autem ipsius notae ΔΜΡ Epochae Laodicenae cardinem posteriorem esse non posse autumno An. V C. Varr. DCCVI. Domitianus enim interficitur a. d. XIV. Kal. Octobris An. V. C. Varr. DCCCXLIX. Annus itaque ΔΜΡ, si ducatur a verno tempore An. V. C. Varr. DCCVII, ostenderet nummum percussum fuisse Nerva imperante, ac Domitiano ante sex menses jam interfecto, ideoque ab autumno praecedenti removeri nequit epochae hujusmodi exordium. Ostendunt autem notae suprascriptae ΔΜΡ Laodicenses annum suum civilem ineunte potius autumno, quam eodem deficiente auspicari consuevisse, ut intelligamus nummum emissum fuisse nondum ipsis perspecta Domitiani caede. Cum itaque ex allato Chandleri monumento, et ex Antonini Pii nummo mox afferendo epocha hujusmodi posterior esse debeat verno tempore An. V. C. DCCVI, postremo concluditur uni autumno ineunti ejus anni illigandam esse.

ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙ ϹЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚΙ Caput Trajani laureatum.

ΙΟΥΛΙЄΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ ΑΞΡ Caput muliebre velatum, et turritum, ante ΜΚΟ. Ær. 2.

A me descriptus ex Catalogo Musei Cusineriani.

Probat iste Trajanum admisisse Optimi titulum ante quam alterum Parthici reciperet.

ΑVΤΟΚΡ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹЄΒ ΓЄΡ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ΙΟVΑΙЄѠΝ ΤѠΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄѠΝ ΒΞΡ. An. CLXII. Caput muliebre velatum, et turritum. In area monogramma Δ, in aliis ΙΟV, aliaque monogram. Ær. 2.

Mei plures, Catal. Theup., Vaill., Noris. Vide Mus. n. T. XVIII. n. 110.

ΑVΤΟΚΡ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹЄΒ ΓЄΡ ΔΑΚ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

ΙΟVΑΙЄѠΝ ΤѠΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄѠΝ ΒΞΡ An. CLXII Caput femineum velatum, et turritum. In area ΙΟV. Ær. 2.

Meus integerrimus. Vide Mus. n. Tab. XVIII n. 111.

Alius, sed cum monogrammate Ꝁ. Ær. 2.

Noris de Epoch. Meus item.

In hisce duobus Laodicensium nummis cum notis ΒΞΡ titulus Parthici Trajano adjectus cernitur, in pluribus vero, qui easdem insculptas notas exhibent, abest titulus ille. Rursus cum notis ΓΞΡ, alii nummi titulum suprascriptum referunt, alii vero omittunt. Notae ΒΞΡ ex demonstratis signant annum V. C. Varr. DCCCLXVIII, ex autumno praecedenti; notae vero ΓΞΡ exitum habuerunt autumno insequentis An. V. C. Varr. DCCCLXIX. Cum autem Trajanus diem suum obierit Selinunte in Cilicia Augusto labente An. V. C. Varr. DCCCLXX, hinc patet Laodicenos nummos etiam edere potuisse cum notis ΔΞΡ, qui pariter titulum Parthici referrent, et annum Trajani emortualem complecterentur. Quae cum ita se habeant mirari subit primo, quod in tanta nummorum copia a Laodicenis emissa, qui duos praecedentes annos exhibent, nulli hactenus reperti sint, qui ad postremum vitae Trajani, ejusque imperii annum pertineant,

quo revera tempore titulum Parthici capta Cthesiphonte admiserat ex Senatus decreto, cum antea ab exercitu oblatum recusasset, altero optimi contentus; secundo quod in plerisque nummis ejusdem Vrbis, qui notas exhibent ΓΞΡ, caeteris Trajani titulis vetustioribus ΓϹΡ. ΔΑΚ retentis, solus ille Parthici recentior, quemque sibi novis semper victoriis tum maxime promeruerat, omittti potuerit; tertio denique, quod si standum sit hujusmodi nummis titulus Parthici non ad unum tantum, et alterum, sed ad tres consequentes annos spectare dicendus sit. Quae omnia, ac praecipue hoc postremum in causa sunt, cur adhuc in consilium eundum esse videatur de Parthici titulo, quo hujusmodi Laodicenorum nummi inscribuntur. Monumenta latina, quae adhuc supersunt in honorem Trajani publice consecrata, ut ad portum Anconitanum, cum ejus Tribunic. potestate XIX caeteros omnes exhibent titulos *Optimi Germ. Dacici*, uno tamen Parthici titulo carent; nummi etiam commatis Romani quotquot hactenus ad nos pervenerunt eum titulum nonnisi cum Tribunic. potestate XX Trajani conjunctum referunt. Horum, et ipse quatuor possideo, qui omnes sic habent: IMP CAES NER TRAIANO OPTIM AVG GERM, et in aversa parte DAC PARTHICO P M TR POT XX COS VI PP, et in medio coronae querceae S C. Quod ad nummos vero graece loquentes; qui in Ægypto percussi sunt, qui sane omnem sibi fidem, et auctoritatem jure conciliare debent, quoniam singulos quosque annos imperii, ut caeterorum Principum Romanorum, ita et Trajani notant, cum titulo Parthici postremum vitae Trajani biennium complectuntur, annum XIX, et XX L ΙΘ, et L. Κ; in aliquibus insuper cum anno XIX, L ΙΘ titulus ille desideratur, quod argumento est non statim a Neomenia Thoth, sive die XXIX Augusti An. V. C. Varr. DCCCLXVIII Ægyptios eum titulum monetae adjecisse, vel quod nondum ille Trajano accessisset, vel certe, quod non-

dum ipsis innotuisset. Nummi Aradiorum pariter biennium tantum designant. Ii vero Chalcidis, et Tyriorum, qui hactenus editi sunt, annum solummodo postremum. Nihil dicam de nummis Antiochenorum, Beroeensium, Hieropolit. Zeugm. etc. quoniam notae adjectae non ad annos imperii, sed ad Monetariorum signa referendae. Vnicum itaque exemplum in hisce Laodicensium nummis habemus de titulo Parthici, qui ad ejus epochae triennium sit referendus. In uno quidem meo nummo cum notis BΞP, vocis ΠΑΡ prima litera Π secat lit. K vocis ΔΑΚ, reliquae duo inhaerent laciniae chlamydis, ipsique collo Trajani, ut suspicari quis possit typariis formis, quae jam in Officinis extarent vocem illam deinceps adjectam fuisse, non emendatis in aversa parte epochae notis. In altero tamen meo nummo cum iisdem notis BΞP epigraphe recte disposita cernitur, ut Tab. cit. p. 230. Cum haec itaque ita sint a veritate minime abhorrere existimo, si asseramus, ut initio dictum est, Laodicensium assentationi adscribendum, quod titulum Parthici aliquibus suis nummis adjecerint vix suscepta per Trajanum expeditione in Parthos. Ad hujus vero epochae cardinem inveniendum, neque sane eo utimur, neque necesse est, ut utamur.

Cl. Eckhelius D. N. V. T. VI in Trajano p. 461 veretur ne Norisius deceptus fuerit in legenda Epocha BΞP cum titulo Parthici conjuncta, ideoque nullam ejus rationem habet ibidem, tum illum omittit T. III p. 318, ubi notas sub Trajano recenset. Verum mei duo superius descripti nullum dubitationi locum relinquunt, quod ita legendum sit, ac Norisii lectionem confirmant, denique requirunt, ut de Laodicenorum inconstantia in notis BΞP, et ΓΞP modo cum Trajani titulo Parthici, modo eo omisso signandis, causa aliqua probabilis assignetur.

ΑΥΤΟΚΡ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹЄΒ ΓЄΡ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΓΞΡ An. CLXIII. Caput muliebre velatum, et turritum, ante quod monogramma ☧. Ær. 2.

Meus duplex. Eckhel. Catal. Vindob. Vide Mus. n. Tab. XVIII n. 112.

Alius, sed cum monogram. ΜΚΟ, alius item cum ΚΑ. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vindob.

ΑΥΤΟΚΡ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹ ΚΑΙϹ ϹΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ ΠΑΡ. Caput Trajani laureatum.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΓΞΡ An. CLXIII Caput velatum, et turritum. Ær. 2.

Noris de Epoch.

Alius, sed cum monogramm. Μ ΚΟ ΚϹ Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVIII n. 113.

Alii quatuor cum eadem epigraphe utriusque partis, et notis ΓΞΡ, capite velato, et literis ΙΟΥ, ΚΟΜ et ΠΑ in nexu, ut paulo supra. Ær. 2.

Mei. Sestinius Descript. N. Vet. p. 519.

Alius, sed ΚΟΥΜ. Ær. 2. Arigonius.

Caput Trajani, epigr. omissa.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΓΞΡ An. CLXIII Pallas stans, d. temonem, sin. noctuam. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Alius, sed Mulier stans, cum temone, et icuncula. Ær. 3.

Idem Vaill.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤ. Caput Hadriani laureatum.

...... Ν ΤΩΝ Κ .... Caput muliebre turribus luxurians, capillis circa frontem circinatis, et retro in

lunulam contortis, pendente botro cum pampino ex aure d., ante annus ΘΞΡ CLXIX. Arg. 1.

Sestinius Let. T. VI ex Mus. Knoblesdorf.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒΑϹΤ. Caput Hadriani laureatum.

ΙΟΥΛΙЄωΝ ΤωΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄωΝ In area ΟΡ An. CLXX. Protome Vrbis turritae. Arg. m.

Apud Petrum Buranum a me descriptus.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒΑϹΤ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

ΙΟΥΛΙЄωΝ ΤωΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄωΝ In area ΑΟΡ Anno CLXXI Caput muliebre turritum. Arg. m.

Pell. Mel. I. p. 187, et Tab. VIII. n. 6.

Cl. Sestinius Descript. Num. Vet. p. 519. n. 26 nummum Antonini Pii describit cum notis ΠΡ; sed aut error Typographi admittendus, vel minor nota in autographo evanuisse dicenda est. Annum enim designant eae notae V. C. Varr. DCCCXXCVI ab autumno praecedentis anni; Hadrianum autem vitam cum morte commutasse constat anno V. C. Varr. DCCCXCI, vix ante aliquem mensem Antonino Pio ad imperii successionem sibi in filium adoptato.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ ЄΥϹ Caput Antonini Pii laureatum.

ΙΟΥΛΙЄωΝ ΤωΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚЄωΝ ΕΠΡ An. CLXXXV. Caput muliebre turritum, et velatum. Ær. 2.

Noris de Epoch. p. 291.

Notae ΕΠΡ clare ostendunt Ærae hujus caput inchoandum post vernum tempus An. V. C. DCCVI. Nam Antoninus Pius ab Hadriano adoptatur a. d. V. Kal. Martii An. V. C. DCCCXCI, atque Hadriano vitam cum morte commutante a. d. VI Id. Junii ejusdem anni, tum primum Augustus dicitur, eique succedit. Cum itaque notae ΕΠΡ, quae ducantur ab ineunte vere An. V. C. DCCVI, finem habuisse dicendae forent revertente vere An. suprascripti DCCCXCI,

hinc sequitur nummum hunc cum titulis Imp., et Augusti nonnisi signari potuisse post Hadriani obitum, ideoque excludunt vernum tempus A. V. C. DCCVI, a quo ducenda sit epocha, de qua sermo est. Ab eodem etiam cardine nec perspecta esse potuerat Antonini adoptio ante exitum An. ΕΠΡ.

ΑVΤ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕVϹ Caput Antonini Pii laureatum.

ΙΟVΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΖΠΡ Caput muliebre turritum. Ante faciem in area Θ. Ær. 2.

Noris de Epoch. Meus item.

Alius, sed capite turrito, et velato sine monogrammate Ær. 2.

Catal. Theup.

Alii duo cum literis ΜΟVΚ, et ΦΟ. Ær. 2.

Vide Mus. n. Tab. XXXVIII, fig. 40. Sestin. Descript. N V. p. 519, et 520.

ΑVΤ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕVϹ Caput Antonini Pii laureatum.

ΙΟVΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΗΠΡ An. CXXCVIII Caput muliebre turritum. In aliis etiam velatum. Quidam nummi habent monogrammata ΚΟ, ΜΟ, ΦΟ etc. Ær. 2.

Noris. Vaill. Catal. Theup., et Vind. Sestin. mei plures. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 41.

ΑVΤΟ ΚΑ ΤΙ ΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ϹΕΒ Caput Antonini Pii laureat. In meo signum incus. cum facie ipsius Antonini Pii.

ΙΟVΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. In area ϘΡ An. CXC Caput muliebre turritum. Ante faciem in area monogram. ΕΕ, et ΝΘ, ΜΟVΚ etc. Ær. 2.

Mei plures. Catal. Theup. Noris. Eckh. Catal. Vind. Vaillantius, aliique. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. fig. 42.

AVT KAI TI AI AΔP ANTωNЄIN ... CЄB Caput Antonini Pii laureatum.

IOVΛIЄωN TωN KAI ΛΑΟΔΙΚЄωN AqP An. CXCI. Genius Vrbis turritus. Ær. 2.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel.

Caput M. Aurelii, epigr. om.

IOVΛIЄωN TωN KAI ΛΑΟΔΙΚЄωN AqP An. CXCI. Caput turritum in templo distylo. Ær. 2.

Vaillantius, item Sestin. Descript. cum typo Dianae.

Nisi omissa, vel vitiata esset adversa pars, faciem M. Aurelii juvenilem exhiberet, et Caesaris tantum nomen. Similem habes in Nummophylacio Reginae Svec. Tab. LX, quem Gesnerus perperam sub Faustina juniore recenset.

Nummus Commodi cum Epocha in aversa parte ЄΛC An. CCXXXV. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 323.

Nummus signatus VIII. imperii Commodi anno.

Iterum hoc postremo loco innuere lubet scrupulum, nec levem, qui animo mihi inhaeret de Epocha Laodicensium, quae cum titulo Parthici triennium complectatur oportet, ut in Trajano diximus; neque enim ex una assentationis causa leniri potest difficultas, quae oritur ex silentio, quod in hac rerum hypothesi servatum a Laodicenis fuisse concedendum est postremo vitae, et imperii anno ipsius Trajani. Quis enim sibi suaderi poterit Laodicenos, qui duobus praecedentibus annis tanto studio, et tanta copia nummos emiserant in obsequium optimi illius Principis, ejusque victoriae Parthicae testimonium, ultimo ejus vitae anno, quo tempore omni potiori jure eidem Parthici titulus debebatur, eique ampliora accesserant triumphi ornamenta, suam erga ipsum voluntatem, laetitiamque manifestare neglexisse? Viderit itaque posterior aetas quid in hoc nodo solvendo ex novis, quae prodeant monumentis proficere poterit.

Documentorum, quibus modo hujus epochae cardo nititur, summa haec est: ex Eusebii Chron., et ex literis S. Leonis Papae, item ex Chandleri marmore, et nummo Antonini Pii cum notis ЄΠΡ, posterior esse debet verno tempore A. V. C. Varr. DCCVI, quin tamen excludatur vernum tempus subsequentis anni. Ex Domitiani vero nummo cum notis ΔΜΡ excluditur etiam hoc alterum extremum, probaturque eundem cardinem nec posteriora initia habere posse ineunte autumno ejusdem anni V. C. DCCVI. Sed de hoc nummo optandus alter similis testis, vel idem nummus in examen revocandus. Quod Parthici titulus non ultra biennium, nec integrum in caeteris omnibus Trajani monumentis progrediatur, nummi vero Trajani Laodicensium, qui jam innotescunt cum eodem titulo Parthici biennium complectantur, consequens foret, quod isti pariter nummi ab binos postremos vitae, et imperii Trajani annos essent referendi. Sed obstant suprascripta monumenta de ejusdem epochae cardine. In hoc difficultatis nodus consistit, de quo antea dictum est; nam oporteret epochae cardinem statuere in autumno A. V. C. DCCVII, sed ob notas ΗΞC conjunctas cum mense Xanthico, et cum consulatu Grati, et Seleuci protrhai nequit ultra vernum tempus hujus anni, quod idem dicito de calculis, notisque positis a S. Leone, et Eusebio Pamphili circa ortum Haeresis Manichaeorum, ne quid addam de nummo Domitiani, de quo tamen, ut dixi, alium similem exoptarem, qui inveniretur.

LAODICEA PHRYGIAE

Haec Vrbs Phrygiae in primis nobilis, quae deinceps Cariae adscripta in causa extitit, ut a recentioribus modo in prima, modo in hac secunda provincia recenseatur. Ex nummo Caracallae, in quo Rhea Jovem puerulum gestans media inter Corybantes cernitur cum epigraphe ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ

ΝΕΩΚΟΡΩΝ, et notis ΤΠΗ Vaillantius epocham quandam in iis agnoscendam esse auctor fuerat, cujus quidem opinionem deinceps amplexi sunt Pell. Mel. II p. 323, et Auctor Catal. Theup. ob binos alios Caracallae nummos cum iisdem notis, diverso tamen typo in aversa parte. Denique Cl. Eckhelius Num. Vet. pag. 260 de eadem erudite disputans ab epocha agnoscenda se minime alienum ostendit, quamvis ejus exordium a Vaillantio costitutum, et merito quidem, repudiandum esse statuat ob Neocoratus titulum hisce nummis adjectum, quem nonnisi mortuo Severo patre a Caracalla Laodicensibus concessum fuisse in comperto est. Ipse quidem de iis notis ΤΠΗ interpretationem miuime admiserim Cl. le Blond, quam jure respuit laud. Eckhel. sed nulla ratione adduci posse videor, ut in iis epocham aliquam agnoscam. Atque ex multis duo haec innuere sufficiant. Primum cum ingens copia nummorum inscriptionibus figuris, et magnitudine insignium a Laodicensibus statim a Neocoratu accepto in honorem Caracallae edita fuerit, inter quos alterum mole spectabilem nondum editum, et ipse possideo, rogo cur diversi in iis anni minime insculpti fuerint manente saltem Caracallae imperio? Alterum vero istud est, quod ad omnem controversiam dirimendam, aptissimum judico: Apud Equitem Rushout ex proceribus Northvvich Anglum harum mercium cultorem egregium doctissimumque nummum integerrimum maximi moduli ejusdem Caracallae nuper inspexi, eique plane similem, quem supra ex Vaillantio descriptum habes; in quo tamen in cippo, sive basi, cui insistit Rhea Jovem puerum complexa clare conspicuae sunt literae ΛΛΝ. Quid quaeso hujusmodi literae cum epocha designanda commune habere possunt? Jure igitur in superioribus literae etsi ad Æram aliquam exprimendam aptae videri possint, eandem tamen admittere nequeo cum de Laodicensium Phrygiae nummis sermo sit, in quibus nusquam alias, quin immo in alio simili, eodem-

que tempore edito, notae sive initiales literae plane diversae, et ad annum aliquem exprimendum ineptae prorsus occurrant.

LEVCAS COELESYRIAE

Vrbem hanc ad fluvium Chrysorhoam sitam teste eximio Pell. nummo P. II. pag. 200. Tab. LXXIX. n. 58, quem egregie more suo illustravit Bellejus Mem. T. XXXI, ejusque duplicem epocham suis quamque certis finibus nummorum subsidio circumscripsit. Posteriorem in Claudii Imp. honorem ob aliquod ab eo beneficium acceptum institutam fuisse docent nummi, in quibus Leucas Claudiae quoque nomen assumpsit. Ex eo autem Trajani cum notis EN, et titulo ΔΑΚ sequitur eandem anteriorem esse non posse A. V. C. Varr. DCCCI, qui fuit imperii Claudii VII. Priorem vero epocham exemplo Amisi in Ponto, quae sublato Stratone Tyranno Æram libertatis suae instituit, ducendam optime animadvertit Bell. ab interfecto Lysania Ptolemaei filio Itureae Dynasta, ejusque Regionis, in qua Leucas, quem accusante Cleopatra, quod Parthis favisset, sine ulla cunctatione sustulit Antonius An. V. C. Varr. DCCXVIII.

Hinc ego meo jure inferam ex demonstrata Vrbium graece loquentium methodo conciliandi epochas suas cum Neomenia anni civilis, Leucadem quidem anno suprascripto DCCXVIII novam acceptae libertatis Æram instituendam decrevisse, quae tamen cum anno suo civili jungeretur ex anno praecedenti. Ac revera ab eo repetendam esse suadent nummus Macrini, et alter Gordiani Pii, hic quidem cum notis ΔΟC, ille vero cum ΔΝC, quos vide suo loco. Ex nummo vero Gordiani Pii cum notis ΔΟC certo Leucadis epocha ducenda post mediam aestatem, ideoque ex ineunte saltem autumno.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΓΕΡ ΔΑΚ Caput Trajani laureat.
ΚΛΑΥΔΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ ΕΝ An. LV. Imp. paludatus agit quadrigas, d. aquilam. Ær. 3.
Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec., Sestin.
Alius, sed Victoria in quadrigis. Ær. 3.
Vaill.

Imp. Trajanus Cos. IV design. V An. V. C. Varr. DCCCLVI Dacicus appellatus est. De hoc Chronologiae capite vid. eruditiss. Norisius, a me quoque actum in lib. n. Ex quo sequitur secundam in hoc nummo epocham designari, eamque anteriorem esse non posse An. V. C. Varr. DCCCI, Claudii Imp. VII, cujus gratia epocha hujusmodi instituta fuisse dicenda est ob aliqua ab eo peculiaria beneficia accepta. Vnicus hic est Leucadis nummus, cujus epocha a recentiori exordio sine dubio repetenda sit.

ΚΛΑΥΔΙΕѠΝ ΘΠ An. LXXXIX Caput Hadriani laureatum.
ΛΕΥΚΑΔΙѠΝ Caput Claudii radiatum. Ær. 3.
Pell. S. I. p. 36 Tab. II. n. 5.

Detritum fuisse suspicor nummum istum in imagine Hadriani, quam ut incertam exhibet idem Pellerinius. Vide de hoc in sequenti.

ΛΕΥΚΑΔΙѠΝ Caput Claudii radiatum.
ΚΛΑΥΔΙΕѠΝ ΘΠ An. LXXXIX. Caput Agrippinae spicis redimitum. Ær. 3.
Sestin. Descript. N. Vet. p. 529 ex M. A.

Anteponenda mihi videtur descriptio hujus nummi a Cl. Sestinio proposita, ex integerrimo autographo, quo exhibetur caput femineum corona spicea redimitum prae altera Pellerinii ex praecedenti nummo, quem ex injuria temporum non levia detrimenta tulisse ex ipso iconismo patet. Pellerinius quoque de imagine Hadriani dubitat, cujus etiam typus plane insolens videtur. Consonat autem epocha ex An. V. C. DCCXVII, tum ratio omnis, ut Agrippinam agnoscamus, cui Vrbs Leucas eidem obsequii officia simul cum

Claudio exhiberet, quae tantum poterat apud maritum, ut post incestas nuptias, quas an. V. C. DCCCII cum patruo inierat, sequenti anno L. suum Domitium ex altero marito susceptum in filium ab eo adoptari obtinuerit, spretoque Britannico legitimo Claudii filio, eundem tandem sublato Claudio ad imperium evexerit. Hinc non aliter etiam Pellerinii numisma supplendum videtur, atque agnoscenda in utroque nummo prima Leucadis epocha, quae ex constituto a nobis cardine in An. DCCXVII, designat A. V. DCCCVI.

Caput Caracallae, epigr. omissa.

ΛЄVΚΑΔΙΩΝ ΑΝϹ An. CCLI. Ær. 2.

Bell. Mem. T. XXXI ex Mus. Surbek, deinceps D. de Coffe.

Annus iste ex prima Leucadis epocha An. V. C. Varr. DCCXVII, incidit in An. V. C. Varr. CMLXVII ex autumno in autumnum insequentis anni, biennio circiter ante necem Caracallae.

ΑV Μ ΟΠЄΑ ΜΑΚΡЄΙΝΟϹ ϹЄ Caput Macrini laureatum.

ΛЄVΚΑΔΙΩΝ ΔΝϹ An. CCLIV Figura habitu brevi in curru, d. extensa, s. globum gerit. Ær. 1.

Pell. Mel. II, pag. 166. Bellejus, qui eum illustrat, atque egregie infert epochae hujus cardinem posteriorem esse non posse autumno A. V. C. Varr. DCCXVII. Macrinus enim interficitur ante d. VII. Id. Jun. An. V. C. Varr. CMLXXI, cujus autumno exierat ann. ΔΝϹ ex suprascripto cardine.

ΑV Κ ΟΠ Ϲ ΜΑΚΡЄΙΝΟϹ ϹЄ Caput Macrini laureatum.

ΛЄVΚΑΔΙѠΝ ΔΝϹ An. CCLIV. Quadrigae a fronte cum aurigante, d. elata, s. globum. Ær. 1.

Catal. Theup. Sestin. Descript. N. V.

A superiori parum diversus, ubi easdem notas jam explicavimus.

ΑVΤΟΚ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Caput Gordiani Pii.

ΛЄVΚΑΔΙѠΝ ΔΟϹ An. CCLXXIV. Caput muliebre turritum in templo 4 columnarum. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Numm. Graecis.

Interfectis circa mediam aestatem ex seditione militari Balbino, et Pupieno An. V. C. Varr. CMXCI, Vlpio, et Pontiano Cos, ut a me pluribus demonstratum, confirmatumque est in lib. de Vulg. Ærae Emend. tum in hoc libro, solus imperii habenas suscepit Gordianus Pius, qui antea nunciata Romae nece utriusque Gordiani Africani, Caesar a Senatu, populoque factus fuerat. Rectissime itaque Bellejus statuit hujus epochae cardinem anteriorem esse non posse anno V. C. Varr. DCCXVII. Venia danda Vaill., et Norisio, qui quidem cum unicum hunc Gordiani nummum perspectum habuerint, non vero alterum ipsius Gordiani cnm notis HOC, nec insuper binos Macrini, quos supra descripsimus cum notis ΔNC, ex conjectura Æram in hoc, de quo agimus, nummo Augustanam agnoverint. Patet vero nummum hunc editum fuisse post mediam aestatem, ideoque ante ineuntem, vel labentem autumnum A. V. C. CMXCI, a quo annus novus Leucadis inciperet.

Caput Gordiani Pii cum epocha in aversa parte.

COC An. CCLXXV. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 324.

Alius cum notis HOC An. CCLXXVIII. Ær. 2.

Pell. ibidem.

Intra quadriennium cusus ante Gordiani necem.

MOPSVS CILICIAE

Ad Pyramum fluvium haec Vrbs sita erat, de qua mentionem habet Cicero Epist. ad Famil. lib. III Ep. VIII, Strabo praeterea, aliique Geographi. Ab ipso Mopsi, vel Mopsuestiae nomine patet ipsius Conditorem extitisse Mopsum Apollinis vatem, cujus Lar, focus, sive ara ibidem stetisse innuitur, quam expressam vide in praeclaro Diadumeniani nummo suo inferius loco. Hactenus ejus epocha

ducebatur ab An. V. C. Varr. DCXCV, vel DCXCVI. Modo vero ex duobus integerrimis nummis Macrini, et Diadumeniani cum not. chronol. ЄΠC, quae nunc primum innotescunt, alia instituenda sunt ratiocinia. Vel enim statuendum est Vaillantium in errorem abreptum fuisse, atque aliter legisse notas in tribus nummis, Antonini Pii nempe, Macrini, et Plautillae, quam rei veritas postulabat, vel si de tanto viro, tamque accurato non ita sentiendum est, praesertim cum binos ex recitatis nummis ex suo Museo se descripsisse testetur, admittere oportebit duplicem a Mopsuestenis epocham institutam fuisse, quarum una ab altera unico decennii intervallo distaret, atque insuper utramque in nummis Macrini ab ea Vrbe editis adhibitam fuisse. Affert ille Macrini numisma, cum aequitatis typo, et notis ЄOC; noster integerrimus indubiae fidei, et antiquitatis cum eodem aequitatis typo notas insculptas exhibet ЄΠC, quam lectionem pariter offert alter aeque integerrimus Diadumeniani cum arae ignitae symbolo, habens in area inscriptas notas, ut supra ЄΠC. Duplex igitur epocha sub iisdem Principibus, si Vaillantio fides, de qua ut dictum est, non audeo dubitare, adhibita agnoscenda est.

Quibus praemissis, ut utriusque fines more nostro modo definiam, ita statuo: notam jam epocham apud Vaill. ex nummo Macrini cum notis ЄOC anteriorem esse non posse aestate, vel autumno An. V. C. Varr. DCXCV, ex altero vero Plautillae cum notis AΞC nec posteriorem autumno ejusdem An. V. C. Varr. DCXCV. Alteram vero, quae numeranda ex notis anecd. ЄΠC in nummis Macrini, et Diadumeniani ob easdem rationes illigandam autumno An. V. C. Varr. DCXXCV. Vide in singulis recitatis nummis suo loco. In caeteris vero describendis nummis notas chronol., quas insculptas referunt, expendendas curabimus, ut pateat utri potius ex duabus propositis epochis aptandae videantur. Nulli hujus Vrbis nummi Norisio, nulli Pellerinio perspecti fuerunt, si

binos Pellerinii autonomos excipias.

Caput Antonini Pii, epigraphe omissa.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΗϘΡ An. CXCVIII Minerva galeata stans, d. victoriolam, s. hastam gerit. Ær. 2. Vaill. de Num. Graec. ex propr. Mus.

Primus hic est nummus Vaillantii, cujus notae, si iterentur a vetustiori cardine constituendo in autumno An. V. C. DCXCV, designabunt Ann. V. C. DCCCXCIII ex autumno praecedenti. Labebatur tum annus II, et III imperii Antonini Pii. Qua propter egregie jam a Vaillantio animadversum circa idem tempus Mopsuestenos in Foro statuam posuisse Antonino Pio agenti Tribunic. Potest. III Cos. III: *quod divina ipse in jure dicundo clementia sit usus, nec non vetera eidem Civitati jura firma, rataque esse voluerit*, ut in ejus basi graece scripta legitur. Si autem notae ΗϘΡ computentur a recentiori epocha A. V. C. DCLXXXV in exitu futurae fuissent revertente A. V. C. DCCCXXCIII octo circiter annos, antequam decedenti Hadriano succederet Antoninus. Vel ergo alia epocha, vel mendum agnoscendum in notis ΗϘΡ.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ Π Π Caput Antonini Pii sine laurea.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΖϹ An. CCVII Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam, prope clypeus. Ær. 2. Sestin. ex Mus. Ains. Meus item. Vide Mus. n. Tab. XXI. n. 182.

De hoc in sequenti.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ Π Π Caput Antonini Pii laureatum.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΗϹ A. CCVIII Pallas galeata, ut in superiori. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXI. n. 153.

Hunc, et superiorem nummum editos invenies in lib. II. de Vulg. Ærae Emend., ubi nondum nactus Macrini

nummum cum notis ЄΠC, et alterum Diadumeniani cum eisdem notis, ex Vaillantii calculis nostros quoque instituimus. Modo vero perinde est, sive illam retineamus, sive novam utrique nummo epocham aptare lubeat. Notaé enim ZΣ, et HΣ in utraque hypothesi optime cum imperio Antonini Pii conciliantur. Ducendae tamen sunt, vel ab autumno A. V. C. DCXCV, aut ab autumno A. V. C. DCXXCV, ut rectius modo cardinem statuendum existimo.

.... ΙΝΟC CЄΒΑC. Caput Antonini Pii laureatum:
ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΣΙΒ An. CCXII Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam, juxta quam clypeus. Ær. 3.
Sestin. ex Mus. Ains. Descript. N. V. p. 407.

Notae istae pariter cum utraque epocha recte conciliantur. Ex veteri enim designant An. V. C. CMVII, ex autumno praecedenti; ex secunda A. V. C. DCCCXCVII ab autumno A. DCCCXCVI praecedentis.

ΑVΤ Κ ΑVΡΗ ΟVΗΡΟΣ ΣΕΒ Caput laureatum.
ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΑΣ. Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam ante aram ignitam. Ær. 1.
Catal. Theupol. in L. Vero.

Quod in nummo desideretur praenomen ΛΟVΚ, vel Α incertum utrum L. Vero, an M. Aurelio sit adscribendus. Si legendae notae, ut supra ΑΣ CCI, nec L. Vero, nec M. Aurelio nummus convenire potest. Plerumque Α, et Λ inter se distingui nequeunt, nisi ex adjecta epigraphe. Emenda igitur, et loco Α substitue Λ. Erit annus CCXXX, qui tamen ex veteri cardine ab A. V. C. DCXCV nonnisi M. Aurelio convenire poterit; ex secundo vero utrique, atque annum designabit CMXV ex autumno praecedentis anni.

ΦΑVCΤΙΝΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Faustinae junioris.
ΑΔΡΙΑ ΜΟΨЄΑΤ ЄΤ ΑC Dimidia fluminis figura erecta expansis brachiis. Ær. min.
Meus. Vide Mus. n. Tab. XXII. n. 180.

Cl. Sestinius T. IV Epist. Num. p. 119 similem describit ex Mus. Ainsel. sed notas interpretatur de anno CCI, ac si legendum foret AC, eumque Faustinae seniori adscribit. Verum positis etiam notis AC pro ΛC, nummus cusus fuisset, vel quinquennio fere antequam Antoninus ab Hadriano adoptaretur ex secunda epocha, vel circiter quinquennio postquam adoptanti Hadriano successerat, quando Faustina sen. jam ante triennium decesserat, neque in nummis, nisi cum Divae nomine inscribebatur. In utraque itaque hypothesi Faustinae seniori convenire nequit. In nostro praeterea simili abest lineola, quae secet not. Λ, eaque vultus lineamenta praefert, quae juniorem Faustinam certo designant. Cum utraque autem epocha recte concilientur notae ΛC. Nam ex nostra A. V. C. DCXXCV annum designant CMXV ex praecedenti autumno; extitit autem primus, et secundus M. Aurelii jam imperantis ex martio mense An. V. C. CMXIV. Ex altera vero posteriori anni V. C. Varr. DCXCV, decimum, et undecimum ejusdem M. Aurelii imperantis annum exhibebunt, ut per se patet.

Caput Caracallae, epigraphe omissa.

ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΑΞC ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CΕΒΑCΤΗ An. CCLXI.

Caput Plautillae Aug. Ær. 1.

Vaill. ex prop. Mus.

Secundus hic est Vaillantii nummus, cujus notae ducendae ab autumno an. V. C. Varr DCXCV. In Vrbe Gaza jam probavimus Plautillae conjugium intra annum ab autumno plus minus An. V. C. Varr. CMLV ad annum adultum insequentis V. C. CMLVI, quo Plautianus pater in conspectu Severi, et Caracallae misere in palatio ipso interfectus fuit, initium, et finem habuisse, post patris necem mox ipsa Plautilla cum Plauto fratre, in Liparam Insul. Siciliae relegata. Ex quo patet epocham posteriorem esse non posse autumno A. V. DCXCVI. Sed praeterea cum nummus iste non modo Plautillae, sed etiam Caracallae imaginem exhi-

beat, non obscure indicat Mopsuestenos eundem primo quoque tempore emisisse ad celebrandas nuptias utriusque, et ut obsequii sui, et laetitiae publicae argumentum Severo patri praeberent, qui recens ab eorum regionibus in Vrbem reversus fuerat. Hinc inferre tuto possumus, epochae hujus cardinem jure, recteque constituendum in autumno anni V. C. Varr. DCXCV, totumque complecti nuptiarum Plautillae tempus, et An. V. C. CMLVI ex praecedenti autumno.

Caput Sept. Severi, epigr. omissa.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ЄΤ ΒΞC Anno CCLXII Diana venatrix telum depromit, s. arcum, in imo taeda, et cervus. Ær. 2.

Vaillantius de Num. Graec.

Notae in hoc nummo cum utraque epocha recte conciliari possunt, vel enim designant ann. V. C. CMXLVII ex autumno praecedenti, vel A. V. C. CMLVII ab eodem praecedenti tempore.

Caput Macrini laur., epigr. om.

ΑΔ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ЄΤ ЄΟC Justitia stolata stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Si vera sit lectio hujus nummi, ut initio diximus, non modo duplex admittenda est epocha, quae sit a Mopsuestenis intra decennium instituta, sed insuper fateri oportebit utramque ab ipsis signatam fuisse in ejusdem Macrini nummis, cujus rei tamen minime desunt exempla. Vide sub Vrbe, et Colonia Sinope suo inferius loco.

ΑΥΤ Κ Μ Ο CЄ ΜΑΚΡΙΝΟC ΑΥΓ Caput Macrini laureat. v. d.

ΑΔΡ ΜΟΨΕΑΤΩΝ. In area ЄΤ ЄΠC Anno CCXCV Æquitas stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 3.

Meus, quem delineatum reperies Mus. n. Tab. XXVII n. 268.

Μ ΟΠ ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝΟC ΚΑΙ Caput Diadumeniani Caesaris radiatum.

- ΑΔΡ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤΟΥ ΕΠC An. CCXXCV. Ara accensa cum basi, quae a duobus fulcris sustinetur. In imo intermedius cernitur cancer. Ær. 2.

Vide illum delineat. in Mus. n. Tab. XXVIII n. 272, et in fronte Prooemii hujus Libri de Epochis.

Vterque integritate conspicuus, atque omni exceptione major. Jam vero si utriusque epochae instituatur computatio, patebit cardinem posteriorem esse debere verno tempore An. V. C. Varr. DCXCV in prima, V. C. DCXXCV in secunda. Nam si notas ΕΟC numeraveris ab A. V. C. DCXCV invenies easdem in exitu fuisse vere ineunte A. V. C. CMLXX, nondum Macrini artibus interfecto Caracalla a. d. VI. Id. Aprilis. Idem autem ex computatione not. ΕΠC sequetur, quae multiplicentur a verno tempore A. V. C. DCXXCV. Itaque in proximum saltem aestatem, vel potius autumnum quaelibet protrahenda. Cum autem, ut saepe jam animadversum est, singulis Vrbibus Graecis magnae curae esset, ut novis Principibus Romanis, in ipsis statim imperii auspiciis sua obsequii, et gratulationis officia exhiberent, tres vero hujusmodi nummi eas notas insculptas habeant, quae uni non duplici anno designando positae fuisse noscuntur, ne primum electionis tempus Macrini, ejusque filii Diadumeniani ab ineunte Aprili ad autumnum usque An. V. C. Varr. CMLXX sine gratulationis officio a Mopsuestenis omissum asserere cogamur, ex praemisso canone aequum erit statuere suprascriptas notas hos primos menses imperii Macrini, non autem postremos complecti. Ex quo consequens erit merito hujus epochae cardinem in autumno constituendum esse, quo ad primam epocham An. DCXCV, quo ad secundam An. DCXXCV, ut initio dictum est. De media aestate non videtur cogitandum, quoniam superesset annus, quo nummi cum notis ϚΠC signari potuissent.

Non omittendum duco hoc postremo loco animadvertere, quod singulae hactenus descriptae notae recte sese acco-

modant recentiori Mopsuestiae epochae, quae sine dubio admittenda ex duobus praeclaris nummis Macrini, et Diadumeniani, exceptis tribus tantum a Vaillantio allatis, primo Antonini Pii cum not. HϘP, Plautillae altero cum notis AΞC, et tertio Macrini cum iis EOC. Cum autem de eo Macrini ob similitudinem cum nostro, ac rafragante altero Diadumeniani, non injuria suspicari fas sit in notam ambiguam incidisse praestantiss. virum, atque in nummo Sabbatini videre sibi visum fuisse O, loco Π, inde factum, ut ex eo errore in alios abriperetur, ut notas in iis Antonini, et Plautillae cum Caracalla vetustate corruptas, decennio minores interpretari magis, quam legere potuerit. Qua de re Eruditi Lectoris judicium esto.

MOPSIVM THESSALIAE

AV KAI ΠΟV ΛΙΚΙΝ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟΝ CЄB Caput Valeriani laureatum.

MOΨΙΙЄѠΝ ЄΤΟΥC ΗΝC An. CCLVIII Bacchus stans, d. cantharum, s. thyrsum, ad pedes panthera. Ær. 2.

Ex Mus. Com. Vitzai.

Hunc mihi videndum obtulit, cum esset Romae praeclariss. Vir Felix Caronnius, a quo editus in Lib. Raggualio Tab. XII. fig. 73. Non alteri Vrbi, ut tum etiam conjieceram, adscribi potest, quam Mopsio Pelasgiotidis regionis Thessaliae ex Strabone, et Stephano de Vrb. In autonomo Pellerinii Pop. I. pag. 172. scribitur MOΨΕΙΩΝ; sed Valeriani tempore non mirum, si mendose scriptum inveniatur. Erronee vero alter Pelleriniano similis exhibetur in Catal. Theup. MOΨΕΑΤΩΝ. Mopsus, sive Mopsuestia Ciliciae modo insuper diversa agnoscitur a Mopsio Thessaliae ob epocham, quam in suis nummis continet, quae nullo modo conciliari potest cum notis chronologicis, quas offert anecdotus iste Valeriani. Vide paulo ante sub ea Vrbe Ciliciae.

Equidem novum, et inauditum hactenus, quod in lucem prodeat nummus Thessaliae Imperatorius, praeter quam communi Thessalorum nomine, mirum praeterea, quod in eo adjectae conspiciantur notae chronologicae. Verum tam fertile est hoc regnum numismaticum, tamque late patet, ut nova in dies exeant monumenta, quae admirationem ingerunt, quin tamen in dubium revocari possint. Atque ut aliqua ex multis innuam exempla, *Antiochia Paralia* nominata nunc primum in meo Philippi patris sese prodit, *Elaeusa*, quae antea in solis autonomis, nunc quoque in meo Commodi inscripta legitur. Quo ad notas vero chronologicas Amastris, quae in nullis Imperatoriis epocham inscripsit; in autonomis habet notas ΓΜ apud Haymum, et ΓΙ apud Sestinium: in aureo praeterea Tiberii m. m., qui Cretensibus adscribendus, adjiciuntur notae ΓΜ, quem vide suo loco. De Mopsio alterius regionis nihil saue compertum habemus; hujus autem Thessaliae lectionem confirmat etiam Livius lib. 42, a quo *Mopsius Tumulus* ponitur medius inter Tempe, et Larissam utique Thessaliae Vrbes. Epochae exordium in hoc nummo nutat inter A V. C. DCCXLVIII, et DCCLIV, cum ea Mopsuestiae Ciliciae ex meis duobus anecdotis Macrini, et Diadumeniani ducenda sit ab An. DCXXCV.

FLAV. NEAPOLIS PALAESTINAE

Flav. Neapolim ab Vrbe Samaria, quam Herodes M. in honorem Augusti ab ejus ruinis excitatam, extructamque *Sebasten* appellavit, distinguendam esse; insuper Flav. Neapolim Samariae, et Flav. Neapolim Syriae Palaestinae unam, eandemque esse Vrbem ad radices montis Garizin sitam tam perspicuis argumentis a Norisio Dissert. V. demonstratum est, ut nihil supra desiderari queat. Vnum sufficiat afferre Caracallae nummum ad rem suadendam

aptissimum. Nam in aversa ipsius facie cum typo montis Garizin legitur AVP ΦΛ ΝЄΑCΠΟΛЄΩC CAM, cum in aliis cum eodem typo, tum ipsius Caracallae, tum aliorum Principum Romanorum habeatur hujusmodi epigraphe AVP ΦΛ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CYP ΠΑΛ, vel ΦΛ ΝCΑCΠΟΛCωC CYP ΠΑΛ. Vide laud. Noris. p. 540. Plura etiam de hoc eodem argumento, ac de Flaviae titulo erudite disseruntur a Spanh. Dissert. XIII, tum vero etiam a Vaill. de Num. Graec. Notatu dignum, quod admissis Titi nummis, simulque Domitiani cum notis AI, duplex epocha hujus Vrbis agnoscenda sit, prima quae ad hos binos Imperatores tantum spectet, altera ad reliquos Principes Romanos, quibus dicati nummi cum notis chronolog Notandum insuper est in nummis Titi, et Domitiani notas chronologicas ita insculptas esse, ut minor praecedat, major subsequatur, quod est contra Hebraeorum consuetudinem; in posterioribus vero ex ipsorum methodo minor semper majori postponatur. Rursus in Titi, et Domitiani nummis nullas Deorum figuras exhiberi, secus ac in reliquis omnibus factum fuerit. Haec argumento esse videntur novam illam Vrbem, eversa Hierosolyma, volente Tito, ex Syris, aliisque Graecanicae religionis hominibus coaluisse, ne Samaritani ob cultum Montis Garizin novos tumultus cierent, ut initio belli Judaici fecerant, quae conjectura etiam Norisio placuit, quin tamen interdictum fuerit Hebraeis, ut ad eam, et ipsi incolendam, si vellent, se conferrent. Erant enim, ut notum est, Samaritanis infensi. Ex quo factum fuerit, ut etiam in re monetaria, partim unius gentis, partim alterius usus invaluerit, ut infra in nummis Titi, et Domitiani dicemus. Fines autem utriusque epochae ita circumscribendi, ut prima dimoveri nequeat a verno tempore anni V. C. Varr. DCCCXXIV, posterior vero illiganda sit, aut verno tempori anni V. C. Varr. DCCCXXVI, vel autumno anni praecedentis V. C. DCCCXXV. De prima vide in Num. Titi, et

Domitiani, de secunda in iis Antonini Pii, M. Aurelii, et L. Veri cum eisdem notis ΠΘ. Ad fidem autem adstruendam eorum, quae de hujusmodi nummis dicta sunt, octo ex Mus. n. delineatos exhibui Tab. XXXVI, et seq.

... ΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ ΑΥΤΟΚΡ ...... Spatium non extat

ΦΛΑ ΟΥΙ initio pro voce ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ continenda;

ΝΕΑ ΠΟΛ ideoque supplendum videtur. ΤΙΤΟΣ.

ΣΑ ΜΑ

L Θ Inscriptionem secat palma arbor. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI fig. 16.

.... ΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑ ΑΥ...... Caput laureatum.

.... ΝΕΑ ΣΑΜΑ L ΑΙ Duplex palmae ramus ex uno stipite emergens. Ær. 4.

Vide Mus. n. Tab. XXXVII fig. 17.

.... ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ... Caput laureatum. In alio plane simili reliquae sunt tantum lit... ΣΕΒΑΣΤ.... Caput laureatum.

ΦΛΑΟΥ

ΝΕΑΠΟΛ intra lauream. Duplex Ær. 2.

ΣΑΜΑΡΕ

L ΑΙ

Meus uterque. Vide Mus. n. Tab. XXXVII fig. 18.

Caput Titi, epigr. om.

ΦΛΑΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙ ΣΑΜΑΡΙΑΣ L ΑΙ An. XI. In medio laureae coronae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΑΥΤΟ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Domitiani laureatum.

ΦΛΑΟΥ ΝΕΑΠΟΛ ΣΑΜΑ L ΑΙ Palma arbor. Ær. 2.

Ex Musei Cusineriani Catalogo a me descriptus.

Hunc ipsum affert Vaillantius de Num. Graecis, sed omissa capitis epigraphe.

Alius, sed aversae partis epigraphe intra lauream. Ær. 3.

Idem Vaillantius.

Quanquam in superioribus nostris nummis ob vetustatis detrimenta modo Titi nomen desideretur, non alteri tamen, quam eidem adscribendos puto. Vultus lineamenta in tertio sub fig. 7 a Domitiano prorsus aliena, ordo inscriptionis anterioris partis singulorum idem ac in caeteris fere ipsius Titi nummis, diversus vero ab eo, qui in iis Domitiani servatur: annus IX in primo, duplex palmae ramus in secundo, qui typus Vespasiani, et Titi victoriam de Judaeis nominatim indicat, ista denique nummorum copia in beneficiorum memoriam, quae Neapolim Samariae a Vespasiano, et Tito accepisse non dubium, quaeque ad Domitianum nihil attinent, suadere debent, quod utrique eorum dicati fuerint supradicti nummi cum notis AI, partim uni, partim alteri sub eodem anno, quo decedente Tito, frater ipsius Domitianus ad imperii fastigium pervenerat. Nam quod duo postremi sub eodem anno AI signati, quique exhibent Domitianum non modo laurea corona ornatum, quae eidem quoque adhuc Caesari, ut aliis etiam, non semel ab exteris Vrbibus adjiciebatur, sed titulis insuper Imperatoris, et Augusti decoratum, certo ostendunt eundem ea jam dignitate auctum fuisse. Quare ad inveniendum hujus epochae cardinem, si modo comparentur suprascripti nummi cum eisdem notis AI: quoniam res est explorata Titum Opt. Principem vigesimo sexto Imperii mense idibus Septembris anni V. C. Varr. DCCCXXXIV fato functum fuisse, eidem statim succedente in imperio Domitiano fratre, necessario consequitur epochae exordium in An. V. C. Varr. DCCCXXIV constituendum esse. Neque id ab autumno ejusdem anni fieri posse docent nummi Domitiani, nam huic Vrbi innotescere non potuisset Titi obitus ante exitum anni AI, nec propterea cum iisdem notis Domitiano nummos dicari potuissent adjectis Imperatoriis insigniis, titulisque. Retrahendum igitur Ærae hujus caput in vernum tempus ejusdem anni V. C. DCCCXXIV. Quo

constituto perspicuum fit suprascriptos nummos complecti dimidiam partem anni postremi imperii Titi, sexque circiter menses primos imperii Domitiani a verno tempore An. V. C. DCCCXXXIV in idem tempus insequentis V. C. DCCCXXXV. Notas vero in primo Titi Θ. An. IX cum anno ejus imperii primo consociari. Notanda in his nummis, ut initio innuimus, scribendi ratio: in primis enim duobus lit. Σ scribitur sic C, ut in nummis ejusdem Titi ab Agrippa Rege, tum etiam Domitiano dicatis, quos vide suo loco, tum epocha contraria Hebraeis methodo scripta, denique quod absint Deorum, Dearumque figurae, secus ac in subsequentibus; quae sane promiscuum novam illam Vrbem incolentium usum non obscure indigitare videntur.

ΑΥΤΟΚ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ Κ ΓΕ Caput laureatum.

ΦΛΑ ΝΕ ΣΑΜ LΕΙ An. XV Typus, ut in superioribus. Ær. 3.

Ex laud. Catalogo Cusineriano descriptus.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ЄΥϹЄΒ ..... Caput M. Aurelii juvenili facie, et sine laurea.

ΦΛ ΝЄΑϹΠΟΛЄΩϹ ϹΥΡ ΠΑΛ ΕΤ ΠΖ An. LXXXVII Diana Polymammia. Ær. 3.

Noris de Epoch., Vaill. de Num. Graec.

ΦΑΥϹΤЄΙΝΑ ϹЄΒ ЄΥϹЄ ϹЄΒΑ ΘΥΓΑ Caput Faustinae junioris Antonini Pii filiae.

ΦΛ ΝЄΑϹΠΟΛЄΩϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛ In area, hinc inde ЄΤ ΠΖ An. LXXXVII Diana Polymammia stans cum cervis utrimque ad pedes. Ær. 2.

Catal. Theup.

ΦΑΥϹΤЄΙΝΑ ϹЄΒ. Caput Faustinae jun.

ΦΛ ΝЄΑϹΠΟΛЄΩϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛЄ.... In area ΕΤ ΠΖ An. XXCVII Astarte tutulata stans, d. caput Osiridis, s. sceptrum transversum, pede prorae imposito. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

AVPHΛIOC KAICAP ЄVCЄB CЄB V Caput M. Aurelii facie juvenili, levique barba: et sine laurea.

ΦΛ NЄACΠOΛЄωC CYPIAC ΠΑΛЄCTI In area, hinc inde ЄT ΠH An. LXXXVIII Dea cum tutulo in capite, inferiori parte corporis in eam formam desinens, ac Diana Ephesia exprimi solet, d. elata flagrum, sin. binas spicas gestat. Ad pedes utrimque bos gibbosus. Ærei omnes 2., et 3.

Meus duplex. Noris de Epoch. Syromaced. cum bove gibboso. Vaill. apud quem utrimque leo. Eckh. Cat. Vindob. Sestin. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 46.

AVPHΛIOC KAICAP ЄVCЄB CЄB V Caput M. Aurelii nudum, ut in superiori.

ΦΛ NЄACΠOΛЄωC CYPIAC ΠΑΛ In area ЄT ΠH Anno LXXXVIII Caput Serapidis cum calatho in vertice. Ær. 2.

Meus. Noris de Epoch. Vaill. Mus. Odesc. nunc Vatic. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 47.

Alius, sed Æsculapius stans cum baculo, cui involutus serpens. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

..... TЄINA CЄB ЄVCЄ CЄBA .... Caput Faustinae junioris.

.... NЄACΠOΛЄωC CYPIAC .... In area ЄT ΠH. An. LXXXVIII Dea velata stans, supra caput parvum templum. Ad pedes, hinc inde cervus. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 48.

ΦAVCTЄINA CЄB ЄVCЄB CЄBA ΘYΓA Caput Faustinae junioris Pii Augusti filiae.

ΦΛ NЄACΠOΛЄωC CYPIAC ΠΑ.... ЄT ΠH An. LXXXVIII. Mulier stolata stans, d. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. Ær. 2.

Meus duplex, Eckhel. Num. Vet. p. 282. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. fig. 49.

CЄBAC ЄVCЄ CЄB ΘYΓA Caput Faustinae jun. Pii Augusti filiae.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CYPIAC ΠΑΛ... In area ЄΤ ΠΗ Mulier stolata cum navis gubernaculo, et cornucopiae stans, ut in superiori. Ær. 2.

Noris de Epoch.

Caput Antonini Pii.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CYPIAC ΠΑΛЄCΤΙΝΗC In area ЄΤ ΠΘ An. LXXXIX. .

Noris ex Mus. Maurocen. apud Patin., et fide Nicolai Bon.

De notis ΠΘ hujus nummi vide infra in L. Vero.

Caput M. Aurelii, epigr. om., quae non omittenda fuerat, ut constaret, utrum eo Caesare cusus esset nummus.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CYP ΠΑΛ In area ЄΤ ΠΘ An. LXXXIX Apollo stans, d. ramum, s. lyram. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Alius, sed Mulier turrita stans, d. spicas, s. cornucopiae. Ær. 2.

Idem Vaill.

De hisce quoque nummis vide in L. Vero.

ΦΑVCΤЄΙΝΑ CЄB ЄVCЄ CЄBΑ ΘYΓΑ Caput Faustinae jun.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CYPIAC ΠΑΛ ЄΤ ΠΘ An. LXXXIX Diana Polymammia, ad pedes, hinc et inde cervus. Ær. 2.

Catal. Theup. Patin. p. 253, Vaill.

Caput Faustinae jun. epigr. om.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄ CYPIAC ΠΑΛΑΙ ЄΤ ΠΘ An. LXXXIX. Mulier stolata stans, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 2.

Alius, sed Mulier, d. spicas. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

.........OVHP CЄB Caput L. Veri laureatum.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄ CYPIAC ΠΑΛΑΙCΤ ЄΤ ΠΘ An. LXXXIX

Diana Ephesia ad cujus pedes, hinc inde bos gibbosus. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 100.

Quoniam notae ΠΘ inscriptae quoque occurrunt in nummo Antonini Pii, de quo paulo ante, consequens sane erit, easdem ad annum emortualem ejusdem Antonini Pii, simulque natalem imperii M. Aurelii referendas esse, qui sibi L. Verum in Principatu consortem adscivit. Hoc posito quoniam Antoninus Pius vitam cum morte commutavit a. d. Non. Martii An. V. C. Varr. CMXIV, ut indubia monumenta, tum in lib. de Vulg. Ærae Emend. allata, tum in hoc ipso palam faciunt, inferre oportet easdem notas inchoandas a verno tempore An. V. C. Varr. DCCCXXVI, vel ab autumno praecedentis DCCCXXV, ut utriusque Imp. primum, extremumque tempus complectantut, ideoque diversum ejusdem cardinem ab eo primae constituendum, ut initio diximus. Notandum autem, quod si ducatur ab ineunte vere, A. V. C. DCCCXXVI, tunc dicendum esse nummum Antonini Pii, eodem jam vita functo percussum fuisse, sed nondum perspecta ejus morte ab hac Vrbe Palaestinae; quo ad nummos vero M. Aurelii cum eisdem notis ΠΘ, si illi dicati fuerint eodem jam Augusto, quod ex omissa a Vaillantio capitis epigraphe non liquet, idem dicendum, quod de altero L. Veri, quem certe signatum constat in Orientis Provinciis vulgato decessoris Antonini obitu; si vero eodem adhuc Caesare M. Aurelio editi nummi, de quibus sermo est, id pariter contigisse antequam de Antonini obitu nuntius ad Flav. Neapolim Vrbem pervenisset. In utraque tamen hypothesi confirmari videmus cultus disparitatem in incolis hujus Vrbis, et diversam etiam originem, et causam in secunda hac instituenda epocha, quae jam, ut initio pariter innuimus, ex dispari ratione scribendi notas chronologicas, et in adjiciendis aversae parti Deorum, Dearumque figuris satis elucet. Optandum tamen, ut de nummis Titi

tam nostris, quam Vaillantii dubitatio omnis plane auferatur ex novo aliquo praeclaro, integroque numismate, quod in lucem prodeat, ut certo certius pateat, utrum una tantum, vel duplex epocha de hac Vrbe statuenda sit. De nummo Antonini Pii cum suprascriptis notis ΠΘ dubitandum non videtur; testatur enim Norisius de Epoch. Dissert. V, ubi de hac Vrbe, Nicolaum Bon, qui Musei Mauroceni, unde editus a Patino, nummos in indicem retulerat, sibi testatum esse nummum illum esse revera Antonini Pii, et in postica in area legi ET ΠΘ.

Caput M. Aurelii.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕ CΥΡΙΑC ΠΑΛΑΙ In area ET ϥ An. XC. Venus stans, d. arcum, s. ramum. Ær. 3.
Arigon. T. I. Tab. V n. 66.

Caput M. Aurelii, epigr. om.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕωC CΥΡΙΑC ΠΑΛ ET ϥ An. XC Diana Polymammia cum adminiculis, et cervis. Ær. 2.
Vaill. de Num. Graec.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑΝ CΕΒΑCΤΗΝ Caput Faustinae jun.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕωC CΥΡΙΑC ΠΑΛ ET ϥ Anno XC Diana Polymammia cum adminiculis, et cervis. Ær. 2.
Noris de Epoch. Vaill. de Numm. Graecis.

ΦΑΥC..... ΕΒΑCΤΗΝ Caput Faustinae jun.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕ... ΡΙΑC ΠΑΛ ET ϥ Diana Polymammia, ut in superiori. Ær. 3.
Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 50.

NEOCAESAREA PONTI

Ponti Regnum concedente Polemone, Nero Caesar in provinciae formam redegit. Ita Sveton. in vita Neronis cap. XVIII, quod confirmat Eutropius; sed utrique nullo temporum ordine servato res describunt. Hinc silentibus ea de re, Dione praesertim, et Tacito, ex historiae monumentis

definiri nequit, quo potissimum anno id evenerit. Ex nummis itaque, qui supersunt, inquirendum.

Ex nummo M. Aurelii cum Aug., et Imp. titulis, notisque qH An. XCVIII, tum ex altero Septimii Sev. cum not. PMH, An. CXLVIII res tota conficitur, atque ostenditur Æram hanc nec anteriorem, neque posteriorem esse posse autumno, vel ad summum solstitio aestivo An. V. C. Varr. DCCCXVI. Quo ad primum enim, si notas qH iteraveris a verno tempore An. V. C. DCCCXVI, annus ille exierit oportet, antequam M. Aurelii electio, et Antonini Pii obitus ad Vrbem, Neocaesaream perferri potuisset; Pii namque mors, ut a me saepe memoratum, probatumque est, tum in hoc libro, tum in eo de Vulg. Ær. Emend., contigit ineunte Martio An. V. C. Varr. CMXIV. Principii itaque loco stat epocham hanc anteriorem esse non posse aestate, vel autumno An. V. C. Varr. DCCCXVI. Quo ad alterum extremum: prid. Nonas Februarii An. V. C. CMLXIV Eboraci in Brittania diem suum clausit L. Sept. Severus: si notas PMH computaveris ab An. V. C. DCCCXVII, ex praemissis in nummo M. Aurelii, coepisset annus ille, vel aestate, vel autumno An. V. C. CMLXIV octavo jam, vel quarto saltem mense vita functo Severo. Igitur in annum antecedentem retrahere oportet hujus epochae initium.

Cl. Eckhel. eo quod dubitet de notis in nummo Sept. Severi, de quibus tamen minime dubitandum constabit in nummis ipsius Severi paulo inferius afferendis, utitur Getae Caesaris numismate cum notis PMR, ac praemisso ex sua peculiari sententia, quod Geta a patre appellatus fuerit Augustus An. CMLXII, non autem antecedenti, ut communis fert Chronologorum sententia, sua inde instituit ratiocinia. Assentior de elemento R, quod accipiendum sit pro episemo, et pro nota, quae exprimat num. VI: nihil opponam de anno, quo Geta a patre Augustus primo declaratus sit. Illud animadverto Sept. Getam etiam post ade-

ptum Augusti titulum in nummis saepissime Caesarem tantum inscribi. Habemus exemplum, ut caetera omittam, in nummo hujus ipsius Vrbis, ejusdemque Getae cum notis PMH, quem vide suo loco. Nihil ergo certi ex eo nummo cum notis PMR, et titulo Caesaris inferre licet ad hujus epochae caput definiendum. Id potius certo fundamento statuere licet ex altero jam memorato cum notis PMH, quod in ipsa nummi descriptione demonstrabo.

AVTOK M ANTΩNEINOC CEB Caput M. Aurelii laureatum.
KOINON NЄOK MHTPO ET qH An. XCVIII. Templum 4 columnarum. Ær. 2.
Hard. Op. Sel., Vaill., Sestin. Lett. T. III. p. 6.

Vaillantius more suo omiserat capitis epigraphen non sine hujus epochae definiendae detrimento. Sed de ea testis est meus, item Hard. qui etiam ejus praesidio Vaillantii calculos merito impugnat, quamvis ipse etiam in alium scopulum impingat, Æram hanc protrahens in An. V. C. DCCCXVII. Probat nummus anteriora initia habere non posse A. V. C. DCCCXVI, ut initio probavimus.

Alius, sed in aversa parte fulmen. Ær. 1.
Sestin. ex Gusseme Lett. T. III. p. 6.

.... OKPA .... AN...... Caput M. Aurelii laureatum.
KOINON ΠON.. O... In imo ЄT qH An. XCVIII. Templum tetrastylum, in cujus medio mensa, in qua vas, hinc et inde Dioscurorum simulacra nuda cum hastis cippo imposita. Ær. 2.
Meus, quem editum fuisse patet sine ulla mentione facta Neocaesareae, ut in hactenus editis.

Caput Caracallae.
KOI ΠON.... KAI MH.... E ET PM Anno CXL Templum tetrastylon, in quo ara ignita Ær. 1.
Catal. D. Hennery n. 2970, sed perperam sub Amasia Ponti, ut recte emendatur a Sestin. Tom. III Epist.

pag. 4 Neocaesareae restituendus, atque ita supplendus ΚΟΙ ΠΟΝ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜ.

Nummus Caracallae cum epocha in aversa parte ΡΜΑ Anno CXLI. Ær. 1.

Pell. Mel. II pag. 324.

ΑV Κ Α CΕΠΤΙ CΕΟVΗΡΟC ..... Caput Septimii Severi laureatum.

ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜΒ Anno CXLII. Ær. 1.
Sestinius Lettere T. III. pag. 7.

Alius, sed templum tetrastylum, in quo tria Idola cippis imposita. Ær. 1.

Idem Sestin. Ibid.

ΑVΤ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput laur. Caracallae.

ΚΟΙΝ ΠΟ ΝЄΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠ ЄΤ ΡΜΒ Templum quatuor columm., intra quod tria signa militaria. Ær. 2.

Sestin. Descript. N. V. p. 236.

Caput Caracallae, epigr. om.

ΚΟΙΝΟΝ ΝЄΟΚΑΙC ΜΗΤΡΟΠ ЄΤ ΡΜΒ An. CXLII Templum quatuor columnarum, in quo figura cippo imposita. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Alii tres parum diversi. Ær. 1.

Sestinius Epist. T. III. p. 8.

Caput Getae, epigr. omissa.

ΚΟΙΝΟΝ ΝЄΟΚΑΙC ΜΗΤΡ ЄΤ ΡΜΒ An. CXLII. Templum tetrastylum, in quo figura paludata cippo imposita. Ær. 2.

Vaill. qui in fine libri, ubi de Epochis memoria lapsus, nummos omnes Sept. Sev., ejusque familiae sub eodem anno CXLVIII recenset, sed hujus, et superioris nummi retinenda lectio, quam idem Vaill. suo quamque loco affert.

Nummus Getae cum epocha in aversa parte.
ΡΜΒ An. CXLII. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 324, qui pag. 165 notat in superiori Vaillantii legendum potius, ut in suo ΚΟΙΝ ΠΟ etc. sed promiscue utrumque scriptum invenitur in hujusmodi nummis.

ΑΥ ΚΑΙ CΕΠ CΕΟΥΗΡΟC Caput Sept. Severi laureatum.

ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ ΡΜR Sex mulieres stantes. Ær. 1.

Haym. Parte II. Tab. XXXIX. n. 2.

Vide infra in nummis Getae.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΑΥΓΟΥCΤΑ Caput Juliae Domnae velatum.

ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜR Templum tetrastylum, in quo ara ignita. Ær. 1.

Schedae Sestin. ex Mus. Cusiner., Descript. N. V. pag. 236.

De notis chronologicis vide in nummis sequentibus Getae.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Α...... Caput Juliae Domnae cum stola ad pectus.

ΚΟΙ ΠΟΝ ΝΕΟΚΑΙC ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜR Figura nuda cippo imposita in templo tetrastylo, d. vas, sin. ad caput admota: in imo ara parva ignita. Ær. 1.

Meus. Vide Mus. n. Tab XXV. n. 231.

.... ΑΥΡΗΛ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput juvenile Caracallae laureatum.

ΚΟΙΝ ΠΟ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜR Templum tetrastylum. Ær. 1. Binae postremae notae nexu scriptae.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVI n. 243.

Ex utroque confirmatur Pellerinii lectio, de qua supra; sed ex praecedentibus patet quoque in aliis inscribi tantum ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙ.

Λ Π CΕΠ ΓΕΤΑC ΚΑΙC Caput Getae Caesaris sine laur.

ΚΟΙΝ ΠΟ ΝΕΟΚΑΙ ΜΗΤΡΟ Templum tetrastylum, in quo parva Solis imago radiata, et ara ignita. In alio

parva imaguncula sine radiis. In imo PMR. Duplex Ær. I. Binae postremae notae in nexu, ut supra.

Haym. Parte II Tab. XLI n. 5. 6.

De nota R, quae cum praecedenti modo conjuncta, modo sejuncta exhibetur in nummis Sept. Severi, ejusque Familiae, inquiri potest utrum pro duabus tantum unitatibus, an pro numero VI accipienda sit. Haymius stat pro numero binario, Eckhelius pro VI, cui merito assentiendum arbitror. Ad ea autem, quae egregie animadvertit Doctr. N. V. T. II p. 356 haec addere praestat. Quod in duobus meis, praesertim in eo Caracallae lineola, quae spatium in imo apertum relinquit, brevior sit, ut n. 243. Tab. XXVI. praeterea quod nota B in hisce nummis sit clausa in imo, suamque constanter retineat formam, cum episemon varias omnino formas admittat nummis testibus. De nexu notarum habes exempla in nummis Sebastenorum, aliisque.

Caput Sept. Severi, epigr. om.

KOINON NЄOKAIC. MHT. ЄT. PMH An. CXLVIII. Figura stans cum vase. Ær. I.

Vaill. de Num. Graec. Hard. Oper. Select.

Alius, sed templum tetrastylum, in quo icuncula cippo imposita. Ær. I.

Idem Vaill.

Ex utroque nummo cum notis PMH sequitur epochae cardinem haud posteriorem esse posse An. V. C. Varr. DCCCXVI, ut initio dictum est. Eckhelius pag. 356 scribit primum Vaillantii nummum ex Museo M. Ducis a se inventum cum notis PMR. Non diffitear Vaillantium in errorem lapsum fuisse in nummo describendo, quem aliter legendum testatur Cl. Vir. Sed cum alium idem Vaillantius describat cum diverso typo, et notis PMH ex Museo Barbaro, non video cur tanto Viro de hoc quoque fides abroganda sit, Non sequitur si in uno deceptus sit, in altero quoque accuratissimum virum decipi debuisse, praesertim vero

cum eaedem notae PMH habeantur quoque in Julia Domna, et Geta, quae aliorum fide constant. Quod denique consentiant cum supremo ejusdem vivendi tempore, ut ex nummo Getae mox afferendo fit manifestum.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΑΥΓ Caput Juliae Domnae velatum.

ΚΟΙΝΟΝ ΝϹΟΚΑ ΜΗΤΡΟ ϹΤ ΡΜΗ An. CXLVIII. Templum 4 column., in quo ara ignita. Ær. 1.

Catal Theup.

Caput Juliae Domnae, epigr. om.

ΚΟΙΝΟΝ ΝϹΟΚΑΙϹ ΜΗΤΡ ϹΤ ΡΜΗ An. CXLVIII. Templum tetrastylum, in quo icuncula cippo imposita. Ær. 1.

Vaillantius de Num. Graec.

Π.... ΓΕΤΑϹ ΚΑΙϹΑ Caput Getae nudum.

ΚΟΙΝ ΠΟ ΝΕΟΚΑΙϹ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜΗ An. CXLVIII Templum quatuor columnarum.

Sestin. Lettere Tom. III. pag. 9.

Evincitur ex hoc nummo cum notis PMH Sept. Getam postquam etiam Augustus appellatus fuerat, in nummis Caesarem tantum, et sine laurea exhibitum fuisse. Annus enim iste PMH ex Eckhelii quoque calculis coeperat biennio saltem labente, ex quo Augusti titulo auctus fuerat. Sed idem hic nummus probat epocham hanc posteriorem esse non posse aestate, vel autumno An. V. C. DCCCXVI. Nam defuncto Severo, et imperii consors factus Geta cum fratre Caracalla, constanter Augustus ab Vrbibus etiam Graecis in nummis inscribi coepit. Itaque nummus iste ante obitum patris editus dicendus est. Cum autem haec epocha ex probatis anterior esse nequeat aestate saltem An. DCCCXVI, ex hoc cardine numeratis notis PMH, in exitu easdem fuisse oportet aestate, vel autumno An. V. C. CMLXIV. Igitur non nisi anno praecedenti cusus nummus, ideoque, et epocha posterior esse nequit Anno V. C. DCCCXVI.

Caput Alexandri Severi.

NEOKAIC MHT ΠΟΝΤΟΥ ΕΤ ΡΞ An. CLX. Mensa cum imposita urna, ex qua duo palmae rami prominent, sub mensa vas ansatum cum duobus pariter palmae ramis. Ær. 1.

Sestin. Lettere T. III. p. 9. Vaill. in iconismis pag. penult.

Interfecto Elagabalo ineunte martio anni V. C. CMLXXV, summa cum approbatione Senatus Populique R. in imperio succedit Alexander: Notae ΡΞ ab aestate, vel autumno A. V. C. DCCCXVI signant annum V. C. CMLXXVI ex praecedenti. Primo igitur imperii tempore a Neocesariensibus Alexandro Sev. praestitum gratulationis officium.

AVT KAI M AVP CЄOV AΛЄΞANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

NЄOKAI MHT....... ЄT ΡΞΒ An. CLXII. Duo templa tetrastyla. Ær. 1.

Schedae Sestin. ex Mus. Cusiner.

Caput Alexandri Severi, epigr. om.

NЄOKAIC MHT ΠΟΝΤΟΥ ЄT ΡΞΒ An. CLXII. Mensa supra quam duae urnae cum palmis. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Pertinet nummus iste aeque ac superior ad tertium Alexandri Sev. principatus annum.

AVT K M ANT ΓΩΡΔΙΑΝΟC Caput Gordiani laureatum.

KOI ΠΟΝΤΟΥ MH....... ЄT ΡΟΗ An. CLXXVIII Vrna ludorum cum tribus palmis. Ær. 2.

Haym. Parte II p. 359 Tab. XLV n. 5. Sestin.

Cum III imperantis Gordiani anno notae comparandae.

AV K ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC Caput Valeriani radiatum.

MHT NEOKAICAPIAC ΔΙC NEΩ ET ΡϘΒ Anno CXCII, intra lauream. Ær. 2.

Sestinius Lettere T. III. p. 10.

An. V. C. MVI ineunte aestate ab exercitu Imperator, et Augustus, interfecto a suis militibus Æmiliano eligitur Valerianus, ut non semel in hoc libro demonstratum invenies, tum in altero de Æra Vulg. Accessit mox Senatus consensus, Gallieno etiam Caesare declarato. Multiplicatis notis PqB ex constituto cardine dant annum V. C. MVIII ex praecedenti. Optime itaque conciliantur cum primo Valeriani imperantis biennio.

AV K ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟC Caput Valeriani radiatum.

MHT NЄΟΚΑΙCΑΡΙΑC In ambitu coronae, supra vero PqB An. CXCII. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 218.

Secundo Valeriani imperantis anno editus nummus, ut in superiori dictum est.

Caput Gallieni, epigraphe omissa.

MHT NEOKAICAPIAC .... In imo ET PqO, corrige PqΘ An. CXCIX Corona ex apio, et intus ex margaritis altera contexta. Ær. 2.

Arigon. T. I. Tab. XIIII n. 224.

Signat annum V. C. MXV, IX, et X. Gallieni.

NEOCLAVDIOPOLIS PAPHLAGONIAE

Haec Vrbs, quae etiam Andrapa vocatur a Ptolemaeo, in medio monte Olgasy sita erat, non longe a Germanicopoli. Vnicus hactenus editus nummus a Cl. Bellejo Mem. T. XXX cum notis chronologicis Sept. Severi. Modo ditatur duobus aliis, ex quibus inferre oportet duplicem ab ea epocham adhibitam fuisse, licet de utriusque cardine nihil adhuc certi statui possit.

AVT ΚΑΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput laur. Antonini Pii.

NЄΟΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ЄΤ P9A Æsculapius ad s. stans. Ær. 2.

Sestinius in epistola ad me scripta.

Idem Cl. Sestinius in ea epist. mihi significavit nummum esse rudioris fabricae, item secundam notam inscriptam, ut supra, tertiam vero accipi etiam posse pro episemo Vau, sive nota VI. Itaque si accipiatur pro A esset annus CXCI, in secunda vero hypothesi signaret ann. CXCVI. Hinc patet annum istum vagari per totum fere Antonini Pii imperandi tempus, ab anno V. C. DCCCXCI ad An. V. C. CMVIII, vel CMXIV, qui fuit ipsius supremus, eodem vita functo ineunte Martio ejus anni. Ex quo sequitur hujus epochae cardinem in prima hypothesi anteriorem esse non posse anno V. C. DCC, in secunda A. DCXCV; nec posteriorem in prima anno V. C. DCCXXIII, in secunda A. DCCXVIII. Perspicuum tamen fit ex hoc nummo duplicem ab hac Vrbe epocham adhibitam fuisse, ut mox ex duobus seq. Sept. Severi constabit. Interim tamen non spernenda Cl. Sestinii conjectura, quod exemplo Sinopes ejusdem Paphlagoniae Vrbis in adhibenda duplici epocha hanc signare potuerit ab anno V. C. Varr. DCCIX, et hic nummus in lucem emitti A. V. C. DCCCC, vel CMVI.

ΑV Κ Λ CΕΠ CΕV..... Π Caput Sept. Severi laureatum cum paludamento.

ΝΕΟΚΛΑVΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Aquila basi insistens, ad s. rostro reflexo coronam stringit inter duo signa militaria clypeis insignita. In area Cς A. CCVI. Ær. 2.

Ex eadem Sest. Epist.

Caput Sept. Severi, epigraphe omissa.

ΝΕΟΚΛΑVΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. In area CΘ. An. CCIX Aquila basi insistens, ut in superiori, coronam rostro gerens etc. Ær. 2.

Bellejus ex Mus. de Cotte.

Idem praeclariss. Vir exemplo Amasiae Ponti, et Germanicopolis, quae ejusdem Paphlagoniae Vrbs, annum signatum in hoc nummo, qui tum unicus erat, ducendum statuit ab A. V. C. Varr. DCCXLVII. Sed haec in conjectura

tantum consistunt, nam hactenus ex hujus, et superioris nummi fide notae Cϛ, et CΘ vagantur per totum Sept. Severi imperium a primo A. V. C. CMXLVI ad postremum triennium, quod in exitu fuit A. V. C. CMLXIV, vita functo Severo Eboraci a. d. prid. Non. februarii. Ex quo sequitur epocham annorum in utroque nummo signatam, nec anteriora initia habere potuisse anno V. C. DCCXL, nec posteriora anno V. C. DCCLV. Hinc tamen certo concluditur duplicem epocham ab hac Vrbe institutam, adhibitamque fuisse, cum exordium epochae in hisce duobus nummis Sept. Sev. minime consentiat cum eo praecedentis Antonini Pii.

NICAEA BITHYNIAE

Nicomedis postremi Regis testamento Bithynia Populo Romano relicta, et in provinciae formam redacta, ex eo tempore Praetores habuit, sub quibus aliquando ejus Vrbes praecipuae Æram pecuniae suae insculptam ediderunt, quae tamen diversa esse evincitur ab ea, quae in nummis Bithyniae Regum non paucis hactenus vulgatis sese exhibet. Vide Exercitationem de Æra Regum Bithyniae in fine Part. II Imperial. Cum Imperatorum tamen imagine, si aliquos Julii Caesaris excipias, nulli alii hactenus innotescunt nummi. Nos hic binos ejusdem a Nicaeensibus signatos cum notis chronologicis ex instituto nostro subjiciemus, atque ejus epochae cardinem inveniendum curabimus.

... ΑΙΕΩΝ Caput nudum Jul. Caesaris.

.. ΠΙ ΓΑΙΟΥ Victoria gradiens, d. corollam, s. palmam.

ΟΥΙΒΙΟΥ In imo ΒΛΣ An. CCXXXII.

ΠΑΝΣΑ In area monogramma ꝶE. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. *Additiones* Tab. XXXVI. n. 1.

N.. ΑΙΕΩΝ Caput nudum Jul. Caesaris.

.. ΠΙ ΓΑΙΟΥ Victoria, ut in praecedenti.

ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ. In imo ΓΛΣ An. CCXXXIII. In area

monogramma, ut supra. Ær. 2.

Meus integerrimus cum imagine expressa Jul. Caesaris. Vide Mus. n. Tab. XIII. n. 2.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ Caput nudum Jul. Caesaris.

ΕΠΙ
ΓΑΙΟΥ
ΟΥΙΒΙΟΥ
ΠΑΝΣΑ
ΕΤ ΓΛΣ Aversa, ut supra. Ær. 2.

Apud Caronnium: Raggualio di alcuni monumenti di Antichità Parte II Milano 1806. Tab. XII fig. 75.

Plerique ex hujusmodi nummis injuria temporum male habiti, et in notis chronologicis detriti ad nos pervenerunt. Apud Vaillantium in Jul. Caesare similis nummus Pergamenis adscribitur, nulla adjecta epocha, quemadmodum et alius cum eadem imagine Jul. Caesaris, eodemque typo aversae partis, sed deficientibus notis apud Morellium sub Vibia Gente inter Nicomedienses recensetur. In uno praeterea Nicaeensium Musei Cusineriani, cujus ectypon plumbeum a Cl. Sestinio accepi, minor numerus plane evanuit. In altero pariter, quem ipse nondum nactus hosce duos in scriniis servabam, eadem minor nota incertae lectionis erat, habebat tamen in area, praeter commune aliis monogramma etiam ΔΟ in nexu. In pretio itaque habendus uterque hic noster, secundus praesertim, qui jam alio teste confirmatur. In primo licet minor nota Β aliquid detrimenti nacta sit, vestigia tamen supersunt, quae clare eandem notam exprimunt. In secundo vero integrae manent notae chronologicae ΓΛΣ, ex quibus etiam manifestum fit, quomodo in caeteris nummis hactenus memoratis deficientes notas supplere oporteat. Aut enim in iis legendum est ΒΛΣ, aut ΓΛΣ, quoniam annua Vibii Pansae Bithyniae administratio nonnisi cum duobus annis sibi succedentibus epochae Nicaeensium componi potest. Insuper vero ex iisdem jure in-

ferre licet nullum a Morellio errorem admissum, ut Havercampius suspicabatur, cum binos Nicomediensium nummos, quos in eadem Famil. Vibia describit, a se lectos fuisse affirmat, ut sequitur.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Caput muliebre turritum. Vrbis Genius.

ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ ΒΛΣ An. CCXXXII Aquila expansis alis fulmini insistens. In area caduceus alatus. Ær. 2.

Alius similis, sed in area monogramma. Ær. 2.

Hinc autem patet Nicaeenses cum Nicomediensibus consensisse in eadem epocha computanda. Sed quid statuendum erit de numismate Apamensium Myrlaeensium, quem Cl. Lieb. in Goth. Numm. pag. 238 delineatum exhibet, atque ita se habet?

ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΥΡΛΕΑΝΩΝ Caput Apollinis.

ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ

ΟΥΙΒΙΟΥ Lyra Apollinis.

ΠΑΝΣΑ In imo ΕΛΣ Anno CCXXXV.

Notas autem ΕΛΣ clarissime legi testatur.

Pauca sunt, quae respondeam. Si vera sit lectio notarum ΕΛΣ in numismate Apamensium Myrlaeensium: illud sequi, diversam apud Vrbem hanc adhibitam fuisse epocham, quam quae in usu fuerit apud Nicaeenses, et Nicomedienses, quoniam clarissime pariter in hoc meo leguntur notae ΓΛΣ, in altero vero sine dubio est nota Β, idque postulant indubiae notae ΓΛΣ. Caeterum nihil facilius esse quisque consentiet, quam ut Β induere queat speciem notae Ε, si quid in extremis partibus ab injuria temporum detrimenti acceperit, ut primo nostro ex duobus allatis accidit, cujus nota minor Β accipi etiam posset pro Ε, nisi obstaret alter, in quo minime dubia lectio notae Γ. Idem etiam procul dubio statuendum de altero nummo autonomo, quem affert Sestinius Descript. N. Vet. p. 258 cum notis pariter ΕΛΣ, et Vibii Pansae nomine sub eadem Vrbe

Nicaeensium. Legendum in eo erit ΒΛΣ. Hinc ego hoc loco ex hisce notis calculos instituam ad ejus Ærae caput inveniendum. Non melius autem id praestare possumus, quam si antea certos limites constituamus Bithynicae Praefecturae C. Vibii Pansae, cujus nomen hisce nummis adjectum legitur. Sic autem eosdem certo circumscribere fas est; ut ipsius Praefecturae initium antecedere nequeat expirantem augustum, vel initum septembrem An. V. C. Varr. DCCVII, finis vero idem tempus non excedat anni subsequentis V. C. Varr. DCCVIII.

Quo ad primum praemittere oportet victoriam Jul. Caesaris de Pharnace Rege in Ponto apud Oppidum Zelam, quod Cl. Bellejum, aliosque latuit, in Kalendario Amiterno notari a. d. IV Non. augusti. De anno vero felicissimae hujus victoriae Jul. Caesaris, nulla est inter Chronologos controversia, quod ab eo parta sit anno V. C. Varr. DCCVII. Vide etiam librum nostrum de Vulg. Ærae Emend. pag. 226. Hinc Caesar Ponto recepto, Bithyniam quoque a Pharnace Rege occupatam recuperavit, statimque ad ejus Provinciae, tum vero Asiae res ordinandas profectus est, ut testatur Hirtius de Bello Alexandrino cap. LXXVII, et seq. Itaque ante mensem augustum jam labentem, aut potius exeuntem An. V. C. Varr. DCCVII Jul. Caesar Bithyniae regendae, praeficere non potuit C. Vibium Pansam, neque a Nicaeensibus nummus signari cum ejus imagine, ac Victoriae symbolo, quod ad Pharnacem Regem paulo ante devictum referebatur. Ex quo etiam excluditur omne tempus, quod antecessit, ne de Pansae Praefectura tum cogitemus. Adde vero, quod tempore belli civilis Bithyniam obtinuerant primo Calvisius Sabinus, tum A. Plautius, donec Pharnaces eam sibi vindicaret, quo celerrime profligato, et oppresso Caesar eandem recepit, ut dictum est. Denique jus pecuniae cudendae cum imagine a Senatu inter caeteros honores Jul. Caesari primo concessum fuit post Pharsalicam pu-

gnam, quae singula ex certissimis historiae monumentis constant.

De altero extremo testem synchronum, eumque locupletissimum habemus M. Tullium Ciceronem, qui in Oratione Ligariana C. Pansam pro Ligarii salute laborantem, sibique praesentem non sine laude nominat. Quo etiam Ligarii crimen in conspectu Caesaris confitente, Cicero initio statim Orationis, se quoque minime vereri affirmat, quin illud aperte confiteatur. Haec vero per ironiae figuram, quasi esset plane inauditum, cum in eo consisteret, quod ex eorum civium numero esset, qui contra Jul. Caesarem in bello civili pro parte Cn. Pompeji steterant. Ea Oratio habita fuit a M. Tullio in Foro, audiente Caesare, anno V. C. Varr. DCCVIII, qui extitit inter luxatos postremus, iisque mensibus dicta est, quos Jul. Caesar ad omnem anni Romani labem auferendam inter menses novembrem, et decembrem interjecerat. Id patet ex ipsa Ligariana Oratione, in qua memorat Cicero se domi Caesaris, una cum fratribus Ligarii supplicasse pro ipsius reditu, quod in epistola ad ipsum Ligarium scripta, quae est XIV. lib. VI ad Familiar. notat a se factum fuisse a. d. V. Kal. *intercalares priores*. Defensio itaque Ciceronis in causa Q. Ligarii exulantis pertinet ad menses intercalarios anni postremi luxati Romanorum. Idque vel maxime patet, quod extrema parte illius anni, ut monumenta omnia, veteresque Historici consentiunt, Jul. Caesar Roma profectus sit ad bellum in Hispania adversus Pompeji liberos gerendum, quod et confecit mense Aprili insequentis anni V. C. Varr. DCCIX. Vide de his etiam lib. II Ær. Vulg. pag. 34. Si igitur ex demonstratis C. Vibius Pansa erat Romae mensibus intercalariis anni postremi luxati V. C. Varr. DCCVIII; si tum pro Ligarii salute, et reditu una cum Cicerone laborabat; si eodem tempore omnem suam curam ponebat, ut T. Ampio Balbo, adversantibus licet improbis hominibus, ac Caesaris

beneficium retardantibus, pro ipsius reditu diploma obtineret, ut est in epist. XII ejusdem lib. VI Ciceronis ad Familiar., in qua inter caetera haec habentur: *Pansa non solum confirmavit, verum etiam recepit, perceleriter se ablaturum Diploma*; fatendum sane erit ipsum Pansam ab aliquo jam tempore reversum tum Romae fuisse, insuper vero aliquem jam mensem ante intercalarios e provincia sua Bithyniae decessisse; ita ut jure statuere fas sit illius praefecturam ante ineuntem autumnum anni suprascripti V. C. Varr. DCCVIII finem habuisse. Post habitam a M. Tullio Ligarianam orationem, susceptumque a Caesare bellum Hispaniense nullum aliud superest tempus, quo Pansa in Bithynia cum imperio esse potuerit. Nam ut ex integra serie Epistolarum lib. XII, et XIII Ciceronis ad Attic. manifeste patet, C. Pansa ineunte aestate anni V. C. Varr. DCCIX in Galliam Bruti successor profectus est; non quidem a. d. III Kal. Jan., ut mendose legitur in Epist. XIX lib. XV ad Famil. Qua de re vide Parte II Imperial. in fine Exercitationem, in qua demonstratur quando Vibius Pansa in Galliam Cisalpinam ex Vrbe sit profectus. Transacto Gallicae praefecturae anno Consul designatus fuit, eumque magistratum iniit proximis Kalendis Januariis A. V. C Varr. DCCXI; in consulatu autem ex vulneribus mortuus est strenue pugnans adversus Antonium in acie apud Mutinam, quod neminem latet.

Hisce jam constitutis sic definiendum erit initium epochae, quam exhibet uterque Nicaeensium nummus noster cum notis ΒΛΣ, et ΓΛΣ. Si apud Bithynios annus civilis ordiebatur circa aequinoctium autumnale, ut Cl. Norisius contra Scaligerum infert ex observationibus Ptolemaei in Almagesto, in quibus Metrous mensis Bithyniorum cum novembri comparatur; apud Noviomagum vero, et in manuscripto veteri apud Henricum Stephanum in Append., ordine tertius ab Ereo recensetur, consequens erit hujus epo-

chae cardinem, de quo quaerimus, consociandum esse cum ineunte autumno anni V. C. Varr. CDLXXV, sicque fiet, ut annus ΒΛΣ finem habuerit exeunte aestate An. V. C. Varr. DCCVII, annus vero ΓΛΣ coeperit ineunte autumno ejusdem anni. Si vero de exordio anni civilis Bithyniorum certiora adhuc monumenta expectanda sunt, de quo profecto nondum plane constare mihi videtur, illudque repetendum sit, vel a verno tempore, aut ab aestivo solstitio; in hac hypothesi epochae cardo ducendus erit ab anno V. C. Varr. CDLXXVI, sicque notae ΒΛΣ exierint oportet verno tempore, aut aestate An. V. C. Varr. DCCVIII, eodemque tempore coeperint subsequentes notae ΓΛΣ. Quod apud Noviomagum V. Bedae Scholiasten, et in cit. MS. Henrici Stephani non ita certo menses Bithyniorum, Cypriorum, aliarumque Gentium, et Vrbium Orientalium eo ordine recenseantur, ut primus cum Neomenia anni civilis consentiat, et posterioribus a Julio Caes. temporibus, quibus eorum mensium fit descriptio, quo ad initium anni civilis apud Orientales Vrbes mutatio aliqua facta fuerit, ob indictiones inductas, aliasque ob causas, ut de Antiochia Syriae, aliisque Vrbibus constat, vetat ne de epochae hujus cardine expressius aliquid afferamus. Arctis tamen admodum limitibus eundem circumscriptum esse patet; ita ut nec anterior statui queat autumno A. V. C. CDLXXV, nec posterior vere, aut solstitio aestivo insequentis A. CDLXXVI; illudque etiam sequitur Nicaeenses primo quoque tempore nummos in honorem Jul. Caesaris edidisse, ac de ejus felicissima victoria gratulatos esse, quae tum ipsis, tum universae Bithyniae optatam pacem attulerat. Quoniam autem, qui hactenus de hoc argumento scripserunt Vibii Pansae praefecturam cum Æra Bithynica jungendam, et ab ea ducendam putarunt, quod tamen allati nummi vetant, Parte II Imperial. circa finem peculiari Exercitatione de Epocha Regum Bithyniae accuratius inquirere mihi proposui, ubi palam

factum est Æram eandem diversum habuisse initium ab eo, quo usi sunt Nicaeenses in duobus suprascriptis nummis edendis; ubi etiam alia subsequenti Exercit. detergere e re duxi errorem, qui in codices Ciceronis irrepsit, ubi in Epist. XVII lib. XV ad Famil. legitur: *Pansam a. d. III Kal. Jan. in Galliae provinciam paludatum profectum esse*, ut quae ad utramque Pansae administrationem Bithyniae, et Galliae postea Cisalpinae spectant suis temporibus restituantur: quem errorem neque in editionibus Tullii hactenus sublatum, neque a doctis Viris animadversum invenio.

Hoc loco potius Epocha Nicaeensium, de qua egimus, postulare videtur, ut quaedam hic subjungam de nummis C. Papirii Carbonis ab ipsa Vrbe Nicaea editis cum notis chronol. BKΣ, ΔKΣ, designantque tempus ejus Bithynicae administrationis, quod etiam confirmant nummi Nicomediae, et Prusae, cum notis ΔKΣ. Atque illud statim in rem meam jure infero ex his nummis mirifice confirmari, quod jam de Vrbe Nicomediensi animadverti, hanc scilicet Vrbem epocham cum Nicaeensibus communem habuisse, et in ejus nummis propterea signatis sub Vibio Pansa agnoscendas notas, quae in meis duobus Julii Caesaris Nicaeensibus certo leguntur. Cum autem idem constet ex laud. Papirii nummis de Vrbe pariter Bithyniae Prusa, non immerito suspicari fas esse de recta lectione Cl. Liebii in suo Apamensium Myrlaeensium ejusdem Bithyniae cum notis EΛΣ, quae ab iis Nicaeae, Nicomediae, et Prusae unico biennio recedunt, praesertim ob notam E, quae cum nota B facile confundi potest, ut supra jam animadversum. Secundo quoniam ex Dionis historia lib. XXXVI non aliud constat, nisi quod C. Carbo Bithyniae provinciam *ὕστερον postea* indefinito tempore, ex quo M. Cottam de extorta pecunia in ea provincia, cum eidem praeesset, accusaverat Acilio, et Pisone Cos, idest A. V. C. DCXXCVII, ex constituto jam epochae Nicaeensium cardine jure inferri C. Carbonis Bithynicae

praefecturae tempus ab A. V. C. DCXCVII in proximum biennium circumscribendum esse, quibus insuper annis nulli ex Fastis innotescunt, qui ejus provinciae praesides extiterint.

Sed, ut ad nummos nostros Nicaeenses revertamur, non omittendum duco hoc postremo loco de imagine Jul. Caesaris, quae in anteriori parte exhibetur, nullam dubitationem oriri posse, cum ea ad vivum expressa sit, ut initio diximus, iisdemque lineamentis, quibus sese offert in denariis romani commatis. Initio statim jus pecuniae cudendae cum imagine a devicto Pompejo ipsi a Senatu inter alios honores, Dione teste, concessum. Hinc non mirum, si vertente jam anno a victoria Pharsalica, in Bithynia cum Jul. Caesaris effigie nummi signari potuerint. Caput ipsius nudum non semel occurrit, tam in graecis nummis, quam in iis Coloniarum. Vid. Catal. Theup., Vaill. de Colon. Tres quoque sunt in Museo nostro, quorum unus nondum editus. De Victoriae figura in aversa res est manifesta, quod ea referatur ad devictum Pharnacem Regem, quo bello tanta celeritate, tamque feliciter confecto summopere laetabatur Jul. Caesar, ex quo etiam Bithyniae, totiusque Asiae pax consecuta fuerat.

NICOPOLIS IVDAEAE

De hac Vrbe, quae antea Emmaus dicta Vid. Cl. Bellejus M. T. XXX. Ejus epocham, quae in duobus hactenus nummis Trajani, et Faustinae sen. sese exhibet non immerito ducendam statuit Cl. Auctor ab An. V. C. Varr. DCCCXXIV, quando sub Vespasiano militibus veteranis in eam deductis Vrbis formam accipere visa est, quaeque propterea Nicopolis nominari coepit. Consentiunt anni cum utroque nummo.

ΑΥΤ Κ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚ ΙΟΙ (sic) Caput Trajani laureatum cum signo incuso in facie, in quo LXV.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩϹ ΕΤΟΥϹ ΜΒ An. XLII Victoria gradiens, d. coronam, s. palmae ramum.

Bell. Mem. T. XXX. ex Mus. Pembrok. P. III. Tab. 87. Cusus nummus iste anno imperii Trajani XVI.

ΘΕΑ ΦΑΥ..... Caput Faustinae sen. velatum.

ΝΙ ΟΒ An. LXXII Tres spicae omnia in medio coronae. Ær. 3.

Pell. Mel. II p. 84 Bell. M. T. XXX, qui ex fabrica, atque epocha hunc nummum Nicopoli Palaestinae adscribendum censet.

Coeperat annus iste ex praemisso epochae cardine anno V. C. DCCCXCV, Faustina vero Antonini Pii uxor decesserat tertio ipsius imperii anno, qui labebatur a mense Julio A. V. C. DCCCXCIII.

NYSA QVAE ET SCYTHOPOLIS PALAESTINAE

Haec Vrbs antea Bethsan dicta non longe a Tiberiade distabat, de qua vid. Plinius, Stephanus de Vrbib., et D. Hieronymus. In secundo Neronis nummo in notis major numerus praecedit, in duobus vero subsequentibus postponitur. Sed ut alibi innuimus, non idem semper ordo servatus. Vide in Vrbe Paneade, Neapoli Samariae etc. Cl. Bellejus epochae cardinem ducit ab Æra Caesariana Mem. T. XXVI, eumque componit cum An. V. C. Varr. DCCVI. Nihil tamen obstat, quod idem epochae initium in annum insequentem proferamus, a vere tamen ineunte, sive a mense Nisan computationem instituentes juxta morem in iis regionibus receptum. In hac hypothesi an. CXV in postremo Neronis nummo coepisset adveniente vere An. V. C. Varr. DCCCXXI. Nero autem sibi mortem conscivit a. d. III. Id.

Junii ejusdem anni. Annus vero CI in secundo ejusdem nummo, qui utique signatus intelligendus est superstite adhuc Imp. Claudio ob epigraphen capitis, in qua Nero non *Divi Augusti*, sed *Augusti* tantum filius dicitur, iniisset adveniente vere An. V. C. Varr. DCCCVII, vivo adhuc Claudio. Fatendum tamen ex nummis haetenus primum epochae terminum, ob adoptionem Neronis factam A. V. C. DCCCIII, triennio anteriorem esse posse.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔΙΟΣ Caput Neronis laureatum.

ΝΥΣΑ LP An. C. Mulier stolata capite turrito stans, d. coronam, s. hastae innititur. Ær. 2.

Pell. Mel. II. p. 32. Bell. Mem. T. XXVI.

In hoc, et sequenti nummo caput Neronis laurea ornatum exhibetur licet tum Caesar tantum esset ea dignitate auctus jam ab A. V. C. DCCCIV. Sed id exemplis minime caret. Ex praemisso utroque cardine consentit An. P cum iis, quae habet Tacitus Annal. XII: *D. Junio, Q. Haterio Coss XVI annos natus Nero Octaviam Caesaris filiam in matrimonium accepit*. Neronis an. XVI a deficiente Decembri A. V. DCCXC, quo natus, spectat tota fere parte ad A. V. C. DCCCXVI, memorati pariter Coss. signant eundem annum; nota denique P. sive ducatur ab autumno A. V. C. DCCVI, vel a proximo vere A. V. C. DCCVII, majori sui parte, sive IX mensium spatio complectitur suprascriptum An. V. C. DCCCXVI.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑ ΣΕΒΑΣΤ Υ Caput Neronis laureat.

ΝΥΣΑ LPA An. CI Mulier stolata stans, ut in superiori cum corona, et hasta. Ær. 2.

Pell. Mel. II. Bell. Mem. T. XXVI.

Caput Neronis laureatum, altero minusculo incuso ante faciem. Hinc inde in area LΕΙΡ An. CXV.

ΝΥCΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΣΚΥΘΟΠΟΛΙΤΩΝ In medio spiceae coronae. Ær. 3.

Lieb. in Goth. Num. pag. 335, qui epochae caput in An. V. C. Varr. DCXCVII rejiciebat, quod ne fiat duo praecedentes ejusdem Neronis nummi prohibent, ut per se patet.

CЄΠ...... Caput Getae sine laurea.

CKYΘOΠ..... ΔNC An. CCLIV. Mulier stans, hastae innititur, dex. ad ejus pedes fluvius emergens. Ær. 3.

Pell. Mel. II pag. 164. Bell. M. T. XXVI.

Vt alibi adnotavimus sero tandem Getae, et non ante An. V. C. Varr. CMLXI, vel ut placet Eckhelio, anno sequenti CMLXII Augusti nomen additum, quo tamen etiam tempore in pluribus nummis adhuc Caesar dicitur, et sine laurea exhibetur. Annus ΔNC finem habuerat, vel autumno A. V. C. CMLX, vel ineunte vere insequentis A. V. C. CMLXI.

Caput Gordiani.

NYC..... In area ΔT An. CCCIV Bacchus nudus gradiens, d. thyrsum transversum, pro pedibus hinc panthera deum suum suspiciens, illinc Priapus.

Eckhel. de Doctr. Num. Tom. III pag. 439 ex Mus. Caes.

Subdit autem ibidem hunc nummum maxime turbare Belleji calculos; nam si notae ΔT ducantur ab anno V. C. DCCVI, Gordiani imperium annis XII excederet. Quod quidem verum est, si nummus Gordiani Pii imaginem certo referret; verum cum ea, quae initio de hujus epochae finibus probata sunt nulli dubitationi locum relinquant, non injuria inferre licet eum nummum, vel ad aliam epocham spectare, vel potius ad alium Imperatorem. Ac vereor ne Cl. Vir in detrito nummo, cujus etiam capitis epigraphen omisit, Gordiani imaginem sibi videre visus sit, cum ad Valerianum, vel Gallienum esset referenda. Vtrique enim notae ΔT recte convenire possunt, ut calculum instituenti patebit.

ORTHOSIA PHOENICIAE

Vrbs fuit Phoeniciae maritima non ignobilis in Macchabaeorum lib. I. memorata, quod in eam navigio fugisset Tryphon, qui Syriam invaserat, dum intra Dororum moenia obsideretur. Seleucidarum epocham adhibuit, quam in nummis suis etiam autonomis expressit, de quibus vid. Pell. De ea egimus in lib. nostro de Vulg. Ærae Emend. p. 232, ubi ex communi opinione in autumno indefinite ejus cardinem statuendum asserui. Modo vero re accuratius perpensa, atque ex instituto nostro, ejus fines circumscribens, affirmare posse video, eandem epocham recte quoque procedere, si ducatur ab ineunte vere A. V. C. CDXLIII; sed ob ea, quae probata sunt in Vrbe Tripolitarum ejusdem Phoeniciae ex nummo Jul. Paulae, illorum exemplo in autumnum potius anni praecedentis, atque ob Alexandri Sev. adoptionem, in eundem adultum, ac deficientem esse conjiciendam. Vide sub Alexandro, et Elagabalo.

AVT KAI TI AIA AΔPI ANTωNEINOC CEB Caput Antonini Pii laureatum.

ΟΡΘωCIEωN BΞY An. CCCCLXII Astarte capite turrito stans coronatur a Victoria columellae insidenti. Ad pedes fluvius natans. Ær. 2.

Mus. Odesc. nunc Vatic. Noris, Vaill. Sestin. Descript. N. V.

AVT KAI TI AIA AΔP ANTωNEINOC CEB Caput Antonini Pii laureatum.

In ima parte areae ΟΡΘωCIEωN, superne BΞY An. CCCCLXII Idolum capite tutulato, sive Deus Terminus, d. acinacem, vel harpam gestans vehitur a duobus animalibus ex ferarum genere incertae speciei. Ær. 2.

Meus. Vaill., Noris, qui tamen detritum nummum nacti lit. E agnoscunt, ubi Idolum d. acinacem,

vel quid aliud simile gestat. Vide Mus. n. Tab. XXI. num. 155.

M AVP ΑΛЄΞΑΝΔΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Alexandri Severi Caesaris laureatum.

ΟΡΘΩϹΙЄΩΝ Templum tetrastylum cum gradibus, et Dea Astarte in medio templi cum attributis. In imo media inter gradus ara ignita, et hinc inde ΒΛΦ An DXXXII. Ær. 2.

Pell. Pop. T. III. pag. 245. Tab. CXXXIV. 12.

.... ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput Elagabali laureatum.

ΟΡΘΩϹΙЄΩΝ. Templum tetrastylum cum duplici ordine columnarum, et gradibus, in quo Dea Astarte, cum attributis; in imo vero, hinc inde inter gradus ΓΛΦ An. DXXXIII. Ær. 2.

Meus in lib. de Vulg. Ærae Emend. illustratus. Vide Mus. n. Tab. XXVIII. n. 280.

M AVP ΑΛЄΞΑΝΔΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Alexandri Severi Caesaris laureatum.

ΟΡΘΩϹΙЄΩΝ Templum tetrastylum cum gradibus, in quo Dea Astarte. In imo ΓΛΦ An. DXXXIII. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 183, et Pop. III pag. 245, ubi affirmat caput Alexandri Sev. nudum esse, tum sub hoc anno, tum etiam sub praecedenti. In schemate vero adjicitur laurea, quod tamen Neronis, Caracallae, aliorumque Caesarum exemplis nil obstare comprobatur.

Caput Alexandri Severi, et notae chronologicae in aversa parte ΔΛΦ An. DXXXIV. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 325.

Pellerin. Pop. III. p. 245 de duobus Alexandri Sev. nummis cum not. ΒΛΦ, et ΓΛΦ verba faciens affirmat eas notas incidere in an. III, et IV. imperii Elagabali, cum ille adhuc Caesar esset, atque ita exhiberi in cit. duobus nummis cum solo Caesaris titulo, et capite nudo, absque corona: *avec ce sul titre, e la tête nue sans couronne*. Ex quo

patet erratum in iconismo. Sed si etiam corona adjecta fuisset nullum ea certum praeberet argumentum, quod Alexander tunc Imperator extitisset, ut censuit Eckhelius sub hac Vrbe. Quod enim absint tituli Imperatoris, et Augusti, qui in ipsis praesertim initi principatus auspiciis ab Orthosia omissi non fuissent, id justum praebet argumentum, ut asseramus, utrumque nummum Alexandro Sev. dicatum fuisse, cum ille nonnisi Caesarea dignitate frueretur. Ac revera de laurea capiti Caesarum adjecta apud graecas praesertim Vrbes, de quibus sermo est, plura in promptu sunt exempla, ac praeter ea, de quibus consentit Cl. Eckhel. T. VIII. D. N. V. p. 361, ubi erudite inquirit de hoc capitis ornamento, satis sit afferre Neronis adhuc Caesaris nummos Vrbis Nysae cum notis Ρ, et ΡΑ, quos vide paulo supra, tum eos Maximi Caesaris, qui proxime attingit Alexandri Sev. tempora, tres autem cum corona afferuntur in Catal. Theupol., unus quoque testis est meus Metropolit. Phrygiae. Itaque et fides habenda Pellerinio, et nummus Orthosiae cum not. ΓΛΦ Alexandro adhuc Caesari adjudicandus.

Ex his porro en quae institui queant ratiocinia. Sed praemitto: cum Elagabali interitus contigerit ineunte mense martio A. V. C. CMLXXV, de quo nulla amplius quaestio, hinc sequi binos illos nummos Alexandri Severi cum notis ΒΛΦ, ΓΛΦ ante id temporis in lucem prodiisse: secundo cum Seleucidarum epocha, nec anterior esse queat autumno A. V. C. CDXLII, nec posterior vere ineunte insequentis anni, videndum utrum uni tantum, an utrique termino s. s. notae sese accomodare possint; tertio denique ob nummos Alexandri adhuc Caesaris Ægyptios cum notis L Є, quorum IV recenset Zoega, totidem ipse possideo, inter quos tres ab illis diversi, quin ulli hactenus inventi sint cum notis L Δ, jure inferri ejusdem Alexandri Sev. adoptionem post exitum augusti, vel ad summum circa Neomeniam Ægyptiorum A. V. C. CMLXXIV ab Elagabalo factam fuisse,

qua nempe inibat an. V. Ægyptiacus imperii Elagabali, de quo pariter nulla superest dubitandi ratio.

Quibus praemissis ad ratiocinia, et calculos veniamus; ex quibus constabit admisso alterutro cardine Ærae Seleucidarum computationem recte procedere posse, atque unum illud in prima ex autumno A. V. CDXLII necessario sequi, quod Orthosia Vrbs exemplo Gazae, Antiochiae ad Orontem, aliarumque Syriae Vrbium, annum suum civilem ab autumno jam adulto, et deficiente auspicari debuerit. Si notas itaque ΒΛΦ ducamus ab autumno A. V. C. CDXLII, in exitu erit annus ΒΛΦ autumno revertente A. V. C. CMLXXIV. Cum autem, ut probatum est, adoptio Alexandri Sev. statuenda sit ad summum circa exeuntem mensem augustum an. s. s. CMLXXIV, ac propterea sequatur eandem Alexandrinis perspectam fieri non potuisse, nisi jam inito autumno ejusdem anni; ex quo dein tempore coeperint nummos signare Alexandri Caesaris cum not. LЄ; pari ratione consequens erit ipsius Alexandri adoptionem Orthosiae Vrbi innotescere non potuisse, nisi autumno jam incoepto, et labente. In qua hypothesi pariter aliud temporis spatium admittendum est, intra quod accepto adoptionis nuncio, formae primum conficerentur, tum signarentur nummi cum notis ΒΛΦ illius adoptionis testes, ex quo autumnum jam progredientem, et adultum A. V. C. CMLXXIV intelligere, et admittere oportet. Adveniente vero mox anno novo civili, quem signant notae ΓΛΦ, patet ab eo tempore deinceps tam Alexandro adhuc Caesari, quam Elagabalo imperanti ab Orthosia dicari potuisse nummos cum praedictis not. ΓΛΦ usque in martium ineuntem insequentis anni V. C. CMLXXV, quo mense circa diem X interempto Elagabalo, Alexandro Sev. dicari quoque potuerint nummi cum titulis Imperat., et Augusti, et eisdem notis ΓΛΦ usque in autumnum deficientem ejusdem anni, qui tamen nondum inventi. Haec igitur sunt, quae ex instituta

computatione hujus epochae ab autumno sequuntur, quin dubitari queat, quod recte se habeant. Vnum illud concluditur, ut diximus, Neomeniam anni civilis Orthosiae Vrbis ultra ineuntem autumnum, eumque adultum proferri oportere.

Jam vero si computatio instituatur a vere ineunte A. V. C. CDXLIII, consequens erit nummum Alexandri Severi cum notis ΒΛΦ post perspectam ejus adoptionem ab Orthosia Vrbe non ante initum, labentemque autumnum anni V. C. CMLXXIV, eodem procedente editum fuisse, ut paulo ante dictum est; nummos vero tam Alexandri Sev. Caesaris, quam Elagabali adhuc superstitis cum notis ΓΛΦ ab Orthosia Vrbe emissos fuisse ineunte vere A. V. C. CMLXXV, nondum ad eas regiones allato nuncio Elagabali interitus, qui quidem cum evenerit circa diem X mensis martii anni, qui supra V. C. CMLXXV, nondum ad eam Vrbem pervenire potuerat, ut per se patet.

Atque haec sunt, quae de hujus epochae finibus ex nummorum fide certa ratione statui possunt. Ex quibus demum concluditur notas s. s. ΒΛΦ, et ΓΛΦ in nummis Orthosiae tam Alexandri Caesaris, quam Elagabali utrique epochae Seleucidarum termino recte sese accomodare posse. Exemplo tamen Tripolitarum ejusdem Phoeniciae Vrbis, et ob ea, quae ibidem ex nummo Jul. Paulae cum notis ΒΛΦ demonstrata sunt, anteponendum potius videri autumnum, sed deficientem, A. V. C. CDXLII, cui propterea assignari quoque debeat epochae Vrbis Orthosiae exordium.

PALTVS SYRIAE

Paltus, cujus situm egregie jam illustravit Norisius Dissert. V de Epoch. ultra Laodiceam Syriae, versus Phoeniciam M. P. XX ab ea distabat, media inter Gabalam, et Balaneam ex Ptolemaeo. In nummo, quem idem Norisius profert Ela-

gabali cum Dioscuris in aversa parte, epocha evanuerat, nec alium videre ei licuit. Inter eos, qui postea inventi sunt unus est Pellerinii, de cujus epocha constat. Ei autem modo bini alii addendi ex Mus. n., de quibus vide infra.

AVT KAI..... CЄVH...... Caput Sept. Severi laureatum.
IOV, supra caput inverse ΣϥΒ ΔΟΜΝΑΝ ΑV ΠΑΛΤΗΝΩΝ
An. CCXCII. Caput Jul. Domnae. Ær. 2.
Pell. Mel. II p. 137 Tab. XXIX. n. 1.

.... ЄΠ CЄV......... Caput Sept. Sev. laureatum.
AVΓ ΔΟΜΝΑ ЄΤ ΠΑΛΤΗ
ΝΩΝ
In imo CϥΘ An. CCXCIX. Caput Juliae Domnae cum stola ad pectus. Ær. 2.
Meus. Vide Mus. n. Tab. XXV, fig. 232.

Caput Sept. Severi, ut supra, vitiata epigraphe.
AVΓ ΔΟΜΝΑ ЄΤ.....
ΝΩ..
In imo TA An. CCCI. Caput Jul. Domnae. Ær. 2.
Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. fig. 52.

Ex Pelleriniani nummi iconismo cit. paulo ante docemur Paltenos inordinate mediam inter epigraphen notas chronologicas inserere consuevisse. In utroque nostro, quamvis non leviter ex injuria temporum male habiti fuerint, ut caeteri fere omnes hujus Vrbis, clare patet supra caput Domnae inter epigraphen legi ЄΤ, in imo vero sub stolà pectoris ejusdem Juliae adjectam epocham. Etiam apud Froelich. Append. nova p. 85 similis numm. ex Mus. Caes. ita describitur IOV ΔΟΝΝΑ ΕΤ ΠΑΛΤΗΝΩΝ. Ita etiam Eckhel. in Catal. Vindob., et Doctrin. N. V. IOV ΔΟΜΝΑ ΕΤ, praemissa tamen voce ΠΑΛΤΗΝΩΝ. Idem denique occurrit apud Maffejum in Veron. illustr. Lib. III p. 235, ubi legitur........ ΔΟΜΝΑ ΕΤ, quas quidem postremas lit. Cl. Vir epocham continere existimabat. Verum ex meis duobus modo perspicuum fit easdem significare ЄΤΟΥC. Nec aliter supplen-

dum videtur, ubi in duobus Sestinii, et Neuman. lectio proponitur CTPMH ΠΑΛΤΗΝΩΝ, atque interpretatio additur de *Castrorum Matre*. Cum enim similes sint nostris sequitur, primis duabus lit. exprimi vocem ЄT, tribus vero sequentibus notas chronolog. delitescere, ex eo etiam, quod scribendum fuisset MHT CTP, ut in caeteris similibus exemplis. Nihil postremo dicam de nummo, quem memorat Cl. Peller. ex Mus. de Cary cum notis HNY, et imagine Elagabali, quoniam idem Pell. ibid. animadvertit nummum hujusmodi in Museo Regis Galliae, in quod omnia D. de Cary cimelia transierant, inveniri non potuisse, ac praeterea, quod eae notae merito in suspicionem vocari queant, eo quod ex illis aliud epochae exordium constituendum esset, quod vix, ac ne vix quidem credibile videtur.

De tribus itaque, qui hactenus cum notis chronol. certo innotescunt verba faciamus. Quamquam in primo ex meis non parum vitiatae sint notae CϸΘ, non aliter tamen ex vestigiis legendum videtur. In secundo magis conspicuae sunt notae TA, quae superioris etiam lectionem confirmant. Ad definiendos autem hujus epochae fines ex eo Pellerinii, et postremo nostro, egregie jam animadvertit idem Peller. nummos hujusmodi a Paltenis signari non potuisse, nisi victo, et interfecto Pescennio, quoniam in ejus potestate Orientis provinciae continebantur, donec a Sept. Severo ingenti victoria apud Issicum superaretur, eique in fuga invento apud Euphratem caput amputaretur, quod contigit anno V. C. CMXLVII. Nutat ergo hujus epochae exordium intra octo annorum intervallum ab anno V. C. DCLVI ad An. V. C. DCLXIII. Ductis enim notis CϸB ab An. V. C. DCLVI, dant annum CMXLVIII, Pescennio jam interempto anno praecedenti. Si vero eas iteraveris ab an. V. C. DCLXIII, signabunt an. V. C. CMLV. Pariter notae TA a primo cardine exhibent an. V. C. CMLVII, a secundo vero ann. V. C. CMLXIV Sept. Severi emortualem. Ex nummis itaque,

qui deinceps in lucem prodeant arctiores ejusdem fines definiri poterunt. Si modo vero primum cardinem seligamus sequetur Pellerinianum nummum primo quoque tempore, et statim post Pescennii interitum Severo, ejusque uxori dicatum fuisse. De causa denique, et origine hujus epochae nihil explorati habemus, nisi quod eo tempore, in quod incidere debuit ejus exordium, diu multumque parricidalibus discordiis, ut eas appellat Justinus, dimicantibus inter se mutuo Antiochis fratribus, aliae quoque Syriae Vrbes sese in libertatem vindicaverint. Quod factum fuerat a Seleucensibus anno jam V. C. DCXLV, vel sequenti, a Sidoniis vero A. V. C. DCXLIII, de quibus vide suo loco. Discordiae autem, et bella civilia, quae memoravimus, mortuo etiam Antiocho VIII sub ann. DCLVII, perseverarunt usque ad regnum Tigranis in Syria, quem Vrbes ipsae ad illud regnum capessendum vocaverant sub An. V. C. DCLXXI. Plura vide de his apud laud. Pellerin. cit. T. II Mel. p. 336. tum apud Norisium, Froelich. in Annal., caeterosque, qui Regum Syriae gesta libris suis illustrant.

PELLA IN DECAPOLI SYRIAE

Haec Vrbs in Decapolitana Syriae Palaestinae trans Jordanem sita a Flav. Josepho inter eas recensetur, quae a Pompejo a Judaeorum jugo una cum Gadara, et Dio sibi proximis liberata fuit. Hinc ex analogia tantum ejus epochae exordium ab eodem cardine ducendum, hoc est ab An. V. C. Varr. DCXC, vel sequenti.

ΑΥ ΚΟΜΟ ΑΝΤΩΝ ΝΟ. Caput Commodi laureatum.

ΠΕΛΛΑΙΩΝ ϛΜΣ An. CCXLVI. Vir stans habitu brevi praecinctus, d. pat., s. scipioni innititur.

Bell. B. I T. XXVII. Eckhel. Catal. Vind. Froel. IV Tent. p. 225, qui epocham hanc in A. V. C. Varr. DCXCI differt.

PETRA ARABIAE

Arabiae Petraeae Vrbs dicitur Ptolemaeo. Hadrianae nomen sibi in nummis adscribit, quod fortasse ab Hadriano primum Metropolis constituta fuerit, postquam Trajanus Arabia adquisita eam in provinciae formam redegerat. Ejus nummi sunt sinè epocha, si unum excipias apud Pellerin., quem hic subjicimus.

Caput Septimii Severi, epigr. omissa.

ΑΔΡ ΠЄΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ In area ΡΛΔ. An. CXXXIV. Mulier rupibus insidens, humero s. trophaeum gerit. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 129.

POMPEIOPOLIS CILICIAE

Soli, vel Solipolis haec Vrbs antea dicta, a Pompejo M. nomen sortita est, postquam ille confecto piratico bello, magnam praedonum partem, quos sua providentia dignos existimavit, in interiora Ciliciae, atque in hanc Vrbem a se auctam, ac veluti de novo conditam transtulit, atque agro colendo addixit, ut omnem ipsis maria denuo infestandi occasionem adimeret. Hoc bellum Pompejus media aestate confecit, quo Cicero Praeturae Candidatus extitit C. Calpurnio Pisone M. Acilio Glabrione Cos, qui signant A. V. C. Varr. DCXXCVII, ut in lib. de Vulg. Ærae Emend. demonstratum est. Ante id temporis itaque epochae tum primum ab hac Vrbe in sui conditoris memoriam institutae cardo non est inquirendus. Sed id nummi etiam clare, distincteque probant, quorum ope modo accuratius etiam ejus fines definiemus, quam in libro nostro pag. 235 factum fuerit. Nam ex nummis Caracallae, et Macrini cum eisdem notis chronol. ΓΠC illud conficitur: cardinem epochae nec

anteriorem esse posse autumno anni V. C. Varr. DCXXCVII, neque posteriorem verno tempore insequentis anni. Nam si eandem iteraveris a vere ineunte anni V. C. Varr. DCXXCVII, exiisset annus ΓΠC vere revertente An. V. C. Varr. CMLXX, antequam Macrinus, Caracalla ex insidiis sublato, sibi imperium assereret, quod contigit post VI. Id. aprilis, die natali ipsius Caracallae, in quem diem incidit ejus perpetrata caedes. Non igitur epocha hujusmodi anterior esse potest autumno anni V. C. Varr. DCXXCVII. Neque enim fas est suspicari in iis Regionibus de solstitio aestivo, a quo Pompejopolitarum epocha initium sumeret. Rursus autem, si lubeat epochae exordium sumere ab autumno anni V. C. Varr. DCXXCVIII, coepisset annus ΓΠC, sublato jam Caracalla ante menses plus quinque, quod absurdum. Quod si vero eadem epocha a verno aequinoctio anni suprascripti numeretur, patet nummum Caracallae signari potuisse antequam interficeretur, vel saltem ad eas Regiones nondum propagato ipsius exitu; Macrini vero nummum signatum fuisse reliquis X circiter mensibus, qui supererant post nuncium allatum de Caracallae interitu.

AV K T AI AΔ ANTΩN..... ЄVC ΠΠ Caput Antonini Pii laureatum.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΘΣ An. CCIX. Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. demissa hastam, et clypeum Ær. 1. Mus. Odesc. nunc Vatic.

In sextum, vel VII cadit imperii Antonini Pii.

ΓΝ ΠΟΝΠΗΙΟC (sic) Caput Cn. Pompeji nudum.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΘΚC An. CCXXIX Genius Vrbis turritus sellae insidens cum sceptro, ad cujus pedes amnis caput exerit. Ær. 2.

Meus illustratus initio Numismat. Imperial. pag. 1, et seq.

Ex cardine hujus epochae initio constituto, annus ΘΚC, vel coeperat autumno A. V. C. CMXV, vel verno tempore

A. V. C. CMXVI, in vernum tempus insequentis, quos in: tra fines signari potuit s. s. nummus. Ad idem tempus spectat expeditio L. Veri suscepta adversus Parthorum Regem, qui Syriam invaserat, ex quo patet, cur Pompejopolitae nummum seq. ei dicaverint cum eisdem notis.

Caput L. Veri, et in aversa notae ΘΚC.

Eckhel. D. N. Vet. T. III. p. 69, ex Mus. Albano.

Noti quoque sunt nummi hujus Vrbis eodem anno editi cum imaginibus Chrysippi Philosophi Stoici, et Arati suorum civium, honoris causa erga M. Aurelium, et ipsum quoque Stoicae philosophiae sectatorem, quos vide apud Harduinum, Vaill., aliosque.

Caput Commodi, epigr. om.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΗΓΗ COYNIAC BNC Anno CCLII. Fluvius, d. ramum, s. urnae aquas vomenti innititur. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Fons Sunias, quo alluebatur Pompejopolis in nummo Pompeji M. expressus, cum Genio Vrbis sedente, ad cujus pedes emergit. Vide nummum in Mus. nostri Descript.

M. AVPHΛΙΟC ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput laureatum Caracallae.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΓΞC An. CCLXIII. Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam. Ær. 1.

Froel. IV Tent. ex P. Granellio, atque ab eodem Gesn. pag. 272. 3. Tab. 146. n. 40, Echkel. D. N. Vet. ex Mus. Caes.

Exeunte anno V. C. Varr. CMXLIX Bassianus, sive Caracalla a patre Severo Caesar primum dicitur. Ex iis, quae initio demonstrata sunt, coeperat annus ΓΞΡ, vel autumno A. V. C. CMXLIX, vel vere insequentis CML. Caracalla a patre dicitur Augustus, et Geta Caesar, cum in expeditione Parthica versaretur, labente mense martio A. V. C. CMLI, ita ut ea electio perspecta esse non potuerit Pompejopolitis ante aequinoctium vernum ejus anni. Itaque nummus

cum notis ΓΞΡ editus Caracalla adhuc Caesare. Nec obstat, quod ejus caput laurea ornatum exhibeatur. Plurima enim exempla allata sunt, atque occurrunt apud Numismaticos de laurea Caesaribus pro arbitrio ab exteris Vrbibus adjecta, quin plura hic addere necesse sit.

AVT KAI M AVP CЄVHPOC ANTΩNEINOC CЄB. Caput laureatum Caracallae.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΒΠC An. CCXXCII Minerva galeata stans cum luna crescente ad humeros, d. victoriolam, s. hastam clypeo impositam. Ær. 1.

Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill. de num. Graec.

M AVPHΛΙΟC ANTΩNЄINOC CЄ Caput laureatum Caracallae.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΓΠC An. CCXXCIII. Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam. Ær. 1.

Eckh. Catal. Vind., et Doct. N. Vet. p. 69. Tom. III. Froelich. IV Tent. p. 273.

A. d. VI. Id. April. An. V. C. Varr. CMLXX, ut initio jam innuimus, Caracalla Macrini dolo interficitur, qui mox imperium invasit. Annus igitur ΓΠC, vel coeperit oportet labente anno V. C. Varr. CMLXIX, et quidem post vernum tempus ob Macrini nummum cum iisdem notis, quem mox subjiciemus; vel labente anno CMLXX, non tamen ultra veris initium, ne nummus signatus dicendus sit interfecto jam a pluribus mensibus Caracalla, ut initio demonstratum. Rursus supra suo loco attulimus nummum ejusdem Caracallae cum notis ΓΞC. Ex indubiis historiae, Lapidumque monumentis constat Caracallam, Bassianum nomine, Severi filium natu majorem extrema parte anni V. C. Varr. CMXLIX prope Viminacium a patre, dum exercitum adversus Albinum duceret, Caesarem declaratum, et M. Aurel. Antoninum tum primum appellatum, eundemque, quemadmodum de Caesaribus primo quoque tempore fieri mos erat, mox Rufino, et Laterano Cos., qui signant An. V. C. Varr. CML.

in Sacerdotum Collegia supra numerum cooptatum fuisse; Vide lib. n. de Vulg. Ærae Emend., et Grut. p. CCC. Comparatis itaque inter se hujusmodi numinis sequitur annum ΓΞC in primo coepisse, vel autumno An. V. C. Varr. CMXLIX, finem habuisse autumno insequentis anni, vel coepisse ineunte vere anni V. C. Varr. CML, finem habuisse vere revertente insequentis; annum vero ΓΠC in hoc secundo inisse, vel autumno anni V. C. CMLXIX: exiisse, vel autumno, vel vere insequentium annorum. Quibus ita se habentibus optime conciliantur singula, quae respiciunt tempus tum Caesareae dignitatis Caracallae, tum perpetratae a Macrino ipsius caedis, atque cohaerent cum Ærae finibus a nobis initio positis, a quibus eadem ultro, citroque dimoveri nequit. Vide supra nummum cum notis ΓΞΡ.

AVT K M OΠC CЄV MAKPЄINOC Caput Macrini laureat.
ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΓΠC An. CCXXCIII. Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam, pro pedibus clypeus. Ær. m.
Catal. Theup.

Quatriduo post interfectum Caracallam Macrinus consentiente exercitu Imp., et Augustus dicitur, atque intra bimestre spatium Romae in Patriciorum numerum, et in Collegia Sacerdotum cooptatur Messio, et Extricato Cos. ex Grut. pag. CCC, qui sunt indices An. V. C. Varr. CMLXX, quo etiam tempore a Senatu in arrepta imperii possessione confirmatur. Haec porro, de quibus etiam diximus in lib. n. pag. 142, et 282, mirifice illustrantur hoc nummo cum notis suprascriptis ΓΠC. Sive enim epocham duxeris ab autumno anni V. C. Varr. DCXXCVII, sive a proximo vere, patet nummum in Macrini honorem percussum fuisse, vel primis quinque ipsius imperii mensibus in prima hypothesi, vel intra decem circiter menses, ex quo imperium invaserat.

Apud Gesn. in Caracalla Graec. N. 37 nummus Pompejopolis exhibetur cum epocha ЄΠC Anno CCXXCV. Verum,

si existit hujusmodi nummus, ad Elagabalum proculdubio referendus.

Caput Gordiani epigr. om.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΘΤ An. CCCIX Figura virilis nuda sacra facit ad aram, pone quam arbor. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Quinto Principatus Gordiani anno editus nummus, vel sequenti.

PTOLEMAIS PHOENICIAE

Vrbs vetustissima Ace primum nuncupata, in ora maritima Phoenices ultra Libanum sita versus Palaestinam, Colonia a Claudio facta fuit. Epocham Caesarianam adhibuisse ex nummo Elagabali, quem hic subjicimus evincitur, sed quo anno incertum, non ultra tamen A. V. C. DCCVII.

IMP C M AVR ANTONINVS. Caput Elagabali laureat.

COL PTOL HEC An. CCLXVIII Fortuna stans in templo octo columnarum. Ær. 2.

Noris de Epoch. Syrom. Vaill. de Colon.

RABATHMOMA ARABIAE

Consentiunt Ptolemaeus, et Stephanus in nomine hujus Vrbis, a quibus appellatur ΡΑΒαθμωμα. Hic tamen eam collocat in tertia Palaestina, suoque tempore vocabatur Areopolis, idest Civitas Martis; alter eam sitam tradit in Arabia Petraeja, cui consentit Eusebius. Acceptum debemus Cl. Viro D. de Wise Anglo Mus. Bodl pag. 205, quod veram hujus Vrbis lectionem in quibusdam nummis detexerit, approbante etiam Pellerinio, quos propterea hic subjiciemus; quorum etiam admissis notis inscriptis, sequitur ejus epocham nec anteriorem esse posse vere anni V. C. Varr.

CMXXIX, nec posteriorem vere, vel autumno insequentis. Sed ex usu Arabiae vernum tempus potius anteponendum.

AVT KAI Π ΓЄΤΑC Caput Getae laureatum.

ΥΑΒΑЄΘΜΟΒΑ corrige praeeunte Wisio ΡΑΒΑΘΜΩ ΒΑ idest *Rabathmoma anno* XXXII Vir armatus stans in cippo, d. gladium, s. clypeum, et hastam, hinc, et illinc fax ardens. Ær. 1. Catal. Theupol.

Sept. Geta in nostra sententia Augustus dicitur A. V. C. CMLXI. Ex ea igitur epocha anterior esse nequit A. V. C. Varr. CMXXIX. In ea Eckhelii, qui Getae Augusti titulum prorogat in A. V. CMLXII anterior esse non poterit vere A. V. C. CMXXX; sed id quoque ex praejactis recte se habet.

Caput Septimii Severi.

ΡΑΒΑΘΜΩ ΔΑ anno XXXIV Figura galeata stans, d. spiculum, s. clypeum, hinc, et illinc ara. Ær. 2.

Vaillantius, qui in Indice pag. 85 legebat ΕΝ ΠΑΘ- ΜΩΔΑ, sed emendandus, ut supra.

Docet hic nummus, admissa notarum lectione, epochae initium diferri haud posse ultra autumnum anni Vrbis C. Varr. CMXXX. Nam Severus occubuit in Brittannia ineunte Februario An. V. C. Varr. CMLXIV.

Caput Caracallae.

ΡΑΒΑΘΜΩ ΔΑ An. XXXIV.

Typum omittit Wisius, qui tamen testatur, nummum hunc a se visum, atque ab ejus certa lectione aditum sibi factum ad binos superiores similiter emendandos.

Caput Septimii Severi, om. epigr.

ΡΑΒΒΑΘΜΩΜΗΝΩΝ ΒΜΡ Mulier galeata stans, d. hastam, s. extensa aquilam, pede cippo imposito. Ær. 2. Vaill. de Num. Graec.

Sed Wisio suspecta hujusmodi nummi epocha, et Vrbis inscriptio. Ipse equidem nihil mihi definiendum sumam, qui alios quoque Caracallae, et Gordiani apud eundem Vaillantium, et Harduinum consulto praeteream, quo-

niam hactenus incertae sunt lectionis, et epochae.

RAMATHA SAMARITIDOS

Nummus, quem Vaill. in Augusto describit hujus Vrbis cum notis BIP ad Canatham spectat, et Claudio restituendus, quod jam monuerat Pell. Mel. II pag. 325. Vide igitur supra in Canatha.

RAPHANEA SELEVCIDIS

Anniae Faustinae nummum ab Havercampio T. I. Hist. Josephi, et a me quoque in lib. de Vulg. Ærae Emend. allatum, quanquam multa essent, quae nummum utrumque genuinum ostendere viderentur; tamen in his versandis mercibus exercitatior factus, brevi post repudiandum existimavi, cui quidem Havercampium fidem quoque abrogasse docet Mazzolenus.

RAPHIA IVDAEAE

Gazam, inquit Strabo lib. XVI, *sequitur Raphia*, *ubi Ptolemaeus IV. cum Antiocho M. conflixit*. Post Piraticum bellum Raphia sub Gabinio Syriae Praeside instaurata fuit una cum Anthedone, Dora, aliisque Graecanicis Vrbibus; quas Judaei vastaverant, Josepho teste lib. XIV Antiq. Itaque hujus Vrbis epocha Pompejana est, ejusque initium circa haec tempora statuendum; verum, quo potissimum anno id fieri oporteat ex nummo Commodi non ita certo definiri potest, quemadmodum Vaillantio visum fuerat, ut ibidem adnotabimus. Illud certum est ex nummo Philippi anteriorem esse non posse verno tempore An. V. DCXCIV. Praeclariss. Norisius Ærae hujus caput in autumno A. V. C. DCXCIII statuendum censuerat, sed illi minime perspectus fuit num-

mus Philippi; simul autem optime animadvertit, Josepho teste Lib. XIV. tempore Syriacae administrationis Gabinii, quae complectitur A. V. C. DCXCVI, et seq. ejus jussu instauratas fuisse Graecanicas Vrbes quamplures a Judaeis vastatas, inter quas *Anthedon*, *Raphia*, *Dora* etc. Itaque instaurata fuerit Raphia A. V. C. DCXCVII. Ejus cardo ex earum Regionum methodo ducendus non ante Neomeniam anni civilis praecedent. V. C. DCXCVI.

ΑVΤΟ ΚΟΜΟΔΟC Caput juvenile Commodi laureatum.

ΡΑΦΙΑ ΖΑC An. CCXXXVII. Diana venatrix habitu brevi stans, d. telum depromit, s. arcum, pro pedibus canis. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Noris. de Epoch.

Vaillantius addita contra morem suum capitis epigraphe legit, ut supra ΑVΤΟ etc. Norisius tamen eundem nummum Regium adeo detritum esse testatur, ut non nisi vox ΚΟΜΟΔΟC conspicua sit. Verum admissa etiam Vaillantii lectione, nihil proficere licet ad annum epochae primum tuto inveniendum. Illud enim in primis certum est Commodo adhuc Caesari triennio saltem, ante patris sui obitum Imperatoris, et Augusti titulos accessisse, ut nummi quamplures, graeci, et latini fidem faciunt; hinc in obscuro manet, utrum nummus iste M. Aurelio adhuc superstite, an vero soli jam Commodo imperanti dicatus fuerit: epochas autem etiam in nummis Caesarum inscribi consuevisse nemo ignorat, quae tamen ad Imperatorum tempora designanda pertinerent. Exemplo esse possunt nummi ipsius Commodi Ægyptii; graeci vero Gabalensium, tum vero Caracallae, Getae, Diadumeniani etc. Deinde posito etiam, quod nummus mortuo patre editus fuisset, cum M. Aurelius decesserit mense martio An. V. C. Varr. CMXXXIII, ut indubiis monumentis hoc chronologiae caput vindicavimus in lib. nostro de Vulg. Ærae Emend., unum illud tantum sequeretur: epocham hanc anteriorem esse non posse autum-

no An. V. C. Varr. DCXCVI, non vero in anno sequenti certo statuendam, ut Vaillantio videbatur. Magis igitur idonea adhuc expectanda sunt monumenta, quae epochae hujus fines definiant. Interim verisimile habendum cardinem, de quo initio diximus. Vide etiam infra sub Philippi nummo.

Nummus Caracallae cum epocha in aversa parte.

AΞC An. CCLXI. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 325.

Caput Caracallae, epigr. om.

ΡΑΦΙΑ ϚΞC An. CCLXVI Apollo nudus stans, d. lyram sustinet tripodi impositam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Alexandri Severi.

ΡΑΦΙΑ ΙϾΡ ϥϹ An. CCXC Serpens tridenti involutus.

Mem. Trev. Octob. 1737, et ex illis Eckhel. de Doctr. Num. Vet.

Quo imperii Alexandri Severi anno cusus fuerit hujusmodi nummus definiri nequit. Vide ad numm. sequentem.

Α Κ Μ Ι ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹЄΒ Caput Philippi senioris laureat.

ΡΑΦΙΑ ΔΤ An. CCCIV. Mulier tutulata sedens, d. parvam figuram adstantem protegit, retro alia parva figura stans. Ær. 2.

Sestinius Descript. Num. Vet. p. 546.

Circa mensem augustum anni V. C. Varr. CMXCVII a Philippo interficitur Gordianus, Philippus vero anno V. C. Varr. MII, mense Septembri in campis Veronensibus adversus Decium, qui imperium invaserat, strenue pugnans occubuit. Atque de his saepe alias dictum est. Hinc hujus epochae cardine ex Hebraeorum etiam methodo in mense Nisan, sive vere ineunte constituto, sequitur ejus computandae initium fieri posse ab anno V. C. Varr. DCXCIIII, aut a sequentibus, usque in annum V. C. DCXCVIII. Sed ut initio animadvertimus, non improbabili ratione hactenus ejus

cardo statui potest in An. V. C. Varr. DCXCVI, donec uberiora monumenta certiores ejus fines nobis suppeditent.

RHOSVS IN SYRIAE ET CILICIAE FINIBVS

Haec Vrbs, quam alii Syriae adscribunt, a Strabone in Cilicia ad Issicum sinum collocatur. *Post Ægaeas*, inquit lib. XIV, *Issus est .... Ibi accidit praelium Alexandri adversus Darium; et sinus dicitur Issicus. In eodem autem est Vrbs Rhosus etc.* De Rhosiis scopulis, sive montibus, qui promontorium efficientes, apud Rhosum fere jungebantur, mentionem habent Stephanus de Vrb., et Ptolemaeus. Iidem etiam in nummo nostro Vrbico Rhoseorum indicantur, qui insuper titulos sacrae, inviolatae, et autonomae huic Vrbi primus adscribit, notis etiam chronol. adjectis, ut videri potest in Musei nostri Descript. Vrbium, pag. 263. De ejus situ, atque epocha erudite disserit Bellejus Mem. T. XXX, qui tamen ex duobus nummis hactenus notis Commodi, et Sept. Severi duplicem epochae cardinem statuendum existimat. Sed ego quidem unicam potius aeram Caesarianam ab aliis quoque Ciliciae Vrbibus, ob beneficia a Jul. Caesare accepta, dum per eas transiens adversus Pharnacem exercitum duceret institutam in utroque nummo agnoscerem, ut mox in nummo Commodi adnotabo. Quacunque autem epocha admissa, latet adhuc annus primus, quo una, vel duplex ab hac Vrbe fuerit inchoata, aliis propterea novis monumentis, quae in lucem prodeant, definienda.

Caput Commodi, epigr. omissa.

ΡΩΣΕΩΝ ΕΤΟΥΣ ΘΙΣ An. CCXIX Mons, in cujus vertice Jovis statua cum fulmine, et hasta. Ær. 3.

Bell. Mem. T. XXX, ex Mus. Pfavv.

Nemini obscurum est in usu fuisse apud Graecanicas Vrbes, atque etiam apud Ægyptum, ut nummis, qui Caesarea tantum dignitate auctos referrent, notae chronologi-

cae adjicerentur, quae ad Imperatorum tempora designanda spectarent. Sic de M. Aurelio vix adoptato constat, de Caracalla vix Caesare a patre designato, ut nihil dicam de Geta, de Diadumeniano, de caeteris omnibus. Sic de ipso Commodo in nummis praesertim Ægyptiis. Quibus positis si hujus epochae initium duxeris ab An. V. C. Varr. DCCVII, reperies nummum Commodo dicatum fuisse An. V. C. Varr. CMXXVI ex praecedenti. Ille vero a patre Caesar jam dictus fuerat An. V. C. Varr. CMXIX: anno vero CMXXV eidem etiam Germanici nomen additum. Ex epigraphe capitis, et vultus descriptione certius aliquid statui posset, quae mihi haud comperta. Alii itaque viderint. Hisce jam adnotatis invenio apud Sestinium Lettere Tom. VIII pag. 114 anteriorem hujus nummi partem ita descriptam ex Mus. Reg. Berol.

AVT. K. Λ. AVP. KOMMOΔOC. Caput laureat.

In hoc itaque nummo, si vera est lectio, agnoscenda epocha Augustana cum Cl. Bellejo, quae designat an. V. C. CMXLII, nonum circiter imperii Commodi. Ex altera enim Caesar tantum, et duodennis extitisset.

Caput Sept. Severi, epigr. om.

ΡΩΣΕΩΝ ΕΤΟΥΣ ϚΝΣ An. CCLVI. Ær. 3.

Bell. ut supra ex M. Wise.

Notae hujusmodi ex epocha Caesariana ab An. V. C. Varr. DCCVII respondent An. V. C. Varr. CMLXII, et insequenti. Severus autem vita functus est mense februario An. V. C. Varr. CMLXIV. In nostro Vrbico nummo Rhoseorum epocha est ΣΟΒ CCLXXII, quae si ducenda ab autonomia a Jul. Caesare recepta, incidit annus in Alexandri Severi tempora. Atque iste addendus inter eos autonomos, quos Eckhel. describit Doctr. Num. Tom. III pag. 324, non minus, ac alter Pellerinii ex lib. Pop. II pag. 226 Tab. LXXXII n. 35, quem ille deficiente Vrbis nomine Tripolitis adscribendum censebat, qui tamen ex nostro suae integritati re-

stituitur in Musei nostri libro I. pag. 263, et seq. quibus adjungitur jam editus ab Eckhelio Hunterianus, tum etiam a Sestinio in suis schedis descriptus ex Mus. Ainsel. cum notis ETO HMP.

SAMOSATA COMMAGENES

Vrbs Samosata in Syria superiori ad Euphratem sita Commagenorum Regum quondam sedes, totiusque regionis metropolis extitit. A Caesennio Paeto Syriae Praeside anno IV imperii Vespasiani, ut Josephus auctor synchronus testatur, Antiocho Rege ejecto, ea regio in provinciae formam redacta fuit. Hinc Samosata totius provinciae caput se ab eo tempore Flaviam nominare coepit, atque epocham instituit, quam Norisius ex allato Josephi testimonio, atque ex Chronico Alexandrino egregie, ut assolet, illustrat Dissert. II de Epoch. Syrom. illud statuens, novam hanc Æram coepisse An. V. C. Varr. DCCCXXV, ita tamen, ut cum anno Commagenorum civili conciliaretur ex autumno anni praecedentis, atque exemplum affert Laodiceae Syriae, quae autonomia a Jul. Caesare donata An. V. C. Varr. DCCVII, eum quidem annum, primum esse voluit suae epochae tunc institutae, qui tamen numerandus foret ex Neomenia anni sui civilis jam initi in autumno praecedentis An. V. C. Varr. DCCVI. Atque haec obiter ex Norisio animadvertere libuit, ut pateat praestantissimo huic Chronologo, quod alibi etiam adnotavimus, jam tum perspectam fuisse methodum Graecanicarum Vrbium conferendi epochas in caput anni sui civilis, quemadmodum in lib. nostro ex instituto demonstratum est. Caeterum quo ad epocham hanc Vrbis Samosatae spectat, nihil hactenus ex nummis proficere licet, ut eadem certioribus calculis definiatur.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒΑϹΤΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ϹΑ ЄΤ ΝΗ An. LVIII Caduceus alatus. Ær. 3.

Pell. Mel. II. p. 68. Meus.

..... CЄBACT.. Caput Hadriani laureatum.

C A

Є T Caduceus alatus intermedius. Ær. min.

ΘN

Meus. Sestin. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 30.

Caput Hadriani laureatum sine epigraphe.

CA ЄT ΘN An. LIX Caduceus alatus. Ær. 2.

Haym. T. II. p. 272, qui optime animadvertit emendandum esse Vaill. ubi in simili nummo legit CAЄTΩN, sic enim dividere oportet CA ЄT ΘN.

AΔPIANOC CЄBACTOC Caput Hadriani laureatum.

ΦA CA ЄT NΘ An. LVIIII Caduceus alatus. Ær. 3.

Pell. Mel. II p. 68.

AΔPIANOC CЄBAC ЄT Ξ An. LX Caput Hadriani laureat.

ΦA CAMO MЄTPO KOM In medio coronae ex quercu. Ær. 3.

Noris de Epoch. Catal. Theup. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 29.

Caput Hadriani laureatum sine epigraphe.

ΦA CA ЄT Ξ An. LX Caduceus alatus. Ær. 2.

Haymius T. II p. 272.

In Hadriano notae hactenus descriptae, posito cardine, de quo initio dictum est, ab anno silicet V. C. DCCCXXIV, annum designant V. C. DCCCXXXII, duosque sequentes ab antecedenti, sive vere, sive autumno. Cum itaque utrimque distent ab auspiciis imperii Hadriani, ejusque obitu, qui contigit die X Julii A. V. C. DCCCXCI, nihil ex nummis hujusmodi proficere licet ad epochae cardinem definiendum.

Nummus M. Aurelii cum epocha in aversa parte.

ς An. XC. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 325.

Non erat omittenda capitis epigraphe, ex qua si constaret M. Aurelio Imp., et Augusti titulos adjectos fuisse, sequeretur epochae cardinem anteriorem esse non posse An. V. C. Varr. DCCCXXIV.

A K Λ AVP OVHPOC CЄB Caput L. Veri laureatum.

Φ CAM IЄP ACY AVT ЄT Aq MHT KOM An. XCI Mulier turrita rupibus insidens, ad ejus pedes fluvius natans. Ær. 2.

Catal. Theup. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 51.

Caput L. Veri, epigr. omissa.

Φ CAM IЄP ACY AV ЄT Bq An. XCII Mulier insidens scopulis, d. spicas, pro pedibus fluvius emergens. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus L. Veri cum epocha in aversa parte.

Δq An. XCIV. Ær. 2.

Pell. Mel. II. p. 326.

Notae hactenus descriptae in L. Vero spectant ad primum ipsius imperii quinquennium cum M. Aurelio. Nihil propterea ex hujusmodi nummis inferri potest, nisi quod epocha anterior esse nequeat autumno An. V. C. Varr. DCCCXXIII ob notas primi nummi Aq. A. XCI.

SCEPSIS TROADIS

Vaillantius de Num. Graec. quem sequitur Catal. Theupol. in nummo Juliae Domnae hujus Vrbis epocham sibi videre visus fuerat; legebat enim ΣΚΗΨΙΩΝ AAC. In alio item Caracallae ΣΚΗΨΙΩΝ BAC. In fine tamen, ubi seriem omnium numm. cum epochis illustrandam suscepit, utrumque omittit. Et revera, ut recte Pell. animadvertit Pop. II, p. 58: in aliis hactenus editis cum Imperatorum imagine legitur: ΣΚΗΨΙΩΝ ΔΑΡ, ΣΚΗΨΙΩΝ ΔΑΡΔΑ, vel denique ΣΚΗΨΙΩΝ

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ, ex quo magna oritur suspicio non aliter in iis quoque Vaill., et Catal. Theup. legendum esse, nullamque propterea in iis epocham subintelligendam. Quod hic monuisse sufficiat.

SEBASTE CILICIAE

Nummum hujus Vrbis in Valeriano seniori ita describit Vaill. in fine de Num. Graec., nam in Indice Imp. pag. 178 diversam exhibet lectionem. CЄBACTH IЄP AV NAVAPX Π ET COΔ Bandurius tamen de eodem nummo Regio p. 125 haec testatur = *Hujus nummi aversae partis epigraphe pene exaesa, in qua tamen harum literarum ΠEP ΔET vestigia comparent, sed Vaillantius aliter excripsit* = Nihil itaque certi de epocha hujus Vrbis statui potest.

SEBASTE IN SAMARITIDE

Hanc Vrbem antea Samariam appellatam, ab Hyrcano Hierosolymorum Pontifice, ac Principe post annuam obsidionem captam, ac solo aequatam, Herodes Rex in beneficiorum memoriam, quibus ab Augusto ornatus fuerat e ruinis excitatam de novo condidit, ac Sebasten nominavit. Cum autem Octavianus Caesar Divi Jul. fil se septimum, et Agrippa III Consulibus, qui signant An. V. C. Varr. DCCXXVII a prox. Palil. Munatii Planci sententia ineunte februario tum primum a Senatu, caeterisque civibus *Augustus* appellatus fuerit, Censorino teste, aliisque indubiae fidei monumentis, consequens fit nonnisi post id temporis novam hanc Vrbem ab Augusti nomine Sebasten nominatam, natalis sui epocham instituere potuisse. Cl. Norisius praeeunte Josepho, qui Sebasten conditam scribit anno XIII regni Herodis, Ægyptum id temporis administrante Petronio, ac Ælio Gallo in Arabiam felicem expeditione suscipiente,

merito infert annum regni Herodis XIII computandum esse ab Hierosolyma capta, et Antigono interfecto. Haec tamen ex invictis argumentis, quae allata sunt in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 368, evenisse constat circa mediam aestatem An. V. C. Varrr. DCCXVII, non autem anni praecedentis, ut praestantissimo Norisio visum fuerat. Quare annus XIII regni Herodis a Josepho memoratus, coeperat mense Nisan A. V. C. Varr. DCCXXIX, atque ab hoc tempore statuendum est Herodem manum admovisse operi, ut Vrbem Samariam a cineribus excitaret, et in Augusti honorem Sebasten appellaret, unde etiam hujus epochae exordium merito duci poterit. Nam cum antea ex nummo Trajani constaret eandem posteriorem esse non posse verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXX ob notas PMA, de quibus vide paulo inferius; modo ex praestanti altero Caracallae cum notis CMB certo infertur, ut suo loco patebit, eam nec posteriora initia habuisse verno tempore praecedentis Anni V. C. DCCXXIX. Sed quod ad verum ejus cardinem attinet, nihil ex nummis hactenus notis certi definiri potest. Atque illud tantum sequitur ex praemissis ob Augusti titulum C. Caes. Divi Jul. Filio primum a Senatu, et P. R. decretum anteriora initia habere non posse verno tempore anni V. C. DCCXXVII. Quod extremum non excludit nummus quoque Domitiani cum notis HP suo loco videndus: ex anno vero XIII regni Herodis a Hierosolyma capta, qui coepit ineunte vere An. V. C. DCCXXIX, quo tempore Herodem manum admovisse diximus ad Vrbem hanc instaurandam, atque ex recenti Augusti titulo decorandam, merito cum eo cardine consociari posse. Vt autem in re hactenus incerta dicam, quod sentio, nihil obstare, aut quid absurdi sequi existimo, si asseramus epocham hujusmodi institui potuisse ad memoriam posteritati commendandam, ex quo Augusti nomen Caesari primum accesserat; ideoque donec

uberior numismatum copia litem decernat, alterum hoc epochae extremum minime repudiandum videri.

Caput Neronis, epigr. om.

ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡΙΑΣ ϘΑ An. XCI Dea Astarte stans, d. caput Osiridis, s. hastam, pede fluvium calcat. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Notae ϘΑ ab ineunte vere An. V. C. DCCXXIX postremum Neronis imperantis biennium complectuntur.

IMP DOM.... CAESAR Caput Domitiani laureatum cum signo incuso in collo, in quo XF.

CЄBACTHNΩN. Mulier capite tutulato sedens, d. pomum, s. hastam: superne ΗΡ. An. CVIII. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 21.

Sunt admodum rudis fabricae hujusmodi nummi, ut ex iis etiam Commodi liquet, et ob angustiam loci notae inter se colligatae conspiciuntur ad caput sellae, in quo Mulier sedet. Id. septembris An. V. C. DCCCXXXIV Tito vita functo, tum primum in imperio successor Domitianus Imperator in nummis inscribitur. Si notas HP a verno tempore anni V. C. DCCXXVII iteraveris, coeperint oportet revertente vere A. V. C. DCCCXXXIV, finem habuerint in idem tempus insequentis anni DCCCXXXV, mortuo jam Tito fratre, septembri mense praecedentis anni. Notae itaque hujusmodi confirmant anteriora initia statui non posse hujus epochae verno tempore An. V. C. DCCXXVII, ut initio diximus. De nexu in notis habes exempla in nummis Neocaesareae Sept. Severi, Trapezuntiorum Elagabali, aliarumque Vrbium.

IMP DOMIT CAESAR Caput Domitiani laureatum.

CEBACTHNΩN ΛΘΡ An. CIX Juppiter seminudus stans, d. hastam, sin. extensa victoriam. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec.

IMP DOM..... Caput Domitiani laureatum.

CEBACTHNΩN PI An. CX Galea, ut in Herodis M. nummis cauda equina insignis. Ær. 3.

Lieb. Thes. Frid. p. 377.

Caput Trajani, epigraphe omissa.

CEBACT PMA An. CXLI Victoria gradiens cum corona in d., s. vero palmam gerit. Ær. 2.

Arigon. T. I. Tab. II n. 21.

In epigraphe capitis, quae omissa est, *Parthici* titulus abesse minime debuit, quod tamen certo scire maxime intererat, probaret enim epocham anteriora initia habere non posse verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXIX, de quo initio dictum est. Illud tantum inferri potest ex notis PMA epocham hanc posteriorem esse non posse verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXX. Trajanus enim diem suum supremum obiit a. d. III Id. aug. Ann. V. C. Varr. DCCCLXX. Quoniam vero ejus mors contigit in Vrbe Selinunte Ciliciae; ex quo sequitur eandem in proximas regiones multo ante unius mensis spatium propagari debuisse, inter quas numeranda etiam Sebaste; hinc patet, quod si notas suprascriptas iteraveris ab autumno anni V. C. Varr. DCCXXX, nummus iste editus fuisset Trajani morte jam a Sebastenis perspecta, quod absurdum. Itaque computatio instituenda saltem a verno tempore ejusdem anni. Habes ergo epocham, de qua agimus hoc limite posteriorem haud esse posse. Sed jam anteriora initia statuenda ex nummo Caracallae, quem vide.

IMP C M AV COM AN Caput ejusdem laureatum.

... BACTHNωN CYP L CIЄ An. CCXV. Mulier stolata, et tutulata stans, d. taedam, s. spicas. Ær. 2.

Catal. Theup. Vaill. Noris.

IMP CAI AVG COMO: sic se habet epigraphe. Caput laureatum Commodi.

CЄBACTHNωN CIϚ An. CCXVI Mulier velata, et stolata stans, d. taedam, sin. spicas. Ær. 2.

Meus duplex. Vide Mus. n. Tab. XXIII. n. 199.

... COM ANT... Caput Commodi laureatum.

CЄBACTHNωN CYP LCIς An. CCXVI Mars gradiens capite galeato, d. hastam, s. clypeum. Ær. 3.

Noris Dissert. V, Vaill. de Num. Graec.

Alius, sed cista inter duos angues, in caeteris, ut supra. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

M. Aurel. Commodus interficitur postremo die An. V. C. Varr. CMXLV. Si notas CIς iteraveris ab ineunte vere A. V. C. DCCXXIX, postremus in exitu erit redeunte vere A. V. C. CMXLV, superstite Commodo in finem usque ejusdem anni.

Caput Jul. Domnae, epigr. om.

CЄBACTHNωN CYP LCK An. CCXX Ceres stolata stans, d. taedam oblongam, s. spicas. Ær. 2.

Noris, Patinus, Vaill.

Notae suprascriptae designant annum tertium imperii Septimii Severi a vere ineunte An. V. C. DCCXXIX.

AV K M ANT....... Caput Caracallae laureat.

CЄBAC..... CMB Bacchus stans, d. cantharum, s. thyrsum, pro pedibus fluvius emergens. Ær. 2.

Sestinius ex Mus. Ains. Descript. N. V. p 544.

Praeclarus hic nummus probat epocham, de qua agimus, posteriora initia habere non posse verno tempore anni V. C. Varr. DCCXXIX, ut principio innuimus. Caracalla enim a Macrino interficitur die suo natali a. d. VI Id. April. anni V. C. Varr. CMLXX. Initio computandi facto a verno tempore anni V. C. DCCXXIX, annus CMB CCXLII incipiet ineunte vere anni V. C. Varr. CMLXX, XVIII circiter dies ante ejus caedem per Macrinum perpetratam. Hinc intelligimus spatium aliquod temporis superfuisse, quo nummus iste signari potuerit, antequam de Caracallae interitu ad Sebastenos rumor aliquis perveniret, quod non sequeretur,

si epocham, vel in aestatem tantum ejusdem anni diferre placeat.

SELEVCIA SYRIAE IN PIERIA

Haec Vrbs a Seleuco Nicatore fulminis augurio condita non longe a Syriae Metropoli Antiochia, quae ad Orontem sita quatuor epochas diversis temporibus induxisse fertur: unam a libertate accepta sub Antiocho Gripho, binas Pompejanam, et ab Actiaca victoria adhibuit in nummis Principum Romanorum; eam vero Seleucidarum in nummis tantum Syriae Regum, et autonomis. De tribus postremis certo constat, de prima vide paulo inferius. Pauci tamen supersunt ejus Vrbis nummi cum notis chronologicis, quorum ope nihil sane proficere liceret ad cujuslibet epochae caput definiendum, nisi ex aliis fontibus innotesceret. Qui plura de hac nobilissima Vrbe desiderat, adeat praestantissimum Norisium de Epoch. Syromaced. Dissert. III.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡ Caput Tiberii nudum.

Γ ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΖΜ An. III imperii, et XLVII Ærae Actiacae. Omnia in corona laurea. Ær. 2. Meus duplex. Vaill., Noris, aliique. Vide Mus. n. Tab. XXXVI fig. 11.

Dubitari nequit, quin nummus iste Æram ab Actiaca victoria contineat, quae, ut certo constat ab autumno V. C. Varr. DCCXXIII ducebatur. Coeperat itaque annus ΖΜ autumno An. V. C. Varr. DCCLXIX, eodemque tempore tertius labebatur Tiberio Caesari ab obitu Augusti principatus sui annus. Quod quidem mirifice consentit cum caeteris omnibus vetustis monumentis, quibus ea duo chronologiae capita demonstrantur. Vide lib. n. de Vulg. Ær. Em. Similes nummi cum epocha Actiacae victoriae, tribusque primis principatus Tiberii annis habentur etiam in Antiochia ad Orontem, de quibus vide suo loco.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput laureatum Tiberii.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ Mensa, supra quam fulmen, intra pedes ΑΔΡ. In area ΔΝ omnia intra lauream. Arg. m.

Sestin. ex Mus. Ainsel Descript. N. V. p. 525.

Si haec lectio in notis admittenda, nam aliter eas descripserat in suis schedis Cl. Vir, duplex epocha agnoscenda. Cum autem minor nonnisi Actiaca esse queat ab autumno an. V. C. Varr. DCCXXIII, atque annum designet V. C. Varr. DCCLXXVII ab autumno praecedenti; altera major autonomiae dicenda erit, eademque numeranda ab autumno an. V. C. Varr. DCXLVI. In Chronico autem Alexandrino haec instituta dicitur anno praecedenti, levi sane discrimine ab hisce calculis. Ejusdem autem ope nummi restituendi similes aerei Tiberio, qui in Museo Parmensi, itemque apud Morellium, et Vaillantium Augusto tribuuntur, simulque emendandae notae, quae in nummis Morellii, et Vaillantii corruptae leguntur hoc pacto: ΛΔΡ, et in area ΗΑ apud primum, apud secundum vero ΙΔΡ. Plura videsis apud laud. Sestin.

Nummum exhibet Norisius Dissert. III de Epoch. p. 269 cum capite femineo turrito, et notis ΒC, quae ab Æra autonomiae anni V. C. DCXLVI incideret in postremum imperandi biennium Domitiani.

Caput Antinoi epigraphe deleta, et cum signo incuso, in quo ΑΕ.

ΣΕΛΕΥΚΕ.... ϘΡ An. CXC Pallas stans, d. victoriolam, ut videtur, s. clypeo innititur humi posito.

Pell. Mel. II p. 72.

Si capitis imago revera Antinoum exhibeat, cujus aliud simile exemplum in Syriacis Vrbibus non invenies, quae ab hujus generis nummis edendis se abstinuisse videntur; si praeterea de Seleucia Syriae interpretanda inscriptio aversae partis, quamvis Palladis typus sit plane alienus ab hujus

Vrbis moneta: notae ϙP, annus nempe CXC ducendus ab Ǽra Pompejana, cujus initium constituendum non ante An. DCXCIII. Illud enim jam in comperto est nummos omnes Antinoi editos fuisse post ejus mortem, quam non ante A. V. C. DCCCXXCIII evenisse pluribus argumentis jam probavit Eckhelius T. VI. D. N. Vet. sub Hadriano, itemque sub eodem Antinoo, ubi emendandos docet eos Antinoi nummos, quotquot hactenus editi fuerunt cum unica nota H, vel Θ, iisque addendam ostendit decennarii numeri notam I, quod suo met exemplo confirmat. Incertum est a quo anno epocham duxerint Pompejanam Seleucenses, nihilque certi definiri potest ex unico Alexandri Sev. nummo, quem vide paulo inferius; caetera omnia, de quibus diximus, aeque incerta, de iisque similia pariter dubia proponit laud. Eckhelius T. III pag. 327. Satius itaque erit de hoc Pelleriniano nummo rem in medio relinquere.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput juvenile laureat. Caracallae.
ϹЄΛЄΥΚЄΙΑϹ ΠΙΑΙΡΙΑϹ ΑϹ An. CCXXX Fulmen mensae impositum. Ǽr. 2.
Pell. Pop. III p. 241. Tab. CXXXIV. 4.

Computatio instituenda a victoria Actiaca, a quo cardine habes annum CMLIII ex autumno praecedenti. Caracalla vero a mense martio An. V. C. CMLI jam Augusti titulum a patre consecutus fuerat.

Caput Alexandri Sev., epigr. om.
ϹЄΛЄΥΚЄΩΝ ΠΙЄΡΙΑϹ ϹΠΘ An. CCXXCIX. Templum tetrastylum, in quo Juppiter Casius sub Lapidis forma cum tribus astris desuper. Ǽr. 2.
Vaill. de Num. Graec. p. 139.

Annus iste computandus ab Ǽra Pompejana, sed a quo anno incertum, ut paulo supra dictum est. Ab anno V. C. DCXCIII signaret A. V. CMXXCII Alexandri Sev. VII; adhuc autem totidem imperavit annos a martio A. V. C. CMLXXV ad veris exitum A. V. C. CMXXCVIII. Vide in Amasia p. 40.

SIDON PHOENICIAE

Haec Vrbs Phoeniciae maritima inter vetustissimas merito recensenda, in s. Genesi, apud Josue, aliosque antiqui Foederis Scriptores sacros, tum apud veteres Poetas, Homero praeeunte miris laudibus celebratur. Cum dissidentibus inter se fratribus Syriae Regibus Antiochis, atque bella civilia gerentibus, vel se ipsam in libertatem asseruisset, vel ab Antiocho Rege, qui Cyzicenus dictus est, autonomiam obtinuisset, Æram instituit, quam monetae suae statim insculpsit, ut in ejus nummis Vrbicis numero pluribus legitur, eamque posteaquam etiam Syria universa per Pompejum Romano imperio adjecta fuit, retinuit, et in nummis etiam Imperatorum adhibuit. Desinunt tamen ejus nummi graece loquentes in primum imperii Hadriani tempus, siluitque usque ad Pseudo Antoninum Elagabalum, qui ex Phoenicia ortus eam Coloniam, et Metropolim constituit. Ab eo tempore monetam iterum emittere coepit, sed cum latina epigraphe. Revera namque nullus agnoscitur, aut Tyri, aut hujus Vrbis Elagabalo dicatus nummus cum graeca inscriptione, notisque chronologicis ab Æra Seleucidarum computandis, ut Vaillantio excidit; ii enim, quos commemorat, Tripolitis restituendi sunt, ut jam a Pellerinio animadversum, pluresque insuper Musei nostri confirmant. De hujus Vrbis origine, splendore, variisque casibus videndus prae caeteris eruditiss. Norisius Dissert. IV de Epoch. Syromaced.

Ad hujus Vrbis epocham quod attinet, ut ex instituto nostro numismatum fide certos ejus fines definiamus: ex nummo Caligulae cum notis HMP, meoque anecdoto Neronis cum notis ϚΞP sequitur eandem anteriorem esse non posse An. V. C. DCXLII, exluso etiam verno tempore ex eo Caligulae; quo ad alterum vero extremum animadvertere

praestat ab Harduino ex Thesauro Regio Galliae nummum Trajani describi cum notis HKΣ : sed Norisium testari cit. Dissert. IV ex trium praestantissimorum Virorum fide, inter quos Joannes Vaillantius, qui nummum ab Harduino memoratum suo rogatu inspexerant, sibi constitisse eum nummum non Trajani, sed Hadriani imaginem referre. Nulla ergo ejus nummi ratio habenda. Notandum praeterea apud Scaligerum lib. III Can. Isagogic. pag. 296, numisma Hadriani proferri cum hac epigraphe ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ Ε. ΖΚΣ. De eo tamen laud. Norisium cit. Dissert. dubitasse, ac ibidem haec habere: *vereri se, ne perperam quoque Scaliger eum nummum obtruserit, cum laudata inscriptio cum notis* L. ΖΚΣ *in Cimeliis Regio, Mauroceno, aliisque in Trajani, non autem Hadriani numinis legatur*. Quod idem dicendum de nummo Hadriani, quem citat Vaill. ex eodem Mus. Reg. Galliae cum recit. notis ΖΚΣ, nam merito suspicari licet eundem esse, de quo testatur Norisius: *in Cimelio Regio eas notas in Trajani, non autem Hadriani nummis legi*. Similia exempla de ancipiti utriusque imagine vide sub Vrbe Tripoli. Qua propter ad Epocham Sidoniorum adeptae libertatis tuto definiendam seponendus uterque nummus, nempe tam ille Trajani cum notis HKΣ, quam alter Hadriani cum not. ΖΚΣ. Quibus sepositis manifestum est Æram Sidoniorum recentiorem hactenus nutare inter annum V. C. DCXLII, et insequentem DCXLIII. Quid enim confici valeat ex ratiocinio Norisii, quod etiam Eckhelius adoptat D. N. V. T. III. pag. 367, satis norunt, qui in rebus chronologicis tractandis versantur. Nam etsi certo constet de nummis Trajani cum notis ΖΚΣ, itemque de iis Hadriani cum not. HKΣ, nihil ex iis concludi posse patet, ut annum V. C. DCXLIII pro hujus Ærae cardine certo statuamus; spatium enim, quod superest ab obitu Trajani ex die III Id. sive XI Augusti ad proximum autumnum, utrique anno V. C. DCXLII, et insequenti se accomodat pro con-

stituendo Ærae hujus exordio, nam annus ZKΣ erit penultimus vitae Trajani, vel ab autumno A. V. C. DCXLII vel a vere ineunte sequentis DCXLIII; annus vere HKΣ primus Hadriani ab utroque termino. Itaque concludendum ex conjectura tantum Norisium locutum fuisse, non autem ex certa nummorum fide cardinem hujus epochae statuere voluisse in autumnum A. V. C. DCXLIII.

In hoc itaque rerum statu expeditam magis, tutioremque viam exhiberi puto ex anecdoto numismate nostro Regis Demetrii Philopatoris, quod vide in Serie Regum pag. 105. Cum enim in eo duplex epocha a Sidoniis signata videatur, una Seleucidarum notis ZIΣ, altera adeptae libertatis not. ZI, si illae inter se comparentur, sequitur Æram Sidoniorum propriam, vel autumno A. V. C. DCXLII, aut verno tempori sequentis A. V. C. DCXLIII illigandam esse; nam adhuc latet quo anni tempore incideret Neomenia anni civilis Sidoniorum, epocha vero Seleucidarum a vere quoque A. V. C. CDXLIII duci potest, ut pluribus jam nummorum exemplis constat. Hinc citato superius loco Regum p. 105 ex instituto nostro computatio instituenda, vel ab autumno A. V. C. DCXLII, aut a vere ineunte sequentis DCXLIII.

Nummus Augusti cum epocha in aversa IP An. CX. Ær. 3.

Pell. Mel. II. pag. 326.

Caput Augusti sine epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟΣ Sacellum distylum Deae Astartis currui impositum LZI idest ΘΕΑΣ An. CXVII. Ær. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Numm. Graec.

Caput Augusti laureatum sine epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟΣ L BK.... Supple BKP. An. CXXII. Europa tauro vecta. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 6.

Caput Augusti laureatum sine epigraphe.

Rr

ΣΙΔΩΝΙΩΝ L ΓΚΡ An. CXXIII Europa tauro insidens. Ær. ferè 1.

Pell. Mel. II. pag. 8, et 326. Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVI. fig. 7.

Caput Augusti, epigraphe ambigua.

ΣΙΔΩΝ.... ΔΚΡ An. CXXIV. Europa tauro vecta. Ær. 3.

Eckhelius Catal. Vindob.

In singulis quatuor Augusti nummis supra descriptis, tum etiam subsequentium Imperatorum ad Trajanum usque, nulla capiti epigraphe adjecta hactenus conspicitur, quod idem de hoc Echkel. factum conjicere fas est. Spectat autem epocha ex autonomia ducta ad postremum fere Augusti imperandi, ac vivendi tempus. Decessit enim Nolae in Campania a. d. XIII Kal. Septembris, duobus Sextis Consulibus, ut est in veteri Kalend. adnotatum. Hi vero Consules signant an. V. C. Varr. DCCLXVII. Notae autem A. V. C. DCCLXVI, vel sequentem, ex alterutro cardine.

Caput Caligulae laureatum absque epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟΣ L ΗΜΡ An. CXLVIII Europa tauro insidens cum velo supra caput. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 24 Tab. XXV. n. 14.

Nummus iste probat hujus epochae cardinem posteriorem esse debere verno tempore anni V. C. Varr. DCXLII. Nam si initium numerandi feceris ab ineunte vere ejusdem anni, notae ΗΜΡ in exitu fuissent redeunte vere anni V. C. Varr. DCCXC, antequam de morte Tiberii, et de Caligulae successione quidquam Sidoniis innotescere potuisset. Tiberius namque vita functus est a. d. XVII Kal. April. Acerronio, et Nigrino Consulibus, qui sunt indices anni V. C. Varr. DCCXC. Vide etiam in nummo Neronis.

Caput Caligulae laureatum anepigraphum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΗΜ.. An. CXLVIII Europa tauro vecta velo expanso supra caput. Ær. 3.

Mus. Odesc., nunc Vatic.

Alius similis, sed ΣΙΔΩΝΙΩΝ. Ær. 2.

Sestin. ex Mus. Cusiner.

Caput Claudii.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΑΞΡ An. ÇLXI Europa tauro vecta. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus Claudii cum epocha in aversa parte L ΒΞΡ An. CLXII. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 326.

Caput Neronis laureatum sine epigraphe, ante pectus astrum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ϚΞΡ An. CLXVI. Europa tauro vecta, d. velum supra caput expansum retinet, s. tauri cornu. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XV. n. 52.

Insidiis Agrippinae Claudius veneno extinguitur a. d. III Id. Octobris anni V. C. Varr. DCCCVII, statimque Nero imperat. Itaque nummus iste pariter ostendit Æram Sidoniorum anteriorem esse non posse anno V. C. Varr. DCXLII, signat enim annum V. C. DCCCVIII ex praecedenti; sed Caligulae nummus vernum quoque tempus ejusdem anni excludit.

Caput Neronis.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΘΞΡ An. CLXIX Europa tauro vecta.

Eckhel. ex Mus. Caes. in lib. de Doctr. Num.

Caput Neronis laureatum sine epigraphe.

In imo ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ Superne ΕΟΡ An. CLXXV Europa tauro vecta etc. ut supra. Ær. 2.

Noris. Catal. Theup. Meus. Vide Mus. n. Tab. XV. num. 53.

Alius apud Vaill. sed Ær. 3.

ΑΥΤΟ ΝΕΡ..... Caput Trajani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ ΕΚΣ An. CCXXV. Mulier seminuda stans supra navim, d. extensa. Ær. 2.

Mus. Odesc. nunc Vatic. Vaill. Noris.

..... ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ... Caput Trajani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ L ΖΚΣ An. CCXXVII Mulier stans in navi dex. protendens, facie retro conversa. Ær. 2.

Mei quatuor, Noris, Vaill. Catal. Theup., et Vindob. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 31.

Singuli hujusmodi nummi in epigraphe capitis detrimenti aliquid ex injuria temporum acceperunt. Liquet autem ex uno praesertim Musei nostri post nomen ΤΡΑΙΑΝ vix tantum spatii superesse, quo inscribi potuerit integrum nomen, et vox ΣΕΒ. Ex quo patet hisce nummis nullos a Sidoniis adjectos fuisse Trajani titulos, ut ΓΕΡΜ, ΔΑΚ, ΠΑΡΘ. Et revera omnes Imperatorum nummos parum accurate a Sidoniis signatos fuisse patet quo ad capitis epigraphen, quam usque ad haec tempora ab iis omissam docent nummi ipsi, in his vero Trajani imperfectam, et mancam agnoscimus. Cl. Eckhel. Doctr. N. V. p. 367, quamvis ratiocinia Norisii admittat, de quibus initio diximus p. 312, addit tamen = *illud idem confici ex nummis Trajani, et Hadriani, in quibus communis annus* ΖΚΣ *legitur*. = verum pace doctiss. viri, nec ea ratiocinia, ut vidimus, quidquam prosunt pro statuendo cardine in A. V. C. DCXLIII; neque nummus Hadriani pro certo hujus epochae definiendae fundamento sumi potest, quem Norisius ipse repudiavit, nullamque ejus rationem habendam censuit.

Caput Trajani radiatum sine epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΖΚ... Supple ΖΚΣ An. CCXXVII Europa tauro insidens cum velo, ut in superioribus. Ær. 2.

Meus.

Alius, sed sine capitis descriptione, utrum nempe sit laureatum, an radiatum. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Hadriani, epigraphe omissa.

ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ ΖΚΣ An. CCXXVII Dea Astarte curru vecta. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec. tam in Descript. Imp. quam in fine de Epoch., Scaliger lib. III Can. Isagogic.

Mira sane Auctorum dissensio in describendis hujusmodi nummis, sive Trajani, sive Hadriani; quod natum fortasse ex incertis, vel vitiatis utriusque lineamentis. Sed de hisce notis in nummo Hadriani satis jam initio diximus, quae sit habenda fides. In uno ex meis quatuor cum not. ΗΚΣ Hadriani lineamenta vultus non obscure accedere videntur ad ea Trajani; sed id minime mirum in primis editis nummis, nondum perspecta Monetariis novi Imperatoris facie. Vide perspicuum exemplum in Tripolitis, ubi cum epigraphe Hadriani jungitur expressa Trajani imago, ut initio pariter innuimus.

ΑΥΤΟ..... ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΩ ΣΕΒ Caput Hadriani laur.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΗΚΣ An. CCXXVIII. Currus cui impositum est templum tetrastylum, in quo signum Deae Astarte. Ær. 2.

Meus triplex. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 34.

Noris, Vaill.

ΑΥΤΟ.......... ΑΔΡΙΑΝΩ ΣΕΒ Caput Hadriani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ Europa tauro vecta. Superne vestigia notae ΘΕΑΣ ... Η.. Ær. 2.

Meus.

In hoc nummo caeteroquin integro, deficiente margine in superna parte, caput Europae dimidium tantum superest, proxime vero dimidia pars notae Η; ita ut ex caeteris supplendus sit de anno CCXXVIII, nempe ΗΚΣ.

De hujus epochae cardine vide, quae initio constituta sunt.

SINOPE IN PAPHLAGONIA

De hac Urbe nobilissima Milesiorum olim Colonia, quaeque Regum Ponti sedes extitit, postquam illa a Pharnace I capta fuerat, videndi prae caeteris Vaill. de Colon., Froelich. IV Tentam., et in Append. ad numm. Colon. Vaillantii, Bellejus Mem. T. XXVI, Eckhelius denique Doctr. Num. Vet. T. II. p. 392. Sed hunc clariss. virum fugit binos praestantes nummos jam editos, et ad utramque Sinopensium epocham illustrandam aptissimos suo Catalogo intexere, quos huic nostro adjectos invenies, una cum quatuor aliis anecdotis ex Museo nostro. Duplicem ab ea epocham institutam, adhibitamque fuisse docet ipsius moneta, quae ad nos magna copia hactenus jam pervenit. Primam quidem, ex quo Lucullus in bello adversus Mithridatem Sinopem expugnatam, ex visu liberam statim esse jusserat: alteram vero, ex quo a Jul. Caesare Dictatore Colonia facta fuerat, cujus nomen propterea sibi assumpsit, ut etiam *Romanae*, et postea *Augustae*. Epocham utramque promiscue notasse in uno etiam, eodemque, vel Caesare, vel Imperatore ex nummis mox subjiciendis constabit, quod Bellejum, Eckhelium, caeterosque latuit. Patebit etiam ante Elagabalum in Geta Lucullanam epocham adhibuisse, ut nihil hoc loco dicam de nummo Claudii, de quo vide paulo infra: promiscue vero utramque in Geta exhibitam, et in Alexandro Severo, quantum ex nummis hactenus mihi notis inferre licet.

De prima, ac vetustiori epocha, sive adeptae libertatis Luculli beneficio, plures equidem sunt nummi, ut Getae Caesaris, tum Philippi jun. qui probant eandem anteriorem esse non posse anno V. C. Varr. DCXXCIII. Verum ex praeclaro Gordiani Pii numismate cum notis CCCVIII insuper infertur epocham hujusmodi anteriorem esse non posse au-

tumno labente, vel ad summum inchoato ejusdem anni DCX. XCIII Quo ad alterum vero extremum probatur eandem posteriorem esse non posse expirante aestate, sive pariter adveniente autumno insequentis anni V. C. DCXXCIV, idque ex nummis utrinsque Philippi cum notis CCCXIX. Habita autem ratione temporis, quo uterque Philippus cum imperio vitam amiserunt, tum singulorum, quae ad hujus epochae initia cum vetustis historiae monumentis conciliánda pertinent; cum utraque perspicue, recteque explicentur in primo ex duobus extremis, secus ac fieri possit in secundo, jure infertur primum cardinem anteponendum esse ex autumno anni V. C. Varr. DCXXCIII. Vide de his in recitatis utriusque Philippi nummis cum notis CCCXIX. Juliana vero hisce finibus circumscribitur: ut anterior esse nequeat ineunte aestate An. V. C. DCCIX ex praeclaro Diadumeniani numismate cum not. CCLXI, nec posterior autumno ejusdem anni ex nummo Neronis cum notis CII, adjectoque COS II, item ex altero Domitiani cum consulatu II, et anno CXIIX, denique ex tertio Aelii Caesaris cum not. CXXCII, de quibus vide suis inferius locis. De hujusmodi epocha diligenter inquirere praestat, quoniam maximo adjumento esse potest ad chronologicam Principum Romanorum historiam illustrandam.

Nummi cum epocha adeptae libertatis.

...... CLAVD AVG GER...... Caput Claudii radiat.
.... AN CXIII Dioscuri facie adversa stantes cum hastis, et equo, quem capistro retinent. Ær. I. ni Sestin. T. IV Epist. Num. p. 101 ex Mus. Ainsel.

Hunc nummum referens Eckhelius sub Æra Juliana hujus Vrbis, ita scribit cit. T. II. pag. 393: *Eum Sestinius perperam Claudio tribuit; nam tum annus CXIII neutri se epochae accomodaret. Legendum ergo NERO CLAVD etc. Additus ergo annus 113 ab. 769. coepit anno V. C. 821. quo anno caesus est Nero mense, ut creditur Junio. Prae-*

cipiente ergo hoc nummo necesse, aut Neronis caedem aliquanto serius patratam, aut Sinopensium annum aliquanto maturius coepisse. Sed ab hominis solertissimi calamo haec excidisse miror; nihil enim tam perspicuum, quam ut notae CXIII epochae Lucullanae sese accomodent, refugiant vero Julianam, nec eidem aptari possint. Si notas CXIII ab autumno labente anni V. C. DCXXCIII, quod est extremum magis remotum unde inchoari queat, iterabimus, prodibit annus V. C. DCCXCVI ab autumno praecedenti inchoandus. A conjuratis interficitur C. Caligula a. d. IX Kal. Febr. A. V. C. DCCXCIV, ut omnibus in confesso est. Complectuntur ergo notae suprascriptae secundum, et tertium imperantis Claudii annum, atque optime cum Æra adeptae libertatis consociantur. Si vero easdem notas ducamus ab Æpochae Julianae anno V. C. DCCIX, vel ab autumno adulto, ut communiter cum Bellejo iterantur, vel etiam ab expirante aestate, ut nos initio constituimus, suo loco probaturi, inierit oportet annus CXIII, vel autumno, vel deficiente aestate anni V. C. DCCCXXI ante tres menses Nerone extincto, qui jugulum in ferrum adegit die nona Junii ejusdem anni. Hinc Eckhel asserere coactus fuit *aliquanto serius Neronis caedem, praecipiente eo nummo*, retardandam, quasi in incerto versetur dies, quo universus Orbis teterrimo, ac detestabili apud omnes eo Principe liberatus fuerit. Nihil in re testatissima confirmanda hic subiicere necesse esset. Vnum illud tamen animadvertam Alexandrinos qui in Galbae, Neronis successoris, honorem intra septimum ejus imperii annum signarunt L A, L B, hujusque primo anceps fuerat de imperio suscipiendo, ac in Hispania tum Legati munere fungens, Senatu tandem hortante susceperat, quam plures nummos emisisse cum ejus imperii anno primo, L A, quod fieri non potuit, nisi ante Neomeniam ipsorum Thoth, quae futura erat die XXIX augusti A. V. DCCCXXI, quo Neronem sibi necem conscivisse diximus, atque cer-

tissimis monumentis constat. Si ergo Galba, extincto Nerone sero suscepit imperium, si ex Hispania nuntius ejus rei ante deferri debuit, si demum mense saltem augusto tot ab Alexandrinis editi admittendi sunt nummi cum Galbae imagine, ejusque anno primo LA; consequens sane erit Neronis interitum a praecedenti mense Junio nullo modo removeri posse. In sententia autem Eckhelii, qui cum Bellejo, caeterisque fere Numismaticis, initium Ærae Sinopensis Julianae ducendum statuit ab autumno A. V. C. Varr. DCCIX, consequens fieret nummos Galbae, de quibus dictum est, editos fuisse Nerone adhuc superstite per plures menses, et in autumnum usque labentem anni supradicti Vrbis C. Varr. DCCCXXI. quo tum coeperat annus Sinopensium CXIII in nummo signatus. Quo sane nihil absurdius fingi potest. Idipsum autem sequitur etiamsi Sinopensium epocha retrahatur in deficientem aestatem A. V. C. praedicti DCCIX, qui est anterior terminus, cui illius cardo assignari possit, quemque ipse quidem praeferendum censeo, ut jam supra probavimus. Concludam itaque nummum, de quo agimus, cum Sestinio uni Claudio restituendum, cujus notae cum Æra Lucullana rectissime conciliantur.

Nummi cum notis ab adepta libertate.

L SEPTIMIO GETAE CAE.. RI Caput Getae sine laurea, et cum paludamento ad pectus.

C. I. F S ANN CCLXVIII Caput Serapidis cum calatho in vertice. Ær. I.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVII. n. 264.

En eximius nummus cum epocha libertatis Lucullanae ante Elagabalum editus, qui nunc primum innotescit, neque enim notae conciliari possunt cum altera Juliana, ut computationem instituenti patere potest. Geta Caesar a patre factus est, ut inter Chronologos convenit, anno V. C. CMLI, atque ut eruitur ex actis SS. Martyr. Perpetuae, et Felicitatis apud Norisium Dissert. IV de Epoch. Syromaced.

mense martio labente. Si notas iteraveris ab autumno A. V. C. DCXXCIII, in exitu erunt autumno V. C. CMLI ex praecedenti. Ex nummo autem Gordiani Pii cum notis CC-CVIII suo loco constabit epocham hanc anteriorem esse non posse autumno labente A. V. C. suprascripti DCXXCIII. Patet itaque notas in nummo Getae insculptas recte conciliari cum epocha adeptae a Sinopensibus libertatis, atque insuper constituto hujusmodi cardine, sequitur nummum ab ea Colonia, primo quoque tempore, emissum fuisse in gratulationis suae argumentum, quod Geta Caesareae dignitatis honore a Severo patre auctus fuisset. Quod idem de ipsius Getae cum fratre in imperii successione post patris obitum Sinopenses pariter, nulla interjecta mora, fecisse in ejusdem nummis cum epocha Juliana suo loco videbimus. Nota tertia obtusa, sed alia esse nequit, quam L, ut expendenti patebit.

IMP SEV ALEXAND .... Caput Alexandri Severi laureatum.

C I F S A. CCXCIIII. Figura cum hasta in lecto decumbens. Ær. 1.

Froelich. IV Tent. Append. noviss Eckhel. Catal. Vindob., et D. N. V.

Ex praemisso cardine notae CCXCIIII signant annum V. C. CMLXXVII ex praecedenti autumno. Elagabalus mense martio A. V. C. CMLXXV. a conjuratis interficitur, ut jam principii loco ponendum. Complectuntur ergo notae annum imperii Alexandri Sev. secundum cum tertio. Statim enim a caede Elagabali Imp., et Augustus dicitur Alexander.

IMP MAXIMINVS AVG. Caput Maximini laureatum.

C R I F S AN ↃↃↃV (sic) Templum distylum, in quo Nemesis stans, d. flagellum, sinistra ori admota, pro pedibus rota. Ær. 3.

Froelich. in IV Tent. p. 89, et Append. II noviss. Eckhel. Catal. Vindob., et D. N. V.

MAXIMVS CAES Caput ejusdem sine laurea.

C R I F S AN CCCV Serapis stans cum modio in capite, d. elata, s. hastam transversam. Ær. 3.

Pell. Mel. I p. 309 Tab. XX n. 3. Bellejus.

Maximinus interfecto per fraudem Alexandro Sev. intra vernum tempus A.V.C. CMXXCIIX, mox ab exercitu Germanico Augustus dicitur, paulo post, aegre quidem approbante Senatu. Si notas duxeris ex constituto cardine habebis annum CMXXCVIII ex praecedenti autumno. Recte igitur conciliantur notae utriusque nummi cum epocha Lucullana, nam Maximus statim in imperii aditu Caesar a patre appellatur. Admisso insuper hujusmodi cardine sequitur utrique a Sinopensibus statim gratulationis officia praestita fuisse. De initio imperii Maximini, ejusque exitu vide in lib. n. de Vulg. Ær. Em. pag. 256, et 292, tum in hoc lib. praesertim sub Vrbe Ægaea, quin plura hic addere oporteat.

IMP GORDIANVS AVG Caput ejusdem laureat.

C R I F S AN CCCVIII Caput Serapidis laurea, et calatho ornatum. Ær. 2.

Vaill. de Colon. Bell. Mem. T. XXVI. Patin. qui tamen num. haud recte delineatum exhibet.

Interfectis Pupieno, et Balbino media aestate An. V. C. CMXCI Vlpio, et Pontiano Consulibus, Gordianus Pius jam Caesar, Augustus a Senatu dicitur, ac solus imperii habenas moderatur. Vide lib. n. p. 294, et seq. Haec autem non ante mensem augustum evenisse suadet silentium Alexandrinae monetae, in qua signatur quidem annus I. L. A. Gordiani cum titulo Caesaris, ut in meis duobus, nullus vero cum titul. Imp., et Augusti. Incipiunt isti ab An. II LB, ut videri potest in Zoegae Catal. His positis, si notas CCCVIII iteraveris ab augusto mense An. V. C. Varr. DCXXCIII, in exitu erunt revertente augusto mense A. V. CMXCI, cum nondum perspecta esse posset Sinopensibus Gordiani Pii ele-

ctio in Augustum post senum Principum Balbini, et Pupieni caedem medio in foro a Praetorianis patratam, quemadmodum nec ante exeuntem augustum eandem Alexandrinis in Ægypto adhuc perspectam fuisse vidimus. Oportet ergo, ut post mensem augustum congruum aliud tempus assignetur, quo nuntius earum rerum, quae Romae evenerant ad Sinopenses perferri potuerint, ut illi mox publica moneta novo Principi gratularentur, antequam exiret ipsorum epochae annus CCCVIII, qui in hoc nummo inscriptus legitur. Vt id ergo commode, recteque factum fuisse intelligatur, Epochae cardo retardari debet, et in autumnum jam labentem, vel saltem inchoatum constituatur oportet anni suprascripti V. C. Varr. DCXXCIII. Hinc sequitur epocham hanc hoc termino anteriorem esse non posse, qui primus est a nobis initio propositus. Sequitur etiam admisso hujusmodi cardine, ut paulo ante dictum est, gratulationis officium a Sinopensibus primo quoque tempore, praestitum fuisse.

IMP GORDIANVS AVG Caput Gordiani Pii laureatum.

C R I F S AN CCCX Serapis, ut in superioribus. Ær. 2. Bell. Mem. T. XXVI.

..... GORDIANVS .... Caput Gordiani laureatum.

C I F S AN CCCXI Serapis stans, d. ramum, s. hastam. Ær. 2.

Mem. de l'Acad. des Inscript. T. X pag. 465, Froelich. Append. ad Num. Colon.

IMP. GORDIANVS AV.. Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

C R I F S A....., XI Serapis stans, d. elata, s. hastam. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXII. n. 341.

Epocha facile, ac tuto suppletur AN CCCXI, ut in superiori.

Notae suprascriptae in tertium usque, et quartum imperii Gordiani annum a primo progrediuntur.

M IVL PHILIPPVS CAESAR Caput Philippi jun. sine laurea.

C R I F S AN CCC in imo VIX (sic) A. CCCXIV Minerva galeata cum clypeo ad pedes in templo distylo. Ær. 2.

Arigon. T. I. Ser. Colon. I Tab. XI n. 172.

Simile exemplum de notis inverse scriptis habes supra in Maximino. Initia imperii Filippi in lib. n. constituuntur ante ineuntem aestatem An. V. C. CMXCVII; Eckhelius in mensem februarium ejusdem anni, vel aliquanto serius protrahendam censet. In utraque hypothesi, computatione instituta ab autumno ineunte, vel labente anni V. C. DCXXCIII, annus suprascriptus coepisset A. V. C. CMXCVI, exiturus autumno CMXCVII. Recte itaque procedunt notae in nummo insculptae ex constituto cardine, simulque docent, eo admisso, nullam a Sinopensibus interjectam fuisse moram, ut in ipsis Caesareae dignitatis auspiciis, quibus a patre honestatus fuerat, sua gratulationis officia publice declararent. Modo autem hujus nummi subsidio, qui seriem ab aliis hactenus propositam auget, perspicuum fit, confirmaturque utriusque Philippi imperium quinquennio diuturnius extitisse; nam ex mox sequentibus patebit per sex annos Sinopenses epocham suam signasse, ut et Ægyptii more suo septimum Philippi senioris in aliquibus exhibuerunt.

IMP IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris laureat.

C R I F S AN CCCXV. Caput Serapidis calatho ornatum. Ær. 1.

Bell. Mem. T. XXVI. Eckhel. D. N. V.

IMP IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris laureat.

C R I F S AN CCCXVIIII Caput Serapidis cum calatho in vertice. Ær. 2.

Bell. cit. loco, Eckhel. D. N. V.

M IVL PHILIPPVS CAESAR Caput Philippi jun. sine laurea.

CIFS AN CCCXIX Templum distylum, in quo mulier stans, d. pomum, s. flagrum, ad pedes parva rota. Ær. 1.

Froel. IV Tent., et in Append. noviss. Tab. II n. 4. Eckhel. Catal. Vindob., et D. N. V.

Quin plura hic commemorem de tempore, cui Philippi patris mors assignari debeat, quando in campis Veronensibus in prima acie contra Decium strenue pugnans occubuit, de quibus, si lubet, vide lib. n. satis erit mihi hoc loco animadvertere ex tanto numero numismatum Ægyptiorum, qui in Museo Borgiano servantur tam Philippi patris, quam Otaciliae uxoris, et Philippi Caesaris, quos descriptos reperies apud Zoegam, nullum inveniri cum An. VII LZ. Septem ibidem describi videsis ex laud. Mus. Borgiano cum An. VI Lς; totidem et ipse possideo. Sed insuper extera quoque Nummophylacia fere carent iis, qui referant annum VII, si paucissimos excipias ab eodem Zoega in suo Catalogo memoratos. Haec mihi propterea argumento sunt Alexandrinos, vix aliquot ex hujusmodi nummis editis, certiores factos fuisse de Veronensi praelio, deque Decii victoria, idque verificari etiamsi bellum illud commissum, confectumque fuerit labente mense augusto, et ante Neomeniam ipsorum civilem, quae in exitu ejusdem mensis futura erat, tum mense septembri labente perspecto utriusque Philippi vivendi, atque imperandi fine, editis jam aliquot nummis cum ipsorum anno VII LZ, ab iisdem deinceps edendis cessasse. Hinc nihil obstare, si concludamus circa proximum autumnalis aequinoctii tempus eorum mortem, ac Decii victoriam, ejusque in imperii successionem innotescere Alexandrinis potuisse. Quod autem de Alexandrinis dictum est, id jure et de Sinopensibus statui posse nemo sane in dubium revocabit. Hisce praemissis, si notas CCCXIX iteraveris ab autumno inchoato, vel labente anni V. C. DCXXCIII, omnia recte se habere depre-

hendes, eaque rectissime explicari de supremo utriusque Philippi vivendi tempore, cum eum annum integrum fere complectantur, qui initium habuerit ab autumno anni V. C. MI. Si vero easdem notas ducamus ab autumno A. V. C. DCXXCIV, initium repetendum esset ab autumno anni V. C. MII, quo tempore non injuria statuere fas est Sinopensibus mortem utriusque Philippi jam innotuisse, ut paulo ante dictum est. Hujus epochae cardinem in solstitium aestivum retrahere nullo probabili argumento ostendi potest; id vetat deinde Diadumeniani nummus, de quo dicemus, cum de epocha Juliana sermo erit. Epocham autem utramque ab eodem principio, eademque Neomenia anni Sinopensium civilis numerandam esse nemo sane inficias ibit. Sed non unum hoc incommodum deprehenditur in deligendo secundo extremo pro hujus epochae cardine, sed duo alia occurrunt, eaque ad suadendum aptissima, quod ex duobus propositis terminis, primus sit anteponendus. Consentiunt Chronologi, idque expresse tradit Eckhelius sub hac Vrbe T. II p. 394: *ex melioris notae Historicis constare Sinopen. A. V. C. DCXXCIV a Lucullo fuisse captam*. Ex quo factum etiam subdit, ut Bellejus, aliique hunc ipsum annum pro Ærae initio seposuerint. Sed id ipsum mihi argumento est epocham, de qua agimus in annum praecedentem sine dubio retrahendam esse. Nam quod Bellejo, caeterisque nondum perspectum, vel minime animadversum, certo jam constat, generatim Graecas Vrbes Æras suas in caput anni civilis referre, et cum eo conjungere consuevisse. Id de Antiochia Syriae, de Laodicea, de tot aliis non modo Syriacis, sed etiam aliarum Orientalium provinciarum Vrbibus probatur, neque modo in lib. n. de Ær. Vulg., et in hoc ipso, sed in testes insuper vocare fas est Norisium, qui prima praebuit indicia hujus methodi, praesertim vero ex postremis Eckhelium ipsum in suo laudatissimo Opere de D. N. V. Porro ex optimae notae Scriptoribus, atque ex Ap-

piano praesertim de Bell. Mithrid. liquet ineunte vere a Lucullo expeditionem adversus Mithridatem susceptam fuisse, eoque statim fugato ad maritimas Ponti Vrbes Classe appulisse, tum Sinopen contra obnitentem brevi expugnasse, eamque mox somnio admonitum liberam esse jussisse: Haec ex ipso historicae narrationis ordine, atque ex maritimae expeditionis tempore aestate evenisse patent. Jure ergo infero Sinopenses epocham adeptae libertatis victoris beneficio tum ab ipsis institutam, ex praemissa methodo in Neomeniam anni sui civilis, qui anno praecedenti initium habuerat, contulisse.

Alterum incommodum, absurdumque vitandum in eo situm est, quod cum nihil antiquius haberent Vrbes quaelibet Romano imperio subjectae, quam ut Imperatoribus recens electis, vel Caesarea dignitate auctis omnia obsequii argumenta, atque in primis pecunia publica exhibenda curarent primo quoque tempore; facta modo hypothesi, quod epochae hujus exordium ab autumno V. C. DCXXCIV sit repetendum: nullum ex tanto numero numismatum Sinopensium cum epocha Lucullana extaret, quod illud obsequii argumentum testatum faceret, secus ac sequatur, si Ærae cardinem ad autumnum praecedentis anni referamus. In hac enim secunda hypothesi constabit id praestitum, quo ad Getam primo semestri, ex quo Caesar declaratus fuerat, quo ad Gordianum Pium statim post Balbini, et Pupieni necem ad imperium evectum, quo ad Maximinum, et Maximum Caesarem, denique quo ad Philippum jun., non multo post patris imperandi auspicia. Quemadmodum idipsum fateri oportet factum fuisse ex nummis cum epocha Juliana, de quibus mox dicemus, cum Nerva primo imperii tempore, cum eodem Geta statim, ac in imperio cum fratre post Severi mortem consors fuit, cum Diadumeniano demum primis mensibus, quibus a Macrino patre Caesarea dignitate ornatus fuerat. Ex hoc igitur tam praeclaro exem-

plo, ex reliquis omnibus, quae praemissa sunt judicet eruditus Lector, num veritati magis consentaneum sit, ut epochae Lucullanae exordium ad autumnum anni V. C. DCXXCIII referatur. Ab hoc eodem cardine neque Eckhelium dissentire video, nam cit. superius loco veluti in ancipiti versaretur ita scribit: *Per nummum Gordiani cum anno CCCVIII, et Philipporum cum anno CCCXIX manet haec Æra fixa ad annum V. C. 683, vel 684.* Sed illi ad alia properanti in rem diligentius inquirere non licuit. De imagine Philippi jun. sine laurea, titulisque Caesaris tantum in nummo cum postremis notis CCCXIX nihil dicam. Quamvis enim certum sit ex Muratoriano Lapide, aeneaque Tabula apud Sponium, aliisque monumentis jam ab exeunte anno V. C. Millesimo Imp., et Augusti titulis auctum fuisse, superiora tamen ratiocinia turbare nequit, praesertim cum similia exempla jam allata sint de aliis quoque Caesaribus.

IMP C GALLIANVS AV S P (sic scriptum) Caput Gallieni laureatum.

C R I F S AN CCCXXX. Mulier turrita stans, d. demissa, s. hastam gerit. Ær. 1.

Pell. Mel. I. p. 331.

IMP C GALLIANVS AVS Caput ejusdem laureatum.

C I F S AN CCCXXX Bacchus stans cum simpulo in d., et thyrso in s. ad pedes panthera. Ær. 1.

Pell. Mel. I. p. ut supra. Notat in area monogramma ⅟ ab aliquibus pro num. VI interpretatum, atque caeteris notis esse adjungendum. Sed epocha ipsa id vetat.

Caput Gallieni, ut in superioribus.

C R I F S AN CCCXXX Serapis stans cum calatho in vertice, et hasta in s. Ær. 1.

Bell. Mem. T. XXXVI ex Mus. Bovensi, nunc Regio Gall.

Signant notae suprascriptae annum V. C. MXIII ab autumno praecedenti, quo Valerianus adversus Saporem Regem bellum gerebat, eoque nondum transacto per fraudem in Parthorum captivitatem incidit. Silentium deinceps hujus monetae ejus captivitatis tempus confirmat.

Nummi cum Epocha Juliana.

C I F S AN XXIII Caput Jul. Caesaris laurea ornatum.

EX D D Caput Augusti nudum. Ær. 2.

Echkel. Syll. I p. 31 Tab. III fig. 13.

In memoriam Divi Jul. dudum defuncti cusus nummus, ut et alter paulo post afferendus cum notis XXXVI. Hoc pacto Sinopenses Augusti gratiam aucupari studebant, dum se a patre suo, cujus nomen ferebant, Colonos factos testabantur. Pertinet ad An. V. C. DCCXXXII ex praecedenti, Augusto tribunic potest. I. agente, vel II.

C I F XXXI Caput Augusti nudum.

EX D D Capita jugata Caji, et Lucii Caesarum. Ær. 3.

Froelich. IV Tent., et in Append. noviss. Bell. Mem. T. XXVI.

In schemate apud Froelich. Tab. I. n. 1 abest lit. S, cujus rei exemplum alterum habetur in meo Titi nummo, quem vide suo loco. Nato Lucio Caesare ex Agrippa, et Julia Augusti filia An. V. C. DCCXXXVII, eodem anno Lucius cum fratre Cajo adoptatur. Biennio post nummus iste editus A. V. C. DCCXXXIX, ab autumnò ejusdem anni in insequentem.

C I F S AN XXXVI Caput Divi Jul. Caesaris.

EX D D Caput Augusti sine laurea. Ær. 2.

Eckhel. Syll. p. 31.

Hunc nummum Vaill. perperam Cartagini adscribit Lib. de Col. in Julio Caes., ut de Hard., aliisque sileam, qui eundem haud recte descriptum vulgarunt.

C I F S A XXXVI Caput Augusti sine laurea.

EX D D Capita jugata Caji, et Lucii Caes. Ær. 3.

Pell. Mel. I pag. 250 Tab. XVI. n. 3.

Vrbs Sinope a Jul. Caesare Dictatore post confecta bella civilia Colonia deducta nummos cum ejus jam defuncti imagine vulgavit cum annis epochae Julianae ea de causa a se institutae, XXIII, et XXXVI in beneficii memoriam. Eadem etiam Augusto cum imaginibus Cajo, et Lucio vix adoptatis binos pariter dedicavit paulo ante descriptos, ad aucupandam sibi ipsius benevolentiam, quoniam ille post M. Marcellum vita functum maxime laetabatur in filios adoptasse Cajum, et Lucium, quos Julia filia ex M. Agrippa genuerat. Nummus cum An. XXXI quinquennem Cajum, vix bimum alterum exhibet, sic proportione dicito de altero cum not. XXXVI. Nihil hic addam de variis erroribus, quibus abrepti praestantissimi Viri imagines suprascriptas, vel M. Antonio, et Cleopatrae, aut M. Antonio, et Octaviae adscribendas censuerant. Cl. Eckhel. in Catal. Vindob., tum D. N. V. T. II pag. 393 eos omnes sustulit, non tam adversus Froelichium, qui jam se ipsum emendaverat, sed contra caeteros, et in primis Pellerinium, qui ex prima Froelich. sententia, et imagines, et Lucullanam epocham in iis nummis admiserat.

C CAE AVG GER EX D D Caput juvenile Caligulae sine laurea.

C I F S AN LXXXIII Colonus agens boves. Ær. 3.

Pell. Mel. I pag. 263.

Pertinet num. ad imperii Caligulae A. II, et III. Decessit enim Tiberius a. d XVII Kal. April. A. V. C. DCCXC, notae vero XXCIII ab exordio epochae A. V. C. DCCIX signant A. V. C. DCCXCII ex praecedenti autumno.

AG, ... NA AV C I XIINO (sic) AN CII. Caput Agrippinae.

N CLAVD CAE AVG GERM TR P C II Caput Neronis laureatum. Ær. 2.

Pell. Mel. I p. 264. Tab. XVI. n. 10.

Nero Claudius Consul III processit Kal. Jan. A. V. C. DCCCXI, Cos. vero II Kal. Jan. praecedentibus. Ex his sequitur nummum signatum fuisse intra An. V. C. DCCCX, ac propterea notas s. s. CII ita Ærae cardinem definire, ut posterior esse nequeat autumno A. V. C. DCCIX, de quo insuper vide in Domitiano cum not. CXIIX, in altero Aelii Caes.; ex eo vero Diadumeniani patet nec praecedere posse aprilem exeuntem ipsius anni. Vide suis locis. Agrippina, cujus imago in adversa exhibetur, a Nerone interficitur per dies festos Quinquatruum A. V. C. DCCCXII, circa idus martii, quo tempore ii ludi agebantur. Recte itaque omnia se habent, et cum Æra Juliana conciliantur.

OCTAVIA AVG C I F S Caput Octaviae Aug. Neronis uxoris.

NERO CLAVD CAES AVG ANNI CII Caput Neronis laureatum. Ær. 3.

Froelich. IV Tent. Append. II, Eckhel. Catal. Vind.

OCTAVIAE AVG C I F S Caput Octaviae Aug.

NERO CLAV CAES AVG ANN CIIII Caput Neronis laureatum. Ær. 3.

Pell. Mel. I. p. 266 Tab. XVI n. 12.

Octavia Claudii, et Messalinae filia Neronis uxor infelicissima, quam duxerat ex Tacito an. V. C. DCCCVI. Poppaeae artibus primo in Campaniam pellitur, addita militari custodia, moxque *timore plebis Vrbanae*, *non poenitentia flagitii*, ut inquit Tacitus, a Nerone revocatur. Sed iterum calumniis, falsisque criminationibus oppressa, licet honestissima in Pandatariam Insulam relegatur, nec multo post ejusdem Poppaeae astu interficitur, quod Tacito, et Svetonio testibus evenit eodem die, quo deinceps Nero periit, III Id. Jun. A. V. C. DCCCXV. Ex alibi probatis Tacito praeeunte, cui magis, quam Dioni fides habenda, erat tum Octavia annorum viginti, ideoque ejus natalem diem in An. V. C. DCCXCV conferre oportet, ex quo etiam sequitur legi-

timo tempore, cum esset annor. XII matrimonio Neroni copulatam fuisse. Notae quae ducantur ab epochae Julianae autumno V. C. DCCIX cum hactenus narratis optime conciliantur, signant enim A. V. C. DCCCXIII a praecedenti autumno, biennium circiter ante miserimum Octaviae exitum. In meo anecdoto ipsius Octaviae nummo Ægyptio arg. signatur An. VI, L ς. Nero ad imperii fastigium ascendit post III Id. Octobris, e vivis abeunte Claudio An. V. C. DCCCVII. Annus VI in nummo inscriptus finem habiturus erat die XXVIII augusti An. V. C. DCCCXIII ex praecedenti Neomenia. Inter se itaque mirifice consentiunt Ægyptia moneta, et Sinopensium epocha Juliana, de qua agimus, in designando eodem anno, quo adhuc Octavia legitimae uxoris locum, et Augustae dignitatem retinebat.

.... CAESAR IMP VESP .... Caput Titi laureatum.

C. I. F AN CXIIX Venus nuda in templo distylo, d. facem, vel flagrum, lateri suo sin. innititur. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVII. n. 78.

Abest lit. S, ut in altero Augusti, item in seq. Domitiani. Notae chronol. ex epocha Juliana incidunt in An. V. C. DCCCXXVI, et insequentem, quibus Titus erat Tribun. potest. consors cum patre imperante.

DOMITIANVS. CAESAR. AVG. F. COS. ITER. Caput Domitiani Caesaris laureatum.

C. I. F. AN

CXIIX Figura muliebris stolata, dex. cubitum columellae impositum tenet, sin. demissa cornucopiae sustinet. Ær. 3.

Meus. Vide illum delineatum Parte I. Imperial. initio Indicis Rerum praecipuarum.

Mirifice confirmat novus iste, integerrimusque nummus, quae jam demonstrata sunt ex nummo Neronis, et confirmabimus ex iis Aelii Caes., atque Diadumeniani de

epocha hujus Colon. illiganda cum An. Juliano V. C. DCCIX, et quidem ex ineunte autumno, ob Neomeniam anni civilis Sinopensium, ut diximus jam supra in altera adeptae libertatis epocha Lucullana in idem tempus referenda. Cum enim Domitianus Caesar Cos. iterum processerit Kal. Jan. A. V. C. DCCCXXVI; annus autem CXIIX exiturus esset revertente autumno A. V. C. DCCCXXVII, consequens fit eundem coepisse ineunte autumno A. praecedentis V. C. DCCCXXVI, ideoque nummum emissum fuisse eo trimestri spatio, quod supererat in exitum ejusdem anni, ex quo ultimo infertur ejus epochae initium consociandum esse cum ineunte autumno A. V. C. DCCIX. Easdem notas CXIIX vide etiam in nummo Titi. Minime mirum videri debet, quod caput Domitiani Caes. laureatum exhibeatur, non desunt enim alia plura similia exempla, ut in nummo Augusti, et Titi: in hoc quoque omissa lit. initialis S hujus Colon. Sinopensis.

CAESAR IMP VESPASIANVS PONT TR P Caput Titi laureatum.

C I F S..... CXX Mulier stans, d. sistrum, s. radium. Ær. 2.

Bell. Mem. T. XXVI.

.....OM.... P F AVG GER CO..... Caput Domitiani laureatum.

C..... ANNO CXXX Mulier stolata, et tutulata stans, d. sistrum, sin. hastam gerit. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVIII. n. 96.

Secundus hic est hujus Vrbis nummus cum imagine Domitiani, qui modo in lucem prodeat. Signant notae A. V. C. DCCCXXXIX ex praecedenti autumno, quartum, et quintum imperantis Domitiani ab obitu Titi fratris.

IMP NERVA CAESAR AVG P M Caput Nervae laureat.

C. I. F. S. AN. CXLI Figura muliebris velata stans, d. attollit, s. hastam gerit. Ær. 2.

Pell. Mel. I. p. 268. Tab. XVI. n. 16. Bellejus.

Alius, sed Serapis stans cum calatho, et hasta transversa. Ær. 2.

Bell. qui supra.

A. d. XIV. Kal. Octobris An. V. C. DCCCXLIX Domitianus, qui pridie ejus diei, quasi necis suae praescius fore affirmaverat, ut sequenti die luna se in Aquario cruentaret ex Svetonio, in cubiculo suo occiditur, moxque Nerva Augustus dicitur, qui tamen quinto decimo imperii mense vix inchoato a. d. V. Kal. Febr. A. V. C. DCCCLI vitam cum morte commutavit. Si notas CXLI iteraveris ab autumno A. V. C. DCCVIII, in exitu erunt revertente autumno A. V. C. DCCCXLIX, quo tempore nondum Sinopensibus perspectus esse poterat Domitiani casus, et successoris Nervae electio. Epocha itaque Juliana anterior esse nequit A. V. DCCIX. Quod praeterea in epigraphe capitis absit Germanici titulus, ad primum ejus imperii tempus numinus referendus, ex quo sequitur epocham nec posteriorem esse posse autumno anni s. s. DCCIX, denique Sinopenses hoc nummo Nervae recens in Imperatorem electo, statim suum gratulationis officium praestitisse.

.... HADRIANVS AVGVSTVS Caput ejusdem laur.

CIFS AN CLXXVIII Caput Serapidis modio ornatum. Ær. 3.

Bell. T. XXVI Mem. ex Mus. Bovensi.

Ad postremos annos imperii Hadriani spectant notae ex epocha Juliana, quadriennio circiter ante ipsius obitum.

L AELIVS CAES Caput Aelii Caesaris sine laurea.

C I AV F SIN ANNO CLXXXII Capitellum columnae ordinis Corinthii, pone caput cum tergemina corona. Ær. 3.

Sestin Let. T. VIII. pag. 59. Bell. Mem. T. XXVI ex Mus. Fucoltiano.

Res est jam explorata ex tot monumentis, de quibus egimus supra hoc eodem in libro sub Vrbe Amiso p. 52, L. Aelium Caesarem ex Pannonia reversum, cum orationem pulcherrimam parasset, qua Kal. Januariis Hadriano patri in Senatu gratias ageret, accepto largiori pharmaco, vocis juvandae causa, subito interiisse, jussumque ab Hadriano, quia ipsis Kal. Jan. vota interveniebant, non lugeri. Cum ergo Consulatum II, qui signat An. V. C. DCCCXC, ab eo gestum fuisse testentur nummi, et monumenta supra memorata, subita ejus mors evenisse dicenda est Kal. Jan. A. V. C. DCCCXCI. Quo etiam anno paucis interjectis mensibus, cum et ipse Hadrianus jam morbo contabesceret, in locum L. Aelii nuper vita functi Antoninum Pium sibi in filium, et imperii haeredem adoptasse constat, idque factum fuisse a. d. V. Kal. martii ejusdem anni DCCCXCI, qui fuit etiam eidem Hadriano postremus. Si haec probationes deessent, modo jam ex allatis Neronis, et Domitiani num., et eo mox Diadumeniani plane controversia dirimitur, cum ex hujus quoque notis sequatur L. Aelium adhuc in vivis esse debuisse post mensem aprilem An. V. C. DCCCXC, ideoque non Kal. Januariis ejusdem anni, sed insequentis DCCCXCI subito extinctum fuisse. Vide laud. nummum suo loco. Ex hoc Aelii modo satis erit inferre Julianam epocham posteriorem esse non posse autumno A. V. DCCIX, sicut ex iis Domitiani, et Neronis constat. Nam si a Kalend. etiam Jan. An. V. C. DCCX iteraveris notas CXXCII, exierint oportet Kal. Jan. A. V. C. DCCCXCII, annum integrum ab ipsius morte, quae certo jam statuitur Kal. Jan. praecedentis anni DCCCXCI. Omnis vero controversia in eo sita erat, quod eum terminum antecedere, non subsequi videretur. Itaque suprascriptae notae CLXXXII ab ineunte autumno A. V. C. DCCIX iterandae, et intra trimestre, vel ad summum intra breve aliquod spatium post Kal. Jan. A. V. DCCCXCI num-

mus Aelii Caes. emissus intelligendus est, antequam nuncius de ejus obitu ad Sinopenses pervenisset.

M AVR VERO CAES Caput M. Aurelii nudum.

C I F S ANNO CCIIII Deus Terminus cum caduceo, et ramo ad basim. Ær. 2.

Vaill. de Col. p. 278, Bell. Mem. T. XXVI.

Editus nummus M. Aurelio, cum esset Caesar, superstite adhuc Antonino Pio; signant enim notae CCIIII An. V. C. CMXIII ex praecedenti autumno; Antoninus vero Pius vita functus ineunte martio A. V. C. CMXIV.

.... Faustina .... Caput Faustinae jun.

C I F S AN CCIIII Deus Terminus, s. extenta, d. ramo innititur. Ær. 2.

Pell. Mel. I p. 281 Tab. XVII n. 9. Bell.

Quod Faustina esset Imperatoris filia in nummis exhibetur, et quidem cum Augustae titulis, ut patet ex aliis pluribus exemplis, licet ejus maritus M. Aurelius adhuc tantum Caesar, ut ex praecedenti nummo.

FAVSTINA AVG Caput Faustinae jun.

C I A CINOPE (sic) ANN CCVII. Mulier stolata cum modio in capite, s. demissa spicas gerit. Ær. 2.

Haym. Thes. Brit. T. I p. 260. Bell.

IMP C M AVR ANTONINVS Caput Caracallae laureat.

C I F SINOP ANN CCLII Juppiter in Lectisternio decumbens cum calatho in vertice, d. aquilam, s. hastam. Ær. 3.

Vaill. de Colon. Catal. Theup., Patin. Bell.

Cusus nummus superstite Severo patre.

IMP C P SEPT GETA AVG Caput Getae laureatum.

C I F SINOPE ANN CCLV Serapis cum calatho in vertice stans, d. extensa, s. hastam transversam. Ær. m.

Pell. Mel. I. p. 295. Tab. XVIII n. 10, Bell.

Signant notae suprascriptae ab autumno V. C. DCCIX. An. V. C. CMLXIV ex praecedenti autumno. Complectuntur

igitur annum imperii primum, ex quo decedente Eboraci in Brittania Severo patre mense februario ejusdem anni, Caracalla, consorte Geta fratre imperio successit. Hinc patet utramque epocham a Sinopensibus in Getae nummis insculptam, tum eidem gratulationis officia praestita, tam cum Caesar factus fuerat, quam modo cum primum ad imperium pervenerat.

DIADVMENIANVS CAES Caput Diadumeniani sine laur.
C.I F SINOP CCLXI Mercurius stans, d. crumenam, s. caduceum. Ær. 3.
Pell. Mel. I. p. 298 Tab. XIX n. 3. Bell.

......IANVS CAES. Caput Diadumeniani nudum.
.......NOP AN CCLXI Mercurius stans cum crumena, et caduceo, Ær. min.
Catal. Theup.

Die natali suo, qui fuit a. d. VI Id. aprilis An. V. C. Varr. CMLXX, Caracalla dolo Macrini interficitur, qui quatriduo post imperium invadit, moxque Diadumenianum filium Caesarem appellat. Si notas CCLXI iteraveris ab ineunte vere An. V. C. DCCIX in exitu futurae erunt revertente vere An. V. C. CMLXX, superstite adhuc Caracalla, quo sane tempore nummus Diadumeniano Caesari a Sinopensibus signari non poterat. Igitur epochae cardo, vel in proximum solstitium aestivum, vel in autumnum ejusdem anni conjiciendum. Cum autem epocha Lucullana ab autumno ducenda sit, utraque vero ab eodem principio, eademque Neomenia anni civilis Sinopensium procul dubio repetenda, ut etiam alibi diximus, reliquum erit, ut epocha quoque Juliana, quae ex hoc Diadumeniani nummo anterior esse nequit anno V. C. DCCIX, immo nec anterior aestivo solstitio ejusdem anni: ex iis vero Aelii Caesaris, et Neronis Imperantis nec posterior autumno ipsius anni, huic uni termino, autumno nempe DCCIX necessario illigari debeat.

Modo vero comparatis inter se duobus nummis Diadumeniani, et Ælii Caesaris, ut in eo promisimus, facile est, simulque invicte ostendere subitam Ælii mortem Kalendis Januariis A. V. C. DCCCXCI contigisse. Ex hoc enim Diadumeniani nummo, ejusque notis patet epocham hanc posteriorem esse debere mense Aprili An. V. C. DCCIX. Protrahatur ergo ex hypothesi in proximum saltem solstitium aestivum. Nummus Ælii Caesaris exhibet notas CLXXXII. Iterentur hujusmodi notae a solstitio aestivo A. V. C. DCCIX, annus ille coeperit oportet ineunte aestate anni V. C. DCCCXC, finem habiturus revertente aestate insequentis anni. Nummus ergo Ælii Caesaris signari non potuit, nisi post solstitium aestivum anni s. s. DCCCXC, A Kal. Januariis ad ineuntem aestatem sex menses intercedunt, quatuor ab exeunte Aprili. Quemcumque ex his terminum seligas, concedas oportet, quod Sinopensibus sex, vel quatuor etiam mensium spatio perspecta esse debuisset Ælii mors, si ineunte Januario an. V. C. DCCCXC, eandem revera obiisset. Necessario itaque sequentibus Kal. Jan. An. V. C. DCCCXCI tribuenda. Quo sane probationis genere nihil luculentius ad omnem controversiam de hoc chronologiae capite penitus dirimendam, sed alia plura jam attulimus videnda suis locis.

IMP SEV ALEXANDER AVGVSTVS Caput Alexandri Severi laureatum.

C I F S A CCLXXIIII Serapis cum modio in capite, d. elata, s. hastam. Ær. 2.

Pell. Mel. I. p. 306. Tab. XIX. n. 14. Bell.

Hunc praeclarum nummum ab Eckhelio praetermissum fuisse miror. Nam ut ex nummis Getae jam probatum est, ita ex hoc Alexandri sequitur non modo in ejus nummis Lucullanam epocham, sed etiam Julianam promiscue adhibitam fuisse. Nummus iste editus An. V. C. CMXXCIII ex praecedenti autumno, sexennio ante ipsius caedem.

TIBERIAS GALILAEAE

Ab Herode Antipa haec Vrbs in honorem Tiberii, in cujus amicitiam receptus fuerat, condita est, atque ut habet Josephus, in ora Lacus Gennezareth, qui in Evangelio Divi Joannis Mare Tiberiadis appellatur non longe a fontibus aquae calidae saluberrimis: deinde ab Agrippa seniore Herodis M. nepote, qui Claudium post Caligulae caedem de imperio, ad quod ex insperato raptus fuerat, retinendo, invito Senatu, dubitantem confirmaverat, quique accessione Judaeae, Galilaeae, et Samariae auctus, eidem Vrbi nomen ab ipso Imperatore superaddidit, quod in nummis, qui hactenus cum notis chronologicis prodierunt expressum cernimus. Id autem intelligendum de nummis post Claudium cum imagine Imp. Romanorum. Nam antea cum annis suae Tetrarchiae Herodem aliquot nummos etiam signasse constat sub annis XXXIII, XXXIV, et XLIII, quorum primum, et postremum vide in Musei n. Regum Serie.

Scribitur haec Vrbs ΚΛΑVΔ ΤΙΒΕΡ, vel ΚΛΑVΔΙΟ ΤΙΒ, ut in nostro Trajani. Ejus epocha, si ex nummorum fide definienda sit, hisce finibus contineri dicenda est, ut neque antecedat vernum tempus anni V. C. DCCLXX, nec posterior sit vere V. C. DCCLXXV: idque ob titulum Dacici, quo carent Trajani nummi cum notis ΑΠ, ut jam a Norisio animadversum. Si autem attendenda sunt, quae habet Josephus, ubi in Lib. Antiq. scribit Vrbem Tiberiadem circa initia imperii Tiberii Caesaris aedificatam fuisse: si nostrae praeterea conjecturae aliquid valent, de quibus saepe dictum est, atque in eo consistunt, quod generatim fatendum videatur Orientis Vrbes, primo quoque tempore, novis Imperatoribus monetam suam obsequii ergo dicare consuevisse, cum videam notas ΑΠ in nummis Trajani, qui sunt magno numero, in pluribus etiam Hadriani notas ΑΡ

cum natalitio utriusque imperii anno optime conciliari, si caput hujus epochae statuatur in An. V. C. DCCLXX, non injuria inferri posse censeo, eandem cum hoc cardine merito consociandam.

Cl. Sestin. Descript. Num. Vet. p. 542 nummum Trajani describit, qui sequitur:

ΑΥΤ ΚΑΙ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡ Caput Trajani laureat.
ΤΙΒΕΡ ΚΛΑΥ ΕΤ ΙϚ An. XVI. Duplex cornucopiae intermedio palmae ramo. Ær. 3.

Notae ΙϚ ad annos imperii Trajani referendae, ut L Ϛ A.VI. in num. ejusdem Trajani cum ancorae typo, et titulis Γ. Δ, idest *Germ. Dacici* sub hac eadem Vrbe ΚΛΑΥ ΤΙΒΕΡ apud Eckhel. D. N. V. Quod hic indicasse sufficiat.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡ Caput Trajani laureat.
ΤΙΒΕΡΙ ΚΛΑΥΔΙ In area lit. orizontal. ΕΤ ΑΠ An. LXXXI. Dea Salus rupi insidens cum serpente, et patera. Ad ejus radices fons emergit, quo saluberrima Tiberiensium balnea designantur. Ær. 2.

Meus duplex. Noris de Epoch. sed epigraphe nonnihil diversa, Vaill. de Num. Graec. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 32.

Sub exitum mensis Januarii A. V. C. DCCCLI decedente Nerva Caesare, Trajanus ante tres circiter menses ab eo adoptatus in imperio approbante Senatu succedit. Si epochae exordium ducatur a verno tempore An. V. C. DCCLXX illud primo constabit epocham ipsam anteriorem esse non posse eo termino; secundo vero annum s. s. ΑΠ finem habiturum fuisse revertente vere A. V. DCCCLI intra bimestre spatium, ex quo Nerva vita functus fuerat, quinque vero mensium intervallo ab adoptione Trajani, qua, ut testatur Plin. in Paneg. *simul filius, simul Caesar, mox Imperator, et consors tribunic. potestatis, et omnia pariter, et statim factus est*. Cum adoptante etiam proximas Kal. Jan. A. V. C. s. s. DCCCLI COS. II. aperuit, Consulatum tamen absens iniit.

Recte igitur cum praemisso cardine conciliari possunt notae in nummo insculptae.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. Caput Trajani laureatum.

ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟ In area ET ΑΠ An. LXXXI Fortuna stans in prora, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

Meus, Noris. de Epoch., Vaill.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΝΕΡ ΤΡΑΙ...... ΕΡ Caput Trajani laureatum.

ΤΙΒΕΡ ΚΛΑΥ In area lit. orizont.... ΑΠ Anno LXXXI. Duplex cornucopiae spica intermedia. Ær. 3.

Meus. Vaill. de num. Graec., sed om. capitis epigr.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΝΕΡ ΤΡΑΙ.......... Caput Trajani laureatum.

ΤΙΒΕΡ ΚΛ... Duplex cornucopiae spica intermedia. In area hinc, et inde ET ϙ An. XC. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVII. fig. 33. Pell. Mel. II, sed absque capitis epigraphe, et typo aversae partis, quae non erant omittenda, ut de titulis constare posset.

Ad prima imperii Trajani decennalia merito referendus nummus.

ΑΥ ΤΡ ΑΔΡΙΑΝΩ ΚΑΙϹ ϹΕΒ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

ΤΙΒΕ

ΚΛΑΥ Navis. Ær. 2.

L ΑΡ An. CI.

Noris de Epoch. Vaill.

Die XI. Augusti An. V. C. Varr. DCCCLXX mortuo apud Selinuntem Ciliciae Vrbem Trajano, Hadrianus non longe absens apud Antiochiam Syriae, quam Praesidis loco administrabat, de adoptione simul, et imperii successione literas accepit. Si nummum hujusmodi statim a Tiberiensibus Hadriano dicatum admiseris, quemadmodum ipsa inscriptio dativo casu posita, et copia numismatum cum eisdem no-

tis innuere videntur, epochae caput conferre oportebit in An. V. C. Varr. DCCLXX, annus autem CI, coepisset verno tempore An. V. C. Varr. DCCCLXX, finem habuisset vere ineunte An. V. C. Varr. DCCCLXXI, imperii clavum moderante Hadriano jam inde a sex mensibus, qui praecesserant. Sed haec, tum superiora, quam vim habeant, jam initio dictum est.

Caput Hadriani, ut supra, sed epigr. om.

ΤΙΒЄΡ ΚΛΑΥΔ L ΑΡ An. CI Astarte stans, pede d. prorae imposito, caput Osiridis in d., et hastam in s. gerit. Ær. 2.

Noris. de Epoch. Vaill.

Patinus hunc nummum Trajano adscribit, sed merito Norisius id in dubium revocat, Vaill. vero hunc, caeterosque cum eisdem notis Hadriano tribuendos docet.

Caput Hadriani, epigr. om.

ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟ ΕΤ ΑΡ Fortuna stans in prora, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae gestat. Ær. 2.

Noris, ut supra, Vaill.

Alius, sed Juppiter sedens in templo distylo. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Hadriani, epigr. om.

ΤΙΒΕΡ ΚΛΑΥΔ L ΑΡ Victoria stans, d. coronam, s. palmam. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Sestin. Descript. N. V.

Caput Hadriani, epigr. om.

ΤΙΒΕΡ ΚΛΑΥΔ ΕΤ ΓΡ An. CIII Dea Astarte stans, d. pede prorae navis imposito, in d. caput Osiridis, in s. hastam gerit. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΑΥ ΚΑΙ ΤΡΑ ΑΔΡΙ....... Caput Hadriani laureatum.

ΚΛΑΥ....... Juppiter sedens, d. pateram, s. elata. In area sub Jovis d. extentam .. Τ ΙΡ Supple ЄΤ ΙΡ Anno CX. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab XXXVII. n. 35.

Nummus ab injuria temporum male habitus; sed ob epocham, et titul. Claudiae, tum ob metalli, et fabricae similitudinem cum caeteris, huic Vrbi, non alteri adscribendus. Notae IP si ducantur ab anno V. C. DCCLXX incidunt in decennalia imperii Hadriani. Alias notas in hoc nummo sibi videre visus fuit Cl. Sestin., qui illum in lib. Descript. N. V. affert, sed revera ita se habent, ut a me propositae sunt.

TRALLES LYDIAE

Hujus Vrbis inter Asiaticas opulentissimae nummi plures supersunt, sed absque notis chronologicis. Vnum tamen exhibent Harduinus, et Vaill. sub Gordiano Pio cum notis ZϘ, de quibus merito dubitat Pellerin. Pop. II, pag. 112, et Mel. II. pag. 327, qui Tab. LXIII n. 62 nummum Trallianorum Vrbicum referens cum notis ΑΛΣ optime animadvertit, si in utroque nummo contra morem earum regionum epocha agnoscenda foret, nisi unaquaeque a diverso cardine ducatur, quod verisimile minime videtur, notas chronol. in nummo Gordiani ad Constantini tempora referendas esse, quod sane absurdum. Si vera itaque sit lectio Vaillantii, quoniam notae ZϘ ab alio cardine ducendae, qui sit diversus ab eo, qui aptandus notis ΑΛΣ nummi autonomi Pelleriniani, nutabit earum exordium inter annos V. C. DCCCXCIV, et CM. Vaillantius praetulit A. V. DCCCXCVIII, quo quidem anno Gordianus ad bellum Persicum profectus, et per Asiam transiens, Trallianos publico aliquo beneficio affecisse videtur. En nummus.

Caput Gordiani Pii, om. epigr.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ZϘ Ædificium quadratum duplici ordine cum area plurimis statuis ornatum. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec. Hard.

TRAPEZVS PONTI

Vrbs Asiae minoris satis ampla, cujus caput Sinope Colonia, de qua suo loco dictum est, in ora Ponti Euxini sita erat, habebatque portum navibus excipiendis tutum, fuitque postremo tempore Imperatorum Graecorum sedes e Gente Lascara. Froelichius primus extitit, qui ejus Vrbis nummum cum notis chronologicis ediderit, atque illustraverit; tres deinceps addidit ex suo Museo Pellerinius, quartum denique Eckhelius ex Mus. Vindob. Ejus epocham statuit Froelich. in An. V. C. Varr. DCCCXVI, quem sequuntur Bellejus, Eckhelius etc. Verum id nonnisi ex analogia quadam statui potest Neocaesareae exemplo, quae cum esset pariter Vrbs Ponti Polemoniaci nobilissima, postquam Polemo regnum suum Neroni cesserat, illudque ab eo in provinciae formam redactum fuerat, epocham eodem anno instituerat, de qua vide suo loco. Verum si ex nummis hactenus editis res definienda, illud tantum evincitur Trapezuntiorum epochae exordium, nec antecedere annum suprascriptum, nec ultra quadriennium prorogari posse, idque ex nummo Elagabali, quem vide suo inferius loco.

.... Caput Sept. Severi epigraphe detrita.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΝΤΙΩΝ ΕΑΡ An. CXXXV Deus Lunus, sive Mensis pileo phrygio, eoque radiato tectus, eques medio suo, et equi corpore. Ær. 2.

Froelich. IV. Tent. Eckhel. Catal. Vind.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Caput juvenile Caracallae laureatum.

ΤΡΠΕΖΟΥΝΤΙωΝ (sic) ΘΑΡ An. CXXXIX Serapis stans, d. elata, s. hastam. Ær. 1.

Eckh. Catal. Vindob.

ΑΥ Κ Μ ΑΥ ΑΝΤωΝЄ...... Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΝ ΕΤ ΡΝΕ, postremis duabus in nexu. An. CLV Deus Mensis eques ad aram ignitam. Ær. 2.

Pell. Pop. III p. 204 Tab. CXXVIII n. 1. Mel. II. p. 174.

Ineunte mense Junio An. V. C. Varr. CMLXXI devicto Macrino, Elagabalus imperium invadit, sed labente vere An. V. C. Varr. CMLXXV contaminatissimus iste Imperator illud cum vita amisit. Haec jam adeo comperta, ut nihil supra. Patet itaque ex his notas chronol. ΡΝΕ, nec computari posse ante autumnum An. V. C. Varr. DCCCXVI, nec post autumnum An. V. C. Varr. DCCCXX.

Caput Alexandri Severi, orn. epigr.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΝ ΕΤ ΓΞΡ A. CLXIII Idem Deus, ut in superiori. Ær. 2. Notae utrique termino sese accomodant.

Pell. Pop. III p. 205.

In Catal. Henneric. describitur nummus sub n. 3644. Cum hisce notis Ε. ΠΞΒ, sed, ut patet, vitio laborant, ac fortasse Alex. Sev. tribuendus numm. ac supplendum ΓΞΡ.

TRIPOLIS PHOENICIAE

Tripolis Vrbs Phoeniciae maritima nomen istud in ortu suo sortita, quoniam ex tribus parvis Vrbibus coaluerat, quarum primam Aradii, alteram Sidonii, tertiam denique Tyrii aedificaverant. Sita erat in Peninsula quadam cum portu ad commercium aptissimo. Maximae erat dignitatis inter omnes Phoeniciae Civitates, in eaque communis habebatur conventus, cum de rebus alicujus momenti deliberandum foret. Adhuc superest sub eodem nomine, pluresque ad nos pervenerunt tam opulentae quondam Vrbis nummi, non modo autonomi, ut vocant, sed magno etiam numero ex eo genere, qui ad Imperatores Romanos pertinent. In his duplex a Tripolitis epocha adhibita fuisse deprehenditur. Una quidem instituta, ex quo Pompejus, Mithridate devicto, Dionysium ipsorum Tyrannum securi

percusserat. Eadem ducenda ab autumno A.V. C. DCXCI, vel a verno tempore insequentis DCXCII, de qua nummi M.Antonii, videndi. Secundam Seleucidarum propriam Tripolitae ab Augusti tempore in subsequentes Imperatores nummis suis insculptam voluerunt. De ejus cardine plura egregie Norisius Dissert. II. de Epoch. Syrom., qui ex nummis Hadriani cum notis HKY merito infert anteriorem illam esse non posse autumno An. V. C. Varr. CCCCXLII. Verum quo ad alterum extremum nihil obstaret nummus Elagabali, quo utitur Norisius cum notis ΓΛΦ, quin ex instituto nostro in vernum etiam tempus anni CDXLIII epochae exordium proferri posset. Tunc enim nondum perspecta ejus caede, quae contigit circiter die XI martii anni V. C. Varr. CMLXXV, cusus a Tripolitis nummus dicendus esset. Sed cum post Norisium alii detecti sint nummi Tripolitarum, inter quos unus Jul. Paulae primae Elagabali uxoris cum notis ΒΛΦ, ejus ope certiori fundamento statui posse arbitror epocham, de qua sermo est, nec posteriorem esse posse autumno anni suprascripti V. C. CDXLII, sed adulto ob adoptionem Alexandri Severi ab Elagabalo factam A. V. CMLXXIV, non ante Neomeniam, sive circa exitum Augusti ejus anni. Vide sub Vrbe Orthosia, et alibi. Ob multiplicem etiam nummorum copiam, singuli, qui cum diverso typo, eisdemque notis HKY sub ipsa imperii auspicia Hadriano dicati sunt, ipsius epochae caput in autumnum praedictum adultum, Antiochiae ad Orontem, Tyriorum, Gazae, aliarumque Vrbium exemplo merito protrahendum.

Nummi cum Epocha Pompejana.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ LΓΚ A. XXIII. Caput M. Antonii nudum. Caput Cleopatrae Reginae cum diademate, sine epigraphe. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Vide in sequenti nummo.

Capita jugata M. Antonii, et Cleopatrae, illud quidem sub imagine Dionysii, sive Bacchi cum corona hederacea, hoc vero sub effigie Isidis cum flore in vertice, et utrumque cum stola ad pectus, sine epigraphe.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ L Α An. XXX. Figura muliebris turrita, et stolata stans, d. demissa baculum, vel parvum trophaeum sustinet, s. cornucopiae. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XIII. n. 6.

Scribit Dio Lib. L de Antonio, et Cleopatra: *Osiridem se, et Dionysium, ipsa se Lunam, et Isidem scribebant, ac fingebant*. Ita a Tripolitis in hoc nummo exhibentur. Merito jam Vaillantius in praecedenti nummo contra Harduinum animadverterat, in notis ΓΚ non Caesarianam, sed Pompejanam epocham agnoscendam esse, quod ex hoc nostro praestantissimo nummo, qui nunc primum innotescit, longe clarius fit manifestum. Nam in Harduini hypothesi Antonius non modo ex eo Vaillantii ad An. V. C. Varr. DCCXXVII vitam produxisset, verum etiam ex nostro ad ann. usque DCCXXXV, quo nihil magis ab historiae veritate alienum. Epochae cardo ita definiendus, ut notae tam praecedentis, quam hujus nummi cum eo tempore concilientur, quo Antonius erat Cleopatrae amoribus mancipatus. Quod extitit primo antequam reconciliata pace inter eum, et Caesarem, ipsius sororem Octaviam conjugio sibi copularet; secundo vero cum eam in Italiam, ad fratrem remisit sub specie quidem belli Parthici, quod erat suscepturus, sed revera, ut in Ægyptum, et ad veteres Cleopatrae amores, et consuetudinem reverteretur. Octaviae conjugium celebratum fuit labente septembri An. V. C. Varr. DCCXIV ex lib. n. Ær. Vulg. pag. 352; eandem in Italiam, et ad patrios lares reversam fuisse constat, triennio nondum conjugii elapso, ab eoque tempore, etsi nondum publice repudiata esset, quod postea factum est, jam pro dimissa haberi coe-

pit, ac revera, cum An. V. C. Varr. DCCXIX Octavia cum maximis donis a fratre acceptis Roma ad Antonium profecta esset, eandem Antonius statim *domum redire jussit, atque deinde magis adhuc amori, et praestigiis Cleopatrae servivit*. Verba sunt Dionis in lib. XLIX. Ex his itaque hujus Ærae exordium recte statuitur in autumno An. V. C. Varr. DCXCI, vel ineunte vere anni subsequentis: quo tempore Pompejus confecto bello Mithridatico Orientem Romano imperio adjecerat. Epochae Pompejanae initium, ut in lib. II. probatum est, non ab uno, eodemque anno ducendum, sed decennium fere complectitur, cum variae intercessissent causae, cur singulae quaeque Vrbes eam citius, vel tardius auspicarentur. His positis annus ΓK ab autumno A. V. C. DCXCI, coepisset autumno An. V. C. Varr. DCCXIII (qui quidem cardo praeferendus, ut in nummis cum Seleucidarum epocha patebit.) vel ineunte vere An. DCCXIV, sex circiter menses ante nuptias Octaviae cum Antonio; notae vero Λ in hoc secundo nummo complecterentur annum V. C. Varr. DCCXXI, usque in autumnum, vel hunc, et sequentem DCCXXII, usque in vernum tempus. Notandum vero, quod etsi in Dionis Hist. lib. L. sub initium hujus anni mentio fiat de Octavia repudiata, de nominibus, quibus, ut supra innuimus, Antonius, et Cleopatra se Deos esse simulabant, tum de aliis pluribus similibus utriusque insaniis: ea tamen ibidem simul congeruntur, non quod tum primum evenissent, sed ad justas causas indigitandas, ob quas bellum, omisso tamen nomine Antonii, adversus Cleopatram Romae decretum fuerat. Nam et biennio ante, Dione ipso teste, eo amentiae progressus fuerat Antonius, ut Caesarioni tanquam legitimo Julii Caes. Dictatoris ex Cleopatra filio ad creandam invidiam Octaviano Caesari, quod esset tantum illius filius adoptivus, tum Cleopatrae, suisque ex ea susceptis liberis regna Orientis in foro pro tribunali sedens publice assignaret, non sine summa Caesaris, Populi-

que Romani indignatione. Haec autem dicta sunt, ut pateat recte calculos a nobis institutos procedere, ac revera utrumque tempus complecti, quo Antonius uni Cleopatrae erat addictus.

Dubitat tamen Cl. Eckhelius D. N. V. T. III, pag. 377, utrum revera in nummo Vaillantii Cleopatrae imago agnoscenda sit ob notas ΓΚ, quas censet Octaviae sororis Augusti conjugium cum Antonio jam initum complecti, idque ob manifestam Octaviae, fratrisque offensionem repugnare animadvertit, illud addens antequam Octaviam duceret Antonius vixisse Fulviam ejus legitimam uxorem. Sed si recte instituantur calculi, omnis plane evanescit difficultas ab Eckhelio proposita. Annus enim ΓΚ. XXIII, qui consentiente ibidem Cl. Auctore ducatur ab autumno anni V. C. Varr. DCXCI, coeperit oportet autumno A. V. C. DCCXIII, finem habuerit revertente autumno insequentis anni V. C. DCCXIV. At vero a praeclarissimo Norisio demonstratum est, et a me quoque fuse in lib. II. de Vulg. Ærae Emend. pag. 349, et seqq. mense septembri An. V. C. DCCXIV mortua non ita pridem Sycione Fulvia, ut expresse tradit Dio Hist. Lib. XLVIII, quae causa fuisse videbatur belli suscepti inter Caesarem, et Antonium, positis armis utrumque Brundusii in gratiam rediisse, ictoque pacis foedere, ac desponsa eodem tempore in concordiae pignus a Caesare Antonio sorore Octavia, statim Romam utrumque properasse, et postquam ovantes Vrbem ingressi fuissent, ut docent Fasti Capitolini, mox nuptias Octaviae cum Antonio celebratas fuisse, et festa peracta. Cum igitur hujusmodi nuptiae ex hactenus praemissis celebratae fuerint magna jam ex parte transacto mense septembri A. V. C. DCCXIV, sequitur sane easdem nec innotescere potuisse Tripolitis cum nummum emiserunt cum notis ΓΚ, quarum initium coeperat ex ipsis Eckhelii calculis, ab ineunte autumno praecedentis anni V. C. DCCXIII.

Eidem Cl. Viro perspectus non fuit meus alter cum notis Λ, sive An. XXX, et utroque capite Antonii, et Cleopatrae, quem pariter constat editum, jam dimissa Octavia, ut supra probavimus. Ignotus quoque fuit alter a Patrensibus uni Cleopatrae dicatus cum ejus nomine, et capite diademate ornato, quem vide in Serie Regum pag. 10. Ab eodem denique minime animadversum, quod fugit etiam Cl. Viros Pellerinium, et Sestinium, binos nempe Damascenorum nummos cum notis EOC, et ΠΣ eidem Cleopatrae jure adscribendos cum Auctore Catalogi Theupoli, quod caput femineum sit diademate ornatum, quod nusquam in aliis illius Vrbis occurrit, ut in meo, in quo insuper collum, et pectus margaritis fulgent, quodque ad rem facit, notae utriusque nummi Theupol. mirifice consentiant. Vide cit. p. 10.

Nummi cum Epocha Seleucidarum.

L ΠΣ Caput Augusti laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Castor, et Pollux stantes, uterque d. pateram, s. hastam, hinc, et inde pileus. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Epochae hujus cardo statuitur, in autumno An. V. C. Varr. CDXLII, Hinc ex notis ΠΣ emergit annus V. C. DCC-XXII ex praecedenti, ideoque exiisset ann. ΠΣ CCLXXX ante victoriam Actiacam, Tripolitis adhuc sub Antonii potestate constitutis, neque enim recte calculos instituit Vaill. dum infert notas hujusmodi incidisse in autumn. An. V. C. Varr. DCCXXIII. Minor itaque aliqua nota in nummo Vaill. desiderabatur, sine qua epocha cum Augusti tempore a devicto Antonio conciliari nequit.

L T Anno CCC Caput Augusti.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ

Morelli Imp. T. I. pag. 405.

L AT An. CCCI Caput Augusti laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ Dioscuri stantes cum patera, et hasta, hinc inde pileus. Ær. 2.

Catal. Theup.

Pauci ad nos pervenerunt Tripolitarum nummi cum Augusti imagine, primus Vaillantii notas habet vitiatas, vel detritas, hi duo soli recte conciliantur cum tribunic. potest. Augusti XI, et XII.

Caput Tiberii, om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΛΛΤ An. CCCXXXI. Capita jugata Castoris, et Pollucis cum astris. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus Tiberii cum epocha in aversa parte.

L MT An. CCCXL. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 328.

Octo annos editus nummus ante Tiberii obitum.

Caput Neronis laureatum, ante quod lituus. Collum Neronis secat per transversum signum incusum, in quo IMP GA in nexu, idest *Imperator Galba*.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ordine retrogrado L ΘΟ...... supple ΘΟΤ, vestigia enim supersunt notae O. Capita jugata Dioscurorum cum astris in vertice. Ær. 3.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XVI. n. 63.

Iterum nummo feriundo postrema nota evanuit, secundae tamen vestigia apparent, quae lit. O indicant. Vide infra.

Caput Neronis laureatum, ante quod lituus, et signum incusum, loco, quo supra, cum hisce lit. IMP OTHO in nexu, idest *Imperator Otho*.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ L Θ... Capita jugata Dioscurorum cum astris in vertice. Ær. 3.

Schedae Sestin. ex Mus. Ainsel., Meus, in quo tamen prima etiam nota deperiit ob signum malleo incusum.

Tripolitae ad nuntium mortis, quam sibi Nero consciverat, monetam suam, quae in Officinis supererat, mox successori Galbae, ac deinceps septimo post mense etiam Othoni

superaddito ipsorum nomine in nexu dicarunt. Plures ex his in Museis asservantur. Vnum citat. Pellerin. cum imagine Tiberii. In Catal. Vindob. cum effigie Neronis legitur IMP GAL. Ex his itaque nihil inferre licet quo ad superstites notas, nisi ratione imperii Neronis, sub quo cusi fuerant. Cum autem in meo Galbae satis conspicuae sint notae ΘO certo consequitur eas notas complecti supremum Neronis annum ab autumno anni V. C. DCCCXX, in autumnum insequentis anni V. C. DCCCXXI.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC Caput Hadriani laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Anno CDXXVIII Dea Astarte stans, pede s. prorae navis imposito, d. hastam. Duplex Ær. 2.

Mei, in quibus facies adversae partis ita Trajanum exprimit, ut, si abesset nomen Hadriani, non injuria Trajano adscribi posset. Vide Mus. n. Tab. XIX. n. 129.

Alius cum eadem epigraphe in adversa, et typo pariter Deae Astartis, sed cum aliquibus tantum Hadriani lineamentis. Meus. Ær. 2.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡ.... Caput Hadriani laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ An. CDXXVIII Capita jugata Dioscurorum. Ær. 2.

Meus, in quo Trajani lineamenta satis conspicua sese offerunt, licet facies lanugine barbae aspersa appareat.

Alii duo superiori similes, sed vitiata in extremo capitis epigraphe, ad similitudinem tamen Hadriani propius accedentes. Ær. 2.

Meus uterque. De singulis hisce vide etiam in Ser. Imper. Parte I. pag. 195.

Ex his, qui mihi ante oculos versantur, certamque fidem faciunt, quod aliqui ex Tripolitarum numinis cum no-

tis HKY, licet nomen Hadriani referant, simul tamen Trajani faciem, et lineamenta exhibeant, simili plane ratione, qua factum vidimus in nummis Laodicensium Syriae, qui consulendi, jure infertur, quod si in aliquibus hujus generis Tripolitarum, desideretur, vel vitiata sit in adversa parte postrema vox, manente etiam voce ΤΡΑΙΑΝΟϹ, nullum certum judicium proferri posse, quod illi Trajano, non Hadriano sint adscribendi. Hoc praemisso canone singulos quosque describam, qui hactenus editi, primo quidem eos, qui integra capitis epigraphe minime carent, tum vero eos, in quibus omissa, vel manca, aut vitiata exhibetur, ut Eruditus Lector judicet, utrum aliqui admittendi sint, qui certa ratione Trajano adscribi possint. Neque ideo facimus, quod ad hujus epochae cardinem definiendum quidquam obesse possit, si nulli reperiantur ex hactenus editis, qui Trajano sine dubitatione tribui debeant. Nam ut initio praemisimus, aliis indubiis monumentis utrumque hujus epochae extremum certo definitur; sed unice veritatis causa, quoniam aliquos ex Numismaticis in errorem abreptos esse video, qui ex sola capitis effigie, quae Trajano similis videbatur, non ex integra, certaque epigraphe, quosdam ex hujusmodi nummis Trajano perperam adscribendos censuerint, ut etiam alibi adnotatum.

Nummi cum integra epigraphe Hadriani.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput laureat.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ (428) Capita jugata Dioscurorum. Ær. 2.

Alius, sed Astarte stans, d. hastam, s. pede prorae navis imposito. Ær. 2.

Eckhel. in Catal. Vindob. p. 242.

Nullum alium describit, vel sub Trajano, vel cum vitiata epigraphe.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΤΡΙΠΟΛЄΙΤωΝ ΗΚΥ Anno CCCCXXVIII Capita Dioscurorum laureata cum astris.

Norisius de Epoch. Syrom. Dissert. II cap. IV cum iconismo.

Nullum alium edidit, vel Trajani, vel ejusdem Hadriani.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΗΚΥ Victoria triremi insistens ad s., d. lauream, et s. palmae ramum. Ær. 2.

Ex Mus. Cus. Sestinius Descript. p. 536.

Alius ΤΡΙΠΟΛЄΙΤωΝ ΗΚΥ, et Astarte stans, s. pede prorae navis insistens, d. hastam. Ær. 2.

Ex Mus. Ainsel. Sestinius. Ibidem.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ Caput Hadriani laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Mulier capite turrito, pede prorae imposito, d. hastam, s. supra genu. Ær. 2.

Catal. Theupol. p. 881.

Alius, sed capita Dioscurorum. Ær. 2.

Alius, sed Victoria supra navim cum laurea, et palma. Ær. 3.

Idem Catal. cum integra epigraphe in singulis.

Nummi similes Hadriani citantur ex Mus. Odescalc. postea Vatic., et ex Catal. Hennericiano, quos brevitatis causa omitto.

Nummi omissa, vel manca, aut vitiata epigraphe.

1 ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Astarte pede prorae imposito, d. baculum. Ær. 3.

Vaillantius de Num. Graec. sub Trajano pag. 30, sed omissa capitis epigraphe.

2 ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Capita Castoris, et Pollucis astris insignita. Ær. 2.

Idem Vaill sub Hadriano pag. 37, sed omissa cap. epigraphe.

3 Alius. Mulier pede prorae imposito, s. supra genu. Ær. 2.

Idem Vaill. ibid. sine cap. epigraphe, eadem pariter omittitur in simili apud Patin. p. 204.

4 Alius. Victoria supra navim stans, d. coronam, s. palmam. Ær. 3.

Idem Vaill. ibidem omissa epigraphe, ut supra.

5 ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝ .... Caput Trajani laur. ΤΡΙΠ.... ΗΚΥ Capita Castoris, et Pollucis jugata astris insignita. Ær. 2.

Catal. Theupol. sub Trajano p. 869.

6 ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡ........ Caput Trajani laureatum. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Astarte pede prorae imposito, d. baculum. Ær. 2.

Catal. Theupol. ibid. sub Trajano.

Si admittamus ex his, qui sub nummis 2, 3, et 4 descripti sunt, quosque Vaillantius ipse Hadriano adscribit, ut eidem pariter suum assignat Patinus, reliqui erunt tres, Trajano adscripti, unus ex Vaillantio, duo ex Catal. Theupol. Sed rogo: ob ea, quae a me praemissa sunt, quis vades esse poterit, quod Vaillantio, non ex imagine, quae Trajanum referre videretur, sed ex ipsa inscriptione, quae nomen Hadriani excluderet, titulos vero unius Trajani adjectos contineret, constiterit in primo nummo describendo? Ex omissa capitis epigraphe rem saltem in incerto versari concedendum est. Ob eandem rationem idem judicium ferendum de duobus Theupol. Catalogi, eo vel magis, quod inscriptio, quae superest, quaeque praecedit, eadem sit, quae in caeteris nummis omnibus legitur, qui ad Hadrianum pertinent, ex quo sequitur praeclarum illius Auctorem, ex sola imagine judicasse de duobus illis Trajano adscribendis, quod nempe lineamenta vultus ad Trajanum accederent. Concludendum itaque ex tribus descriptis nummis, aliisque similibus, si qui sunt, nullo firmo fundamento statui posse, quod Trajano sint adscribendi, ideoque nec eos conjungendos esse cum iis, qui certi sunt Hadriani pro Ærae cardine, quo ad utrum-

que extremum tuto definiendum. Condonandum autem praeclarissimo Eckhelio, si ad alia properanti, iisdem usus sit, pro suis calculis instituendis Doctr. N. V. T. III. p. 378.

Sed hoc postremo loco duo alii hujus generis nummi non omittendi, qui Eckhelio quidem minime perspecti fuerunt, tamen ejus opinionem, et calculos confirmare posse videntur. Eos post laud. Eckhelii librum vulgavit Cl. Sestinius Descript. N. Vet., sunt autem hujusmodi.

AVTO KAICAP TPAIANOC APICT Caput laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΗΚΥ Duo pilei Dioscurorum cum astris. Ær. 3.

Descript. cit. p. 536 sub Trajano.

Alius, sed Astarte stans, d. hastam, s. pede prorae navis imposito. Ær. 2.

Ibid. sub eodem Trajano.

Si vera sit lectio vocis APICT controversia omnis finem habet; sed venia Cl. Viri suspicor vitiatam fuisse vocem illam, atque ex imagine, ut in meis, quae Trajani lineamenta referret, interpretandam visam esse de titulo *Optimi*, APICT, loco AΔPIAN. Mihi indicio sunt tres, quae praecedunt voces, eaedem plane, quae in singulis Hadriani leguntur, cum e contra in nummis Trajani nunquam fere omittatur titulus NЄP, idest *Nervae*, ut in iis Hadriani nomen *Trajani*. Vide Pell. Mel. II, et Catal. Theup. Restat, ut consulantur ipsi archetypi nummi ad omnem quaestionem dirimendam.

Nummus Hadriani cum notis in aversa parte.

BAY An. CDXXXII. Ær. 2.

Pell. Mel. II. pag. 328.

Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ NY An. CDL. Binae figurae equestres. Ær. 3.

Arigon. T. II. Tab. XIII. n. 146.

Complectitur annus iste primum imperii Antonini Pii biennnium.

Caput Antonini Pii, om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΓΝΥ An. CDLIII Capita jugata Castoris, et Pollucis cum astris. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Antonini Pii, ut supra.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΝΥ An. CCCCLIV. Dea Astarte cum attributis. Ær. 2.

Arigon. T. II. Tab. XIII. n. 147.

ΑΥΤ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝΥ An. CDLV Capita jugata, et laureata Dioscurorum cum astris. Ær. 2.

Noris de Epoch. ex Mus. Med.

Caput Antonini Pii, om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝΥ An. CDLV. Dioscurorum pilei astris ornati. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

.... Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝ......... Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝΥ An. CCCCLV. Dea Astarte stans, d. hastam, sin. pede prorae navis imposito. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 43.

ΑΥΤ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ......... Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΝΥ. An. CCCCLIX. Capita jugata, et laureata Dioscurorum cum astris in vertice. Ær. 2.

Meus. Sestinius Descript. Num. Vet. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII. fig. 44.

.... ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΝΥ An. CCCCLIX. Astarte turrita stans, d. hastam, s. pede prorae navis imposito. Ær. 2.

Mens. Vaill. de Numm. Graec. Catal. Theupol., et Vindob. Cusus nummus recurrente Antonini Pii decennio.

.... ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙ... Caput M. Aurelii laureat.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΝΥ An. CCCCLIX Capita Dioscurorum jugata cum astris. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vindob., Vaill. de Num. Graec. Catal. Hennerician. p. 3521.

Caput M. Aurelii; epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΝΥ An. CDLIX. Dea Astarte turrita stans cum baculo pedem dex. super proram imponit.

Vaill. de Num. Graec.

Editus uterque M. Aurelio Caesare, licet sit laureatus.

Caput Caracallae.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΙΦ An. DXIV Navis velo expanso. Ær. 2.

Arigonius T. I Ser. 2. Imp. Tab. X. n. 163.

Caput Plautillae Augustae.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΙΦ An. DXIV. Castor, et Pollux stantes, uterque, d. racemum, s. hastam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Pertinet hic nummus cum praecedenti ad tempus, quo conjugium Plautillae cum Caracalla celebratum est, de quo Tripolitae hisce nummis gratulantur. In Vrbe Gaza, de qua vide supra suo loco, et in Exercit. Parte II. Imperial., demonstratum est illud initium, et finem habuisse intra annum a labente autumno plus minus V. C. Varr. CMLV, usque circa ineuntem autumnum insequentis anni V. C. CMLVI, quo interfecto Plautiano patre, Plautilla in Liparam Siciliae Insulam cum Plauto fratre relegata fuit. Si ab autumno An. V. C. CDXLII, ut facere par est, iteraveris notas ΔΙΦ, eas invenies complecti omne fere tempus nuptiarum, de quibus sermo est. Itaque recte procedit hujusmodi epocha a constituto cardine in autumno anni s. s. V. C. CDXLII, ut indubiis monumentis probatum est; vicissim vero patet Tri-

politas, primo quoque tempore, suum gratulationis officium novis principibus nuptis praestitisse.

..... M AV ANTΩN....... Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus.

ΤΡΙΠΟΛ in imo. In area inter equorum pedes BKΦ Anno DXXII. Dioscuri stantes cum hastis, singuli equum retinent. Superne parvum templum cum protome Deae Astartis. Ær. 2.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVII n. 251.

Primis imperii auspiciis, cui decedente Sept. Severo una cum fratre Geta successit Antoninus Caracalla, cusus censendus est hic nummus, vel postremis mensibus vitae Severi.

AVT M AV ANTΩNEINON CEB. Caput laureat. Caracallae.

ΤΡΙΠΟ ΓΚΦ An. DXXIII Dea Astarte stans cum hasta, pede d. prorae imposito, hinc, et inde Dioscuri cum hastis, et pileis. Ær. 2.

Catal. Theup. Mus. Comit. Verità.

AV K M AV ANTΩNINON CEBA Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus.

In imo ΤΡΙΠΟ.., in alio reliquae sunt tantum lit... ΡΙΠ.. ΓΚΦ An. DXXIII Dioscuri stantes cum equis, et hastis, et ad utriusque caput astrum in crucis formam expressum. Superne ad equorum capita parvum templum distylum, in quo caput turritum Deae Astartis. Ær. unus 2, alter 3.

Meus uterque. Vide Mus. n. Tab. XXXVIII fig. 54.

AV K M AVP ANTΩNIN.... Caput laureatum Caracallae.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΚΦ. Capita Dioscurorum jugata pileata, et stolata ad humeros. Ær. 2.

Ex indice Mus. Comit. Verità.

Cusi sunt singuli hujusmodi nummi cum notis, ut supra, postquam Caracalla Severo patri vita functo in imperio successerat, et fortasse, ex quo se ipsum, imperiumque fraterna caede foedaverat.

Nummus Caracallae cum notis chronol. in aversa parte ΓΚΦ An. DXXIII.

Pell. Mel. II pag. 328.

Alius, sed ΔΚΦ An. DXXIV.

Idem.

Caput Caracallae, epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ЄΚΦ An. DXXV Capita jugata Castoris, et Pollucis cum astris. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

ΙΟΥΛΙΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Juliae Domnae Aug.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ЄΚΦ An. DXXV Templum tetrastylum, in quo tres statuae. Ær. 1.

Pell. Mel. II. pag. 139.

ΙΟΥΛΙΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Juliae Domnae Aug.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ In area ΖΚΦ A. DXXVII Templum tetrastylum cum gradibus, in quo tres figurae stantes. Ær. 1.

Meus. Arigon. T. II Tab. XXII n. 296.

ΜΑΡ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC CЄΒ Caput radiatum Caracallae.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΖΚΦ An. DXXVII. Templum tetrastylum, in quo duae figurae stantes, ara intermedia. Ær. 1.

Catal. Theup.

Alius, sed om. epigr. capitis. Ær. 2.

Vaill.

Nummus Caracallae cum notis chronol. in aversa parte ΗΚΦ An. DXXVIII.

Pell. Mel. II. p. 328.

Caracalla interficitur a. d. VI. id. April. An. V. C. Varr. CMLXX. Notae igitur ΗΚΦ recte conciliantur cum anno ipsius imperii supremo, eumque complectuntur ab autumno An. V. C. CMLXIX in An. sequentem Macrini primum.

Μ ΟΠ ΔΙΑΔΟΥΜЄΝΙΑΝΟC ΚΑΙC Caput nudum Diadumeniani Caesaris.

ΤΡΙΠΟΛ... In imo ΘΚΦ An. DXXIX Navis velo expanso, et superne hinc, inde bina Dioscurorum sidera. Ær. 2.

Meus, quem vide delineatum in Musei nostri Tab. XXVIII. n. 271.

Caput Diadumeniani, omissa epigraphe.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΘΚΦ An. DXXIX. Templum distylum cum porticu, et Dea Astarte in medio, cui Victoria coronam imponit.

Catal. Henneric.

Notae suprascriptae annum designant V. C. CMLXXI ab exeunte autumno anni praecedentis. Macrinus victus, fugatusque cum Diadumeniano filio interficitur mense Junio an. s. s. V. C. CMLXXI ab Elagabalo, qui proximo praecedenti mense Aprili, Maesae artibus ab exercitu Augustus appellatus fuerat. Notae igitur ΘΚΦ postremum imperandi tempus Macrini, et Diadumeniani fil. complectuntur.

ΑVΤ Κ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ In imo ΑΛΦ An. DXXXI. Templum tetrastylum cum gradibus: in medio templi ara ignita, hinc inde bina Deorum signa. Ær. 1.

Meus duplex. Vaill. de Num. Graec. Noris de Epoch.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΛΦ An. DXXXI. Tria templa in unum, in medio Astarte stans, d. hastam, coronatur a Victoria columellae imposita. Ær. 1.

Catal. Theup.

Alii tres parumper diversi. Ær. 1., 2., et 3.

Idem Catal.

Caput Elagabali, epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΛΦ An. DXXXI Castor, et Pollux nudi stantes cum pileis, et hastis, quorum alter racemum gestat. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Apud Arigonium Ser. II. Tab. XI n. 184 Imper. Graec. exhibetur hujusmodi Elagabali nummus superiori fere similis.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΔΛΦ Castor, et Pollux stantes cum hastis, et uvae racemo. Sed mendum procul dubio agnoscendum in minori nota, ut saepe alias apud hunc Auctorem. Caeteri omnes, qui hactenus innotescunt Elagabali nummi non ultra An. Tripolitarum ΓΛΦ progrediuntur, nec aliter rem se habere posse demonstrat certus interitus Elagabali, et Alexandri Sev. successio recurrente vere A. V. C. CMLXXV, Tripolit. ΓΛΦ. Vide infra sub Paula p. 366. Alias Elagabalus superstes adhuc dicendus esset autumno labente A. V. C. CMLXXV. Legendum itaque apud Arigon. ΑΛΦ.

Caput Elagabali, epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΛΦ An. DXXXI Capita jugata Castoris, et Pollucis cum astris in vertice. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

AV K M AVP ANTΩNIN Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΙΤ ΝΑVΑΡΧ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΛΦ An. DXXXI. Navis velo expanso. Ær. 3.

Pell. Pop. III. Tab. CXXXVI. n. 11.

Plures ex hujusmodi nummis ediderunt Tripolitae, ut patet ex duobus aliis inter se diversis ex Mus. n., qui sequuntur sub hoc eodem anno, insuper ex altero sub anno sequenti, quem vide suo loco. Ex his sequitur Tripolim Vrbem Neocoriae, et Navarchidis titulis, et honore ab Elagabalo auctam fuisse. Affirmare oportet Vaillantium in nummos incidisse vetustate plane detritos, cum alterum hisce plane similem Sidoniis, alterum vero Tyriis sub eodem Elagabalo adscribendos censuit. Vrbs Tyrus a Septimio Severo Colonia deducta, tum primum nummos cum Imperatorum imagine edidit, sed cum latina semper epigraphe, pluresque ex hujusmodi nummis Elagabalo quoque, ejusque uxoribus, et Aviae dicavit. Sidon pariter ab ipso Elagabalo Colonia constituta, sub ejus mox imperio maximum emisit num-

morum latine loquentium numerum, omissa qualibet Graeca epigraphe. Itaque quisque facile admiserit recitatos superius nummos a Vaillantio descriptos Tripolitis restituendos esse, ut recte jam Pell. animadverterat. Hinc etiam emendandus Spanhem., ubi de Praestant. Num. pag. 688, similem nummum de Tyriis interpretatur, et explicat.

AVT K M AVP ANTΩN...... Caput Elagabali laureatum pectore loricato.

ΤΡΙΠΟΛΙ.. ΝΑVΑΡ.... In imo ΑΛΦ An. DXXXI Navis velo expanso, superne Dioscurorum pilei cum astris. Ær. 2.

Meus, et ex Mus. n. Sestinius. Vide Mus. n. Tab. XXVIII. n. 284.

AV K M AVP ANTΩNIN..... Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΙ ΝΑVΑΡ..... In imo ΑΛΦ An. DXXXI. Navis expanso velo cum astris duobus superne. Ær. 3.

Meus duplex. Sestinius.

... ΑΝΤΩΝΙΝΟC.... Caput Elagabali radiatum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII Tria templa simul conjuncta cum Dea Astarte in medio templi. Ær. 1.

Meus. Catal. Theup.

Alius, sed Elagabalus capite laureato. Ær. 1.

Catal. Theup.

Caput Elagabali, epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII Astarte stans, cum baculo crucis signum exhibens, pede supra fluvium coronatur a victoriola cippo imposita. Ær. 2.

Vaill. de Numm. Graec.

.. .. ΝΙΝΟC Caput Elagabali laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙ.... ΒΛΦ An. DXXXII. Templum sex columnarum cum gradibus, in quo Astarte cum attributis. Ær. 2.

Eckhel. Catal. Vindob. Sestinius.

AV K M AV ANTΩN ...... Caput Elagabali laureatum.
ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII Dioscuri stantes cum hastis. Ær. 3.
Eckhel. Catal. Vindob.

..... AV.. ANT........ Caput Elagabali laureatum cum paludamento.
... ΠΟΛΙΤ... In imo ΒΛΦ An. DXXXII Navis cum velo expanso, et superne Dioscurorum astra. Ær. 3.
Meus. Vide Mus. n. Tab. XXVIII. n. 285.

ΙΟVΛΙΑ ΠΑVΛΑ CΕΒΑCΤΗ Caput Jul. Paulae Augustae.
ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII. Templum quatuor columnis suffultum: in medio ara, et utrimque figura stans. Ær. 1.
Pell. Mel. II. pag. 178.

Si notas chronol. ΒΛΦ computaveris a verno tempore An. V. C. Varr. CCCCXLIII, illud consequetur, Paulam in conjugio Elagabali perseverasse saltem usque in vernum tempus An. V. C. Varr. CMLXXIV, quo iniisset annus DXXXII huic nummo inscriptus, vel certe dicendum foret paulo ante id temporis Elagabalum, repudiata Paula, ejus loco Aquiliam Severam e templo Virginum Vestalium raptam duxisse, ut intelligamus Tripolitas hunc nummum e suis officinis emisisse, antequam de novo conjugio Severae quidquam ipsis innotuisset. Equidem nummi Ægyptii Jul. Paulae habent notas L Γ, L Δ, quarum haec postrema idem tempus complectitur a die XXIX augusti An. V. C. Varr. CMLXXIII, quo ex more Ægyptiorum inierat annus imperii Elagabali quartus. Illud tamen discriminis intercedit, quod juxta nummos Ægyptios conjugium Paulae diremptum intelligi potest circa autumnum An. V. C. Varr. CMLXXIII, cum e contra admisso cardine Tripolitarum epochae, ut supra, divortium Paulae proferri debeat circa vernum tempus insequentis anni, ut jam monuimus. Atque in hac quidem hypothesi sequeretur annum non integrum superesse a vere

ineunte An. V. C. Varr. CMLXXIV. ad necem Elagabali, quam incidisse in mensem martium insequentis anni nullus jam superest dubitandi locus; postquam tam multa in lib. II. de Vulg. Ærae Emend. allata sunt monumenta, tum in hoc ipso libro plura alia addita, quae rem, ut ajunt, ultra teli jactum ponunt. In hac porro hypothesi, in qua versamur, quod Paulae divortium protrahi deberet circa vernum tempus anni V. C. Varr. CMLXXIV, unusque nec integer annus superesset ad supremum imperandi tempus Elagabali, intra illud tempus admittenda forent tot ejusdem Elagabali conjugia, primo Aquiliae Severae, cujus extant plures nummi Ægyptii cum L Δ, tum Anniae Faustinae, cujus habemus nummum pariter Alexandrinum cum eodem anno IV L Δ ex Mus. Ains. apud Sestin., et Zoegam, deinde vero aliarum plurium, donec ad Aquil Severam contaminatissimus iste Pseudo Antoninus reverteretur, quemadmodum ex historiae fide constat, itemque ex nummis, ut alibi probatum est, atque ex ipsis Ægyptiis Aquiliae cum not. L Є constat.

Sed illud insuper admittendum foret intra quinque plus minus menses ab aequinoctio verno ad exeuntem augustum A. V. C. CMLXXIV, manente adhuc conjugio Paulae, post id temporis, quo ab Alexandrinis signabatur an. IV, L Δ, primo ad eos perferri debuisse nuncium de illius repudio, et subsecutum Juliae Aquiliae matrimonium cum Elagabalo, tum tempus transactum in eo per plures menses, ut docent nummi Aquiliae non pauci cum eodem anno IV L Δ, tunc temporis apud Alexandriam signati: denique adhuc labente eodem anno Ægyptiaco IV, L Δ, Jul. Aquiliae repudium perspectum fieri debuisse ipsis Alexandrinis cum subsequentibus Anniae Faustinae nuptiis ante exitum ipsius anni IV L Δ, sive ante diem XXIX augusti an. suprascripti V. C. CMLXXIV, quoniam revera nummum eidem Faustinae dicatum fuisse constat cum notis L Δ, de quibus vide Sestinium, et Catal. Zoegae. Haec itaque talia sunt, ut facile

quisque fateri debeat ea intra quinque menses, et aliquot dies nullo modo evenire potuisse. Ac propterea consequens fieri Paulae repudium in anteriora retrahendum esse, et in annum praecedentem V. C. CMLXXIII. Ex quo demum concluditur non sine fundamento statui debere nummum Paulae Tripolitarum cum notis ΒΛΦ excludere vernum tempus anni CDXLIII, cui epocha hujusmodi illigari possit, ideoque unicum superesse autumnum An. V. C. CDXLII, cum quo secundum ejusdem extremum consociari queat. Ob ea vero, quae demonstrata sunt de adoptione, et Caesarea dignitate Alexandri Severi sub Vrbe Orthosia, suo superius loco, insuper statuendum Tripolitarum epocham in autumnum adultum esse protrhaendam, ut initio diximus.

ΙΟΥΛΙΑ .... ΜΙΑ .. CЄΒ Caput Jul. Soemiadis cum stola ad pectus.

ΤΡΙΠΟΛΙΤѠΝ ΒΛΦ An. DXXXII Templum tetrastylum cum ara ignita in medio, et utrimque inter columnas binae figurae. Ær. 1.

Meus. Vide Mus. n. Tab. XXIX. n. 299.

Caput Juliae Soemiad. om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΙΤѠΝ ΒΛΦ An. DXXXII. Tria templa, quorum medium duabus columnis ornatum habet in aditu Astarten, duo alia sunt tetrastyla. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Jul. Soemiadis, om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII Templum quatuor columm. in cujus aditu tres figurae, media Solem capite radiato exhibet, quae ad sin. ambabus manibus facem gerit. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Juliae Soemiadis, epigr. deleta.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII Templum quatuor columnarum, inter quas tres figurae. Ær. 2.

Catal. Theup.

Caput Elagabali, epigr. om.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΛΦ An. DXXXIII Templum tetrastylum, in quo ara, et tres icunculae. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

AV ΚΑΙ Μ AV ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput Elagabali laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΛΦ An. DXXXIII Tria templa simul conjuncta, quorum medium distylum cum Deae Astartis signo, reliqua duo utrimque tetrastyla. Ær. 2.

Meus duplex, Noris de Epoch. Vide Mus. n. Tab. XXIX n. 286.

Caput Jul. Soemiadis, om. epigr.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΛΦ An. DXXXIII Tres figurae stantes in templo tetrastylo. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Nummus Jul. Soemiadis cum epocha.

ΓΛΦ An. DXXXIII. Ær. 1.

Pell. Mel II. pag. 328.

Caput Alexandri Severi laureatum epigraphe deleta.

........ΤΩΝ ΦΛΓ An. DXXXIII Templum tetrastylum cum duplici ordine graduum: in aditu figura stans: in imo fluvius, et ara. Ær. 2.

Catal. Theup.

Deficiente capitis epigraphe in hoc nummo incertum manet, utrum Alexandro Severo adhuc Caesari, an eidem jam Imperatori sit adscribendus, licet caput offerat laureatum. Nam sub Vrbe Orthosia ipsius Alexandri nummum habemus cum capite pariter laureato, et eisdem notis ΓΛΦ, sed cum solo titulo Caesaris. Caeterum in utraque hypothesi ex conjunctione hujus nummi cum iis Elagabali, qui referunt easdem notas ΓΛΦ nihil proficere fas esset, ut Eckhelio videbatur, ad excludendum vernum tempus A. V. C. CDXLIII pro cardine hujus epochae, nisi alia praesto essent monumenta, de quibus sub eadem Vrbe Orthosia egimus, quae consulenda.

TYRVS PHOENICIAE

De hujus splendidissimae Vrbis natalibus, et contentione cum Sidoniis vide T. I. Regum p. 78, et in Addit. T. III. A Septimio Severo ob egregiam erga se fidem Colonia constituta, eidem mox, ejusque successoribus ad Gallienum usque nummos cum latina epigraphe dicavit, in quibus Septimiam se, et Metropolim inscribit. Antea magnam quidem nummorum copiam ediderat graece loquentium cum epocha, vel propria autonomiae, vel Seleucidarum; sed ex eorum genere sunt, quos autonomos, vel Vrbicos nominare solemus, aut illorum Regum vultum exhibent, quibus aliquando ea Vrbs subjecta fuerat. Quod vero attinet ad Romanos Principes, de quibus modo agimus, si paucos quosdam nummos excipias cum capite Trajani, qui merito Tyriis adscribuntur ob Herculis Tyrii imaginem, vel aquilae typum in aversa parte expressum, qui tamen annos tantummodo illius imperii, sive tribuniciae potestatis a Neomenia anni ipsorum civilis iteratos designant, nulli hactenus innotescunt cum graeca epigraphe, notisque chronologicis. Echkel. Doctr. Num. T. III pag. 387. nummos hosce argenteos cum ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ etc. Antiochiae potius Syriae adscribendos monet, ac ibidem in illius moneta toto cap. II fuse de hac re disputat. Aliam tamen computandi rationem apud Antiochenos in usu fuisse ex nummis Neronis fit manifestum, quos consule. Vide in Mus. n. Serie sub Trajano de hujusmodi argent. nummis cum ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ etc. ubi anecdotum invenies cum aquila fulmini, non clavae insistente, ut in caeteris omnibus editis. Quem vero nummum Spanhemius, et Vaill. sub Elagabalo recensent, Tripolitis restituendum esse suo loco jam diximus. Quapropter opus non esset, ut in hoc lib. de Tyro mentio fieret, nisi Pellerin. nummum hujus Vrbis edidisset sub Gallieno, in

quo novam epocham ab ea deducta Colonia agnoscendam putat. Ne illum praetermisisse videamur hic subiiciemus, quanquam de ejus notis nihil nobis definiendum sumamus.

IMP C P LIC GALLIENVS AVG Caput radiatum Gallieni cum paludamento.

COL TYRO MET In area hinc, inde N Ϛ Vir medio corpore nudus stans, d. extensa, sin. baculum. Ær. 1. Pell. Mel. I. p. 335. Tab. XXIII. n. 5.

PHILADELPHIA COELES SYRIAE

Haec Vrbs quondam nomine Rabbath filiorum Ammon Metropolis, in finibus Coelesyriae Arabiam versus sita erat: postquam in Ptolemaei Philadelphi Ægypti Regis potestatem venit, Philadelphia ab eo nominari coepit. Deinde Arabibus paruit, eamque Pompejus sub Mithridatici belli finem in Coelesyriam veniens ab Aretae Regis jugo exemit, et liberam esse jussit. A quo tempore Æram instituit, de qua videndus in primis Norisius Dissert. 3. de Epoch. Syrom. qui tamen, aliis deficientibus monumentis, ex Chronico Alexandrino, atque ex Pompeji adventu in Coelesyriam, quod contigit non ante Antonii, et Ciceronis consulatum, qui nomen dedere anno V. C. Varr. DCXCI, ejus cardinem eidem anno adscribendum statuit. Verum plura sunt merito perpendenda ad certos undequaque fines hujus epochae constituendos. Primo enim Orientis Vrbes epochas suas in Neomeniam anni sui civilis retraxisse certum est, quod vel ipse Norisius concedit, ubi de Laodicea, aliisque Syriae Civitatibus sermonem habet, nosque ex instituto palam fecimus in lib. II.; patet deinde eas etiam Vrbes Coelesyriae, Phoeniciae, et Palaestinae, quae uno tempore a Pompejo libertatem consecutae fuerant, non uno tamen, eodemque anno, sed alias statim, alias vero subsequentibus tantum annis acceptae autonomiae epochas a se institutas numera-

re, atque in moneta sua inscribere coepisse. Tandem et illud non injuria suspicari licet Philadelphenses, quod diuturno tempore Arabibus paruissent, eorum more, atque Damascenorum exemplo annum suum a vere potius, quam ab autumno inchoasse. Quae omnia in causa sunt, cur ipse modo, quantum ex nummo Titi hactenus fas est, certos ejus epochae fines ita definiendos statuam; ut ea neque anterior esse possit autumno A. V. C. DCXC, neque posterior An V. C. Varr. DCXCII, sive a verno tempore, sive ab autumno hoc initium ducere oporteat. Idque praesertim, quod vel ipse Norisius merito animadvertit in Chronico Alexandrino paria Consulum passim vitiata, nec suo ordine disposita proferri; ita ut nihil iis fidendum sit. De epocha vide in nummo, qui sequitur.

ΤΙΤΟϹ ΑVΤΟΚΡΑΤ ... Caput Titi laureatum.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ L ΓΜΡ An. CXLIII Caput Herculis laurea ornatum cum leonis exuviis ad humeros. Æε. 3.
Noris de Epoch. Vaill. de Numm. Graec.

A. d. VIII. Kal. Jul. An. V. C. Varr. DCCCXXXII e vivis abeunte Vespasiano patre, Titus Augustus dicitur, et solus imperat. Si epocham duxeris ab An. V. C. Varr. DCXC notae Chronol. ΓΜΡ recte conciliantur cum ejus imperii anno primo, ac per novem quidem circiter priores menses, a die natali suscepti principatus, si initium numerandi feceris a verno tempore; per totidem fere posteriores menses, si ab autumno calculos instituas. Cum autem in comperto habeamus Coelesyriae Vrbes ante annum V. C. Varr. DCXCI. libertate, atque autonomiae beneficio ab Orientis Triumphatore Pompejo minime affectas fuisse; atque id insuper contigisse post captam ab eo Hierosolymam media aestate, hinc facile unicuique patet anteriora autumno huic epochae initia non esse assignanda. Atque haec quo ad primum extremum. Quo ad alterum vero, quoniam Titus vitam cum morte commutavit Id. Septembr. An. V. C. Varr.

DCCCXXXIV, si a verno tempore A. V. C. Varr. DCXCII epocham numeraveris, nummus editus dicendus erit postremis sex ejus vitae, et imperii mensibus; si vero ab autumno, Philadelphenses eum emisisse inferes nondum allato ipsius mortis nuntio.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC... Caput Domitiani laureatum.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ LΓΜΡ An. CXLIII Caput turritum, et velatum cum ramo oleae ad humeros. Æ r. 3.

Noris de Epoch. Vaill. de Num. Graec. Ex Mus. P. Asselin.

Quem exhibuit Norisius ex Mus. Regio Galliae deficientibus primis duabus notis, ancipitem relinquebat annum, quem designaret; sed Vaill. dubitationem sustulit similem describens ex altero Cimelio; atque utinam non omisisset capitis epigraphen, ut ex ea constaret, utrum Domitianus adhuc Caesar tantum esset, an vero vita functo jam Tito, solus imperii habenas moderaretur, eoque pacto certiores epochae fines assignare fas esset. Caeterum animadvertere praestat praeter hosce duos Titi, et Domitiani nummos, alium quoque unicum quidem ex autonomis superesse apud Pell. Pop. III. Tab. LXXXV n. 25, qui insculptas habet easdem notas chronol. ΓΜΡ.

FLAVIOPOLIS CILICIAE

Plures fuere Vrbes, quae a Vespasiano Principe beneficiis ornatae Flaviae cognomen assumpserant. De Samosata Commagenes, de Neapoli Palaestinae, de Chalcide Syriae, ut de aliis sileam, ex hoc ipso libro patet. Haec autem Vrbs, vel omisso nomine, quod antea habuerat, vel tum primum sibi indito Flaviopolis nominatur: quod argumento est eam a Vespasiano, aut ex integro conditam, vel certe aedificiis auctam, et ad Vrbis splendorem evectam fuisse. Hinc in beneficiorum memoriam epocham instituit. Si certo

constaret de nota minori in nummo Macrini ex T. II Haym. Tab. XLII n. 2, ubi in iconismo vestigia apparent lit. Γ, ita ut annus habeatur ΓΜΡ CXLIII, certis finibus epocha hujusmodi definiri posset ab autumno anni V. C. DCCCXXVII in vernum tempus insequentis anni DCCCXXVIII, ob nummum alterum Diadumeniani cum certissimis notis ΔΜΡ. Monet tamen Haymius in Descriptione nummi Macrini pag. 340, literam Γ tam male esse affectam, ut certa non sit. Pro hac igitur epocha definienda alia via incedendum est. Atque illud primo sequitur ex citato Diadumeniani nummo cum notis ΔΜΡ Æram hanc posteriorem esse non posse verno tempore An. V. C. DCCCXXVIII. Quo ad alterum vero extremum retenta nota Γ, fines constituendos, ut supra; si vero supplenda ex similitudine alterius nummi cum ejusdem Victoriae typo de anno ΔΜΡ, posteriorem esse debere verno tempore An. V. C. DCCCXXVI. Vide in duobus recitatis nummis suo loco.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ Caput Domitiani laureatum.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ЄΤΟΥC ΖΙ An. XVII. Genius Vrbis turritus cum duplici spica in d., et fluvio natante ad pedes. Ær. 3.

Pell. Suppl. T. I. p. 34. Tab. II. n. 1.

AVT ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙ CЄ.... Caput Trajani laureat.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ЄΤΟΥC Μ An. XL. Fortunae stantis typus. Ær. 3.

Pell. Mel. II pag. 58. Tab. XXVII n. 2. Suppl. T. I. p. 34. Tab. II. n. 2.

Caput Antonini Pii, epigr. omissa.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ЄΤ ΗΞ An. LXVIII Capita Serapidis cum modio, et Isidis cum flore loti in vertice se respicientia. Ær. 3.

Vaill. de Num. Graec.

Caput Commodi, om. epigr.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ ΔΙΡ An. CXIV Capita Serapidis, et Isidis adversa. Ær. 2.

Vaill. de Num Graec.

I. ΔΟΜΝΑ CΕΒ Caput Jul. Domnae Aug. cum stola ad pectus.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ In area ΒΚΡ An. CXXII. Genius Vrbis turrit. scopulo insidens cum duplici spica in d., et Pyramo flumine ad pedes. Ær. 1.

Pell. T. I. Sup. pag. 34 Tab. II. n. 3.

Caput Caracallae, epigr. om.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ ΑΜΡ An. CXLI. Caput Serapidis cum modio. Ær. 1.

Vaill. de Num. Graec.

Nummum affert Harduinus Plautillae hujus Vrbis cum notis ΡΜΓ, in quo Strada legit ΡΝΓ. Sed apud utrumque vitiata proculdubio lectio in notis chronol. Nam cum Plautilla Caracallae nupta circa ineuntem autumnum An. V. C. Varr. CMLV, post unius vix anni conjugium relegata fuerit, nonnisi annus ΡΚΗ, vel ΡΚΘ eidem convenire potest. Hinc nummum describere omitto.

AVT Κ Μ ΟΠ CΕ ΜΑΚΡΙΝΟC Caput Macrini laureatum cum paludamento.

ΦΛΑVΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ In area ΡΜΓ An. CXLIII. Victoria gradiens cum corona, et palma. Ær. 1.

Haym. T. II. pag. 340. Tab. XLII. n. 2.

Vt initio diximus, incerta est lectio minoris notae Γ, quamvis in iconismo satis clare ejus vestigia se se prodant. Si itaque non sit Γ, non alia esse poterit, quam Δ ob nummum, qui sequitur Diadumeniani, et ob breve intervallum 14 mensium, quibus imperii Macrini tempus cum filio continetur, ideoque ea ratiocinia instituenda, quae supra posuimus. Si quid Victoriae typus in utroque nummo additus exprimere velle dicendus est, supremo imperii tempore editus putandus, quando Elagabalus ab exercitu, qui ad

tuendam Phoenicem prope Emesam castra habebat, Augustus, et Imperator declaratus fuit, eique rem bello adversus Macrinum gerere necesse fuit. Flaviopolitae Ciliciae, qui Macrini partes tuebantur, eidem victoriam tum omninari voluisse videri possunt.

Caput Diadumeniani, epigr. omissa.

ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΜΡ An. CXLIV. Victoria stans, d. palmam, s. coronam. Ær. 2.

Vaill. de Num. Graec.

Si notas chronologicas computaveris a verno tempore An. V. C. Varr. DCCCXXVIII, coepisset annus ΔΜΡ vere ineunte An. V. C. Varr. CMLXXI trimestri circiter spatio, antequam cum patre interficeretur Diadumenianus, et antequam Elagabalus in castra ab exercitu Phoenicio receptus fuisset, et Augustus declaratus. Recte igitur se habet computatio, sed hoc simul extremo posterior esse nequit epochae cardo, de quo inquirimus. Habes itaque ex hoc, et praecedenti nummo eos fines constitutos, quos initio praemisimus.

AVT KAIC .... Caput Alexandri Severi laureatum.

ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΝΡ An. CLIV Capita adversa Serapidis cum modio, et Isidis cum flore loti. Ær. 2.

Catal. Theup.

Caput Alexandri Severi, om. epigr.

ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ ΕΝΡ An. CLV. Capita Serapidis, et Isidis.

Vaill. in fine de Num. Graec.

AVT K Π ΛΙ ΟVΑΛΕΡΙΑΝ..... Caput Valeriani laureat.

ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ ΔΠΡ An. CXXCIV. Caput Jovis cum modio in capite. Ær. 1.

Catal. Theup.

Nummus paulo ante Valeriani captivitatem signatus.

CHALCIS SYRIAE

Haec Vrbs a Seleuco Nicatore in Syria condita, post discordias, quae inter Antiochos fratres Grypum, et Cyzicenum exarserant, a Ptolemaeo Mennaei filio in suam potestatem redacta, alios subinde proprios Dynastas, sive Regulos habuit usque ad Vespasiani, vel potius Domitiani tempora, sub quo demum Romano imperio adjecta, et ab eo fortasse beneficiis cumulata, Gentis Flaviae cognomen adoptavit, ac tum primum Æram instituit, cujus fines, ex ea methodo, de qua saepe dictum est; circumscribuntur autumno An. V. C. Varr. DCCCXLV, ac verno tempore insequentis anni DCCCXLVI, idque ex nummis Trajani, et Hadriani cum eisdem notis chronolog. quos videsis suo loco. Quamquam autem in Hadriano habeantur duplices lit. quae ad epocham designandam ineptae haberi debent, ut in Musei n. Descriptione diximus, et paulo infra adnotabimus; tamen de notis KЄ, quae distinctae conspiciuntur tam in nummis Trajani, quam etiam in iis Hadriani, pluribusque praeclaris testibus nituntur, omnis plane suspicio removenda. Plura scitu dignissima de hac Vrbe invenies apud Cl. Norisium Dissert. tertia de Epoch.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ϹЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

ΦΛ ΧΑΛ
ΚΙΔЄΩΝ in laurea. Ær. 2.
Κ Є An. XXV.

Meus duplex, Noris de Epoch. Syrom. Vaill. de Num. Graec.

De Epochae cardine vide infra in Hadriano.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΦΛ ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ Κ Є An. XXV. In laurea. Ær. 2.

Noris de Epoch. Vaill. de Numm. Graec. Sestinius Descript. N. V.

Ineunte mense Augusto An. V. C. Varr. DCCCLXX obiit Trajanus Selinunte in Cilicia, ut saepe dictum est, eique mox successit Hadrianus. Itaque posito quod eaedem notae chronol. in utriusque Imperatoris nummis occurrant, cum insuper in iis Trajani Parthici titulus adjiciatur, quem ille supremo demum imperandi tempore meruerat, consequens erit epochae exordium ducendum esse, vel ab autumno An. V. C. Varr. DCCCXLV, vel ad summum a verno tempore insequentis anni DCCCXLVI, ut computationem instituenti patebit. Non est omittendum in nummis Trajani cum titulo Parthici in aversa parte loco, quo suprascriptae notae Κ Є leguntur, in aliis insculptam cerni solitariam lit. Α, tam in uno Mus. n., quam in Catal. Theupol., et Vindob., quae sane annum imperii primum designare nequit. Idem dicito de lit. Δ in duobus Catal. Vindob., aliorumque ob eundem titulum Parthici in epigraphe capitis additum. In nummis vero Hadriani praeter notas jam editas Β, et Δ apud Norisium, aliosque, in uno ex meis eodem loco habetur lit. Κ, quae mediam aream occupat, recentiori vero manu incisa cernitur extra ordinem Η, cujus propterea nulla ratio habenda. Literae itaque solitariae Β, Δ, et Κ ad annos quidem imperii Hadriani designandos aptae videri possunt, non vero ad epocham, de postrema vetantibus etiam notis Κ Є in nummo Trajani. Insuper in uno ex meis Hadriani clare legitur ΔΒ, et ΚЄ in nexu sic ΔЄ, quae argumento sunt non modo solitarias, sed etiam duplices literas in his nummis non semper saltem ad imperii annos, vel epochas admittendas prodesse posse. Nam in secundo nexus potius videtur exprimere ΔЄ, quam notas distincte ΚЄ. de quo vide in cit. Musei n. Descriptione. Froelichius quoque in altero Hadriani agnoscit not. Λ, quam de epocha explicandam putavit; sed Eckhelius tam in Catal. Vindob., quam de Doctr.

N. V. T. III p. 264 testatur eam lit. ambiguae esse lectionis, ut etiam Δ exprimere videatur. Denique notandum apud Sestin. Descript. N. V. pag. 511 aversam in nummo Marci Aurelii ita describi: ΦΑ ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ Ρ intra lauream; literam autem Ρ ad epocham exprimendam nullo modo accipi posse, si ea agnoscenda in notis ΚЄ Trajani, et Hadriani.

Nummus Hadriani cum notis ΚΗ An. XXVIII. Ær. 2.

Pell. Mel. II pag. 329.

ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ CЄΒ Caput M. Aurelii laureat.

ΦΑ ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ ЄΠΙ......... ΟCЄΙΡΟCΙ cum astro. Juno biceps cum corona radiata basi insistens, d. palmae ramum oblongum, s. spiculum, cum clypeo in area Β, et infra ЄΤ. Ο. Ær. 2.

Sestinius Descript. N. V. pag. 512.

Admissa epocha in notis ΚЄ Trajani, et Hadriani, nummus iste signatus dicendus est ex autumno A. V. C. CMXIV, vel ex proximo vere insequentis anni. Nam M. Aurelius, e vivis abeunte Antonino Pio, eidem successit ineunte martio A. V. C. Varr. CMXIV, ut fuse demonstratum in Lib. n. de Vulg. Ær. Emend. Notae autem hujusmodi ostendunt epochae cardinem, de qua sermo est, anteriorem esse non posse autumno An. V. C. DCCCXLIV. De voce ΗΛΙΟCЄΙΡΟC vide in Ser. Imp. Mus. n. sub M. Aurelio pag. 251.

Caput Commodi, epigraphe detrita.

ΦΑ ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ Subtus vero ϙ In laurea. Ær. 2.

Norisius de Epoch, qui tamen ex Toinardo animadvertit notam ϙ in eo nummo obtusam esse, et aliam fortasse ibidem modo evanescentem extitisse.

Nummus Commodi cum epocha in aversa parte.

Ζϙ An. XCVII. Ær. 2.

Pell. Mel. II p. 329.

Quadriennium circiter ante Commodi necem percussus hujusmodi nummus ex cardine, et notis in nummis Trajani, et Hadriani.

VIMINACIVM MOESIAE SVP. COL.

A Gordiano Pio haec Vrbs Provinciae Moesiae superioris Colonia deducta fuit anno ejus imperii secundo, vel ineunte tertio V. C. Varr. CMXCIII, ab eoque tempore annos deductae Coloniae numeravit, nummisque suis inscripsit usque ad tertium imperii Valeriani, et Gallieni. Quoniam haec Colonia ex veteranis militibus constituta fuerat non immerito conjicere fas est eandem ex Romano more annum suum a Kalendis Januariis iterasse. Ejus nummi, quorum magna copia superest, et in nobilioribus quibusque Cimeliis asservatur, ad annum XVI perveniunt, nec ultra; magno tamen adjumento sunt ad eorum temporum chronologiam illustrandam. Complectuntur enim sub tam brevi temporis spatio undecim numero Principes viros, qui aut imperium Romanum tenuerunt, aut ejusdem participes extitere, vel denique ad Caesaream dignitatem evecti fuerant. De singulis fuse egimus in lib. nostro de Vulg. Ærae Emend. a pag. 295 ad pag. 306, ubi eorum seriem non leviter perturbatam rectum in ordinem redigere, suaeque integritati restituere conati sumus. Satis sit hoc loco id emolumenti percipere, ut omnem simul chronologiam uno argumento, eoque nulli exceptioni proposito fulciamus, eamque cum fastis Consularibus, atque annis V. C. Varr. tuto comparemus. Hoc autem ratiocinio, demonstratio omnis ita concluditur. Gordiani Pii interitus, et Philippi ejus interfectoris successio pertinet ad An. V. C. Varr. CMXCVII. Idque indubiis adeo monumentis constat, ut nulla sit de hoc chronologiae capite apud Chronologos controversia. Viminacii nummi tam in Gordiano Pio, quam in Philippo exhibent AN. V; consociandus ergo annus iste cum An. suprascripto V. C. Varr. CMXCVII. Iidem Viminacii nummi signant AN. XIV in Treboniano Gallo, in Volusiano, item in Æmiliano, Valeriano sen., et Gallieno.

Bbb 2

Initium principatus Valeriani, et Gallieni pertinet ad A. V. C. MVI, ut in lib. n. Ær. Vulg., et alibi indubiis monumentis demonstratum est. Igitur An. XIV Vim., et finis imperii Galli, Volusiani, et Aemiliani cum A. MVI jungendus. Ex quo ultimo sequitur, quod quamvis non ita certa nobis suppeterent argumenta de imperii initio, et fine singulorum Principum, qui intermedii sunt, certo tamen constet de duobus extremis, et continuata ipsorum chronologia a natali imperii Philippi patris, ad initium principatus Valeriani senioris, quin ullus dubitationi locus relinquatur; ideoque Consulum paria, et anni V. C. ab uno ad alterum extremum rectissime procedant. De his quaedam insuper in nummis describendis adnotabo.

IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

P M S COL VIM In imo AN. I. Mulier stolata stans, utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Meus. Eckhel. Catal. Vindob. Vaill. de Colon.

Alius capite radiato, cum typo, ut supra, et AN. I. Ær. 2.

Catal. Vind. Vaill. Catal. Theup.

Alius capite laureato. Ær. 3.

Meus. Vaill. Catal. Vind.

Postremus in Gordiani nummis est AN. V, idemque primus in iis Philippi patris. Interficitur Gordianus Philippi fraude An. V. C. Varr. CMXCVII. Idem Gordianus Augustus dicitur labente aestate An. V. C. Varr. CMXCI. Atque haec certissimis monumentis constant. Igitur deducta Colonia An. V. C. Varr. CMXCIII, secundo Gordiani, vel ad summum ineunte tertio imperii anno. De his plura etiam in lib. n. saepe cit.

IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG Caput Gordiani Pii laureatum.

P M S COL VIM AN II Mulier stans, ut in primo media inter leonem, et taurum. Ær. fere m.
Catal. Vind.

Alii quinque, sed capite, modo laureato, modo etiam radiato; aversa vero, ut supra, et An. II. Ærei 1. 2., et 3.
Mei, Catal. Theup., et Vindob., Arigon.

IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG Caput Gordiani laureatum.

P M S COL VIM AN III typus, ut supra. Ær. fere m.
Catal. Vind.

Alii, similes, ut supra. Ær. 1., et 2.
Catal. Vindob., Meus, Arigon. etc.

IMP GORDIANVS PIVS FEL AVG Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

P M S COL VIM AN IIII Typus, ut in superioribus.
Meus. Catal. Vind. Catal. Theup.

Alius, sed capite radiato. Ær. 2.
Meus. Catal. Vind. Catal. Theup.

IMP GORDIANVS PIVS FEL AVG Caput Gordiani Pii laureatum.

P M S COL VIM AN IIII Mulier stolata stans, inter taurum, et leonem, utraque manu signum militare, et in altero quidem inscriptum VII, in altero vero IIII, idest Legio VII, Legio IV. Ær. 1.
Catal. Vindob.

Alii plures similes, item cum capite Gordiani, et Tranquillinae in vexillis, vel cum capreolo, aut lepore in mulieris manu, denique cum Gordiano stante in aversa: hinc inde vexillum, et superne dimidiata corpora tauri, et leonis. Ær. 1., et 2.
Catal. Vind., et Theup. Vaill. Neumann. Meus etc.

IMP GORDIANVS PIVS FEL AVG Caput Gordiani Pii laureatum.

P M S COL VIM AN V Typus mulieris stantis, inter taurum, et leonem, ut in superioribus. Ær. 1.

Meus, Catal. Vindob. Catal. Theup. Vaill.

Annus iste, ut initio dictum est, jungendus cum An. V. C. Varr. CMXCVII, qui extitit supremus Gordiani, et ex nummis sequentibus primus utriusque Philippi.

IMP IVL PHILIPPVS PIVS FEL AVG P M Caput Philippi patris laureatum.

P M S COL VIM AN V Mulier inter taurum, et leonem, d. vexillum, in quo VII, s. alterum, in quo IIII. Ær. 1.

Neumann.

Alius, sed Victoria gradiens, d. sertum, s. palmam. Ær. 2.

Idem.

M IVL PHILIPPVS CAES Caput Philippi jun. sine laur.

P M S COL VIM AN V Typus, ut in superioribus. Ær. 1.

Vaill. de Colon.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi sen. laur.

P M S COL VIM AN VI Typus, ut in superioribus. Ær. 1.

Catal. Vind. Vaill. de Col. Catal. Theup.

M IVL PHILIPPVS CAES Caput Philippi jun. sine laur.

P M S COL VIM AN VI Typus, ut supra. Ær. 1.

Catal. Vind. Vaill. de Col.

PHILIPPVS AVG Caput Philippi laureatum.

P M S ..... M AN VI Figura paludata inter bovem, et leonem, d. globum, cui Victoria insistit, s. hastam. Ær. 1.

Neumann.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi sen. laur.

P M S COL VIM AN VII Typus, ut in superioribus

mulieris stantis inter taurum, et leonem. Ær. 1.
Catal. Vind., et Theup. Vaill.

M IVL PHILIPPVS CAES Caput Philippi jun. sine laurea.
P M S COL VIM AN VII Typus idem. Ær. 1.
Catal. Vind. Vaill. de Colon.

In sequentibus nummis Philippus jun. Augusti titulo decoratur. Caesar igitur usque ad An. V. C. Varr. CMXCIX.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris laureatum.
P M S COL VIM AN VIII Typus mulieris stantis, ut supra. Ær. 1.
Meus. Catal. Vind., et Theup. Vaill.

IMP M M (sic) IVL PHILIPPVS AVG Caput radiatum Philippi jun.
P M S COL VIM AN VIII Typus idem. Ær. 2.
Catal. Vindob. Vaill. sed sine duplici M.

Pertinet annus iste ad Millenarium V. C. Varr., et saecularem, quo primum Jul. Philipp. fil. consors imperii a patre factus est.

MARCIA OTACILIA SEVERA AVG Caput Otaciliae Sev. Aug.
P M S COL VIM AN VIII Typus idem. Ær. 1.
Catal Vindob. Arigon.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris laureatum.
P M S COL VIM AN VIIII Typus idem. Ær. 1.
Catal. Vind., et Theup. Vaill.

Neuman. P. II pag. 122 nummum exhibet Philippi patris cum AN XI. Sed Monetarii oscitantia inverse insculptae notae IX. Ille enim cum filio annum Col. Vim. X non excessit, ut ex nummis Trajani Decii fit manifestum. Alia id genus sphalmata, quae vel ex rudi horum numismatum fabrica sese exhibent, vel ab imperitia Monetariorum prodierunt, jure emendanda ex constanti annorum serie, quam ingens

eorum copia nobis suppeditat. Qua de re dictum quoque est in lib. n. Ær. Vulg. Idem itaque praestandum de nummo Philippi sen. quem citat Norisius, ubi de nummo Licinii, cum An III; prima enim nota pro anno V exprimendo posita facile pro duplici unitate accipi potest; quod idem dicito de AN IV in eodem Philippo sen. ex eodem Norisio loco cit., et Neumann.; legendus enim in iis inverse AN. VI.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput radiatum Philippi jun.
P M S COL VIM AN VIIII Typus idem. Ær. 2.
Catal. Vindob.
Alius meus, sed Ær. 3.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris laureatum.
P M S COL VIM AN X Typus mulieris stantis inter taurum, et leonem, ut in superioribus. Ær. 1.
Vaill. de Col.

MAR OTACIL SEVERA AVG Caput Otaciliae Severae Aug.
P M S COL VIM AN X Typus idem, ut supra. Ær. 2.
Vaill. de Col.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi jun. laureat., vel radiat.
P M S COL VIM AN X Typus, ut supra mulieris stantis inter taurum, et leonem. Ær. 1. vel 2.
Vaill. de Col.

Vnus est quidem Vaill. qui in utriusque Philippi, et Otaciliae nummis AN X hactenus exhibuerit, cui tamen fides habenda, ex eo etiam, quod calculi cum historia illius imperii optime consentiant, idque insuper certo suadeant nummi Ægyptii, cum L Z, aliaque id genus monumenta, de quibus in lib. n. Annus primus in moneta Viminacii Philippi est V.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG Caput Trajani Decii laureatum.
P M S COL VIM AN X Typus idem, sed mulier d. elata, s. globum. Ær. 1.

Catal. Vindob.

Alius capite radiato, et cum frequentiori typo. Ær. 2.
Idem Catal.

Alii capite laureato. Ær. 2.
Vaill. de Col. Bandurius.

HER ETRVSCILLA AVG Caput Heren. Etruscillae Aug.
P M S COL VIM AN X Typus, ut in caeteris fere omnibus. Ær. 2.
Vaill. de Colon.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG Caput Trajani laureat.
P M S COL VIM AN XI Typus idem frequentior. Ær. 1.
Catal. Vind. Vaill. Bandur. Catal. Theup. Arigon.

IMP CAES C MES Q DECIVS P F AVG Caput Decii laureatum.
Typus aversae partis, ut supra. Ær. 1.
Catal. Vind.

HER ETRVSCILLA AVG Caput Etruscillae lunae bicorni insidenti.
P M S COL VIM AN XI Typus, ut in superioribus usitatior mulieris stantis inter taurum, et leonem. Ær. 1.
Catal. Vindob.

Alius, sed caput sine luna bicorni. Ær. 2.
Vaill. de Colon. Bandur.

Q H ETR MES DEC CAES Caput Q. Herennii sine laur.
P M S COL VIM AN XI. Typus, ut in superioribus. Ær. 2.
Vaill. de Col. Arigon. apud quem etiam Ær. 1.

Qui sub hoc anno in Catal. Theup. describitur sub Herennio, ad Decium patrem spectat, ut patet ex titulo IMP. Eum vide supra.

C VAL HOST M QVINTVS CAE Caput Hostiliani Caesaris sine laurea.
P M S COL VIM AN XI. Mulier stans inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Catal. Theup. Arigon.

Alius similis, sed Ær. 3.

Vaill. de Col.

Nummum Volusiani exhibet Arigonius T. I. Ser. 2 Colon. Tab. XIII n. 197 cum anno XI, sed vitium procul dubio subest. Cum enim Gallus, et Volusianus nonnisi interfecto Decio imperium sibi asseruerint, ex tot autem nummis, qui supersunt Decii, Etruscillae, Q. Herennii, et Hostiliani cum notis AN. XII pateat hoc eodem anno, et quidem adulto superstitem fuisse Decium, annum XI in Volusiano locum habere non posse fatendum est. Hinc e catalogo Eckhelii Doctr. Num. T. II. pag. 9. expungendus hujusmodi nummus; ut et alter Æmiliani, itemque Valeriani cum anno XII ex eodem Arigonio, quos pariter citato loco mendose ab eo exhibitos fuisse manifestum est.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG Caput Trajani Decii laureatum.

P M S COL VIM AN XII Mulier stans, inter taurum, et leonem, d. elata, sin. globum. Ær. 1.

Catal. Vindob., Catal. Theup.

Alius, sed cum mulieris typo magis frequenti. Ær. 1.

Catal. Vind.

Alius, sed Ær. 2.

Vaill. de Col. Catal. Theup. Arigon.

HER ETRVSCILLA AVG Caput Herenniae Etruscillae Aug.

P M S COL VIM AN XII Typus, ut supra. Ær. 1., et 2.

Vaill. Catal. Vind. Catal. Theup. Tanin. Bandur.

Q HER ETR MES DECIVS NOB (sic) Caput Q. Herennii sine laurea.

P M S COL VIM AN. XII Mulier stolata stans inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Meus. Tanin.

Capitis epigraphe desinit in ea voce NOB, subintelligenda tamen altera C, vel CAES, qui titulus jam in Dia-

dumeniano, et in Philippo Caesare legitur.

Q H ETR MES DEC CAES Caput Q. Herennii sine laur.

P M S COL VIM AN XII Typus usitatior. Ær. 1., et 2.

Catal. Vind., Vaill. Band.

C VAL HOST M QVINTVS CAE Caput Hostiliani sine laurea cum paludamento ad humeros.

P M S COL VIM In imo AN XII Mulier stolata stans, inter taurum, et leonem. Ær. m.

Bandurius.

C VAL HOST M QVINTVS CAE In alio C· Caput Hostiliani sine laurea.

P M S COL VIM AN XII Typus mulieris stantis inter leonem, et taurum. Ærei 1, 2, et 3.

Meus, Catal. Vind., Catal. Theup., Tanin. etc.

AN XII Col. Viminacii jungendus cum An. V. C. Varr. MIV; postremus est, qui habeatur in nummis Decii, et Q. Herennii, primus, qui in iis Treb. Galli. et Volusiani. Hinc ergo jure inferes An. suprascriptum MIV supremum extitisse Decio, et Q. Herennio Caes., initium vero atulisse imperio Galli, et Volusiani.

IMP C VIBIO TREBON GALLO AVG Caput Treboniani Galli laureatum.

P M S COL VIM AN XII Mulier stolata stans, inter taurum, et leonem, Ær. 1.

Catal. Vindob.

Alius similis, sed Ær. 2.

Meus. Bandur. Tanin.

IMP C GALLVS P FELIX AVG Caput Treboniani Galli laureatum.

P M S COL VIM AN XII Typus magis frequens, ut supra. Ær. 1.

Catal. Vindob. Vaill. de Col.

Alius similis, sed Ær. 2.

Meus. Vaill. Bandur.

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG Caput Volusiani laureatum.

P M S COL VIM AN XII Mulier stans, inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Catal. Vindob. Bandur. Catal. Theup. Arigon., qui non recte in alio legit AN XI, ut in Æmiliano, et Valeriano AN XII, de quo jam paulo ante dictum est.

C VAL HOST M QVINTVS Caput Hostiliani sine laurea.

P M S COL VIM AN XIII Mulier stolata stans, inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Vaill. de Col. Bandurius ex Mus. Regio.

Hostilianus, qui extinctis Decio, et Q. Herennio, Aug., et Cos. designatus fuerat a Senatu, de gradu dejectus periit hoc anno, qui fuit V. C. Varr. MV. Vide lib. II. pag. 302.

IMP C VIBIO TREBON GALL AVG Caput Treboniani Galli laureatum.

P M S COL VIM AN XIII Typus usitatior, ut supra. Ær. 1.

Alii parum diversi. Ær. 1., et 2.

Catal. Vindob., Catal. Theup. Bandurius Vaillant., item Meus.

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Volusiani laureatum.

Typus cum AN XIII, ut supra. Ær. 1.

Alii parum diversi. Ær. 2., et 3.

Catal. Vindob., et reliqui supra citati.

IMP C M AEMIL AEMILIANVS AVG Caput Æmiliani laureatum.

P M S COL VIM AN XIII Mulier stolata stans, inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Catal. Theup.

Æmilianus hoc anno, qui fuit V. C. Varr. MV ineunte aestate, certe ante diem XXIX Augusti ab exercitu Moesiaco Imp., et Augustus dicitur, qui tamen hostis mox declara-

tus legitimum imperium non est assecutus, nisi extinctis Gallo, et Volusiano, vere ineunte insequentis anni, Col. Vim. XIV, V. C. Varr. MVI, qui tamen post tres legitimi imperii menses interficitur, ineunte aestate ejusdem anni. Hinc explicatur An. ΘqC Ægaeensium, et L A. L B in ejus nummis Ægyptiis. Vide lib. n. pag. 301. Nummus iste Catalogo Eckhel. adjiciendus.

IMP C GALLVS P FELIX AVG Caput Trebon. Galli laureatum.

P M S COL VIM AN XIV Typus frequentior mulieris stantis inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Catal. Vind., et Theup. apud Band. Ær. 2.

IMP. C. C. VIB. GALLVS AVG. Caput Galli, et aversa pars, ut in superiori. Ær. 2.

Vaill. de Col.

Annus iste XIV. V. C. Varr. MVI. Gallo, et Volusiano supremus, itemque Æmiliano, de quo sub anno praecedente dictum est.

IMP C M AEMIL AEMILIANVS AVG Caput Æmiliani laureatum.

P M S COL VIM AN XIV Typus idem. Ær. 1.

Catal. Vind. Arigon., sed apud eum AN XIIII, a quo, ut dictum est, expungendus alter cum AN XII.

Alius, sed in aversa parte AN. XIIII. Ær. 2.

Vaill. de Col. Bandur. sed AN. XIV.

IMP C EMIL EMILIANO AVG (sic) Caput Æmiliani laureatum.

P M S COL VIM AN XIIII Typus idem. Ær. 1.

Catal. Vindob., et apud Band.

IMP CAES AEMILIANVS P F AVG Caput Æmiliani, et caetera, ut in superiori. Ær. 1.

Catal. Theup.

IMP VALERIANVS P AVG Caput laureatum Valeriani sen.

P M S COL VIM AN XIV Typus, ut in superioribus. Ær. 1.

Catal. Vind.

Alius, sed in aversa parte AN XIIII. Ær. 2.

Vaill. de Col.

IMP P LIC VALERIANO AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

Epigraphe, et typus aversae partis, ut supra AN XIIII. Ær. 1.

Catal. Vind.

IMP LICI GALLIENVS AVG Caput Gallieni laureatum.

P M S COL VIM AN XIIII Mulier stans inter leonem, et taurum. Ær. 2.

Vaill. de Col.

Ob AN XIV, qui postremo sese exhibet in nummis Galli, Volusiani, et Æmiliani, hunc iisdem postremum extitisse dictum est. Idem vero primus dicendus, Valeriano, et Gallieno; fuit autem, ut jam animadvertimus supra, A. V. C. Varr. MVI.

IMP VALERIANVS P F AVG Caput Valeriani laureatum cum paludamento.

P M S COL VIM AN XV Mulier stans, inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Tanin. pag. 54.

IMP P LIC VALERIAIO (sic) AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

P M S COL VIM AN X\/ (sic) Mulier stolata inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Meus.

Nota secunda AN XV male ab Artifice insculpta facile in errorem abripere posset, ut in simili nummo Patino contigisse videtur, quem delineatum exhibet p. 406. Et Arigonio occasionem praebuit, ut pro anno XII notas illas sumeret, easque in iconismo ita pariter exhiberet. Quod idem de aliis similibus erroribus intelligendum.

IMP VALERIANVS P AVG Caput Valeriani laureatum.

P M S COL VIM AN XV Typus, ut in superiori. Ær. 2.
Vaill. de Col.

DIVAE MARINIANAE Caput Marinianae velatum.
P M S COL VIM AN XV Typus, ut in caeteris fere omnibus. Ær. 1.
Catal. Vind.

Nummum citat Cl. Tanin. Marinianae cum AN. XIV ex Catal. Vind. sed ille non extat, ut videre est p. 53.

IMP LICI GALLIENVS AVG Caput Gallieni laureatum.
P M S COL VIM AN XV Mulier stans utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Ær. 2.
Vaill. de Col.

IMP VALERIANVS P AVG Caput Valeriani laureatum.
P M S COL VIM AN XVI. Typus, ut in superioribus. Ær. 1.
Catal. Vindob.
Alius similis. Ær. 2.
Vaill. de Col.

IMP C GALLIENVS AVG Caput Gallieni laureatum.
P M S COL VIM AN XVI. Typus, ut in superioribus. Ær. 1.
Catal. Theup. Arigon.
Alius, sed IMP LICI GALLIENVS AVG. Ær. 2.
Vaill. de Col.

Ex his omnibus nummis, quos uberius describere placuit ex probatis Auctoribus ad fidem, auctoritatemque faciendam, emergit Elenchus, quem jam in Lib. n. de Vulg. Ær. Emend. dedimus pag. 301, ex quo patent anni singuli Col. Viminacii, qui continuato ordine ad undecim, qui sequuntur, Romanos Principes, sint referendi.

Ad Gordianum Pium	An. I. II. III. IV. V.
Ad Philippum sen.	V. VI. VII. VIII. IX. X
Ad juniorem iidem	a V. ad X
Ad Trajan. Decium	X. XI. XII.

Ad Q. Herennium	XI. XII.
Ad Hostilianum	XI. XII. XIII
Ad Treb. Gallum	XII. XIII. XIV
Ad Volusianum	XII. XIII. XIV
Ad Æmilianum	XIII. XIV
Ad Valerianum sen.	XIV. XV. XVI
Ad Gallienum	XIV. XV. XVI

Modo vero si comparatio fiat hujus Indicis cum Tabella, quam Cl. Echkel. proposuit Doctr. N. V. Tom. II. pag. 9, et seq., licet ibidem testetur *eam continere annos cum Imperatoribus, quotquot reperire potuerat*, tres tamen invenies nummos in illa omissos fuisse, quos idem ipse alibi ex Museo Caesareo in suo Catalogo Vindob. descripserat; sunt autem Trajani Decii cum An. XI, Q. Herenn. Etrusci, et Hostiliani cum An. XII: praeterea in eadem desiderari unum Æmiliani cum An. XIII ex Mus. Theupol. alterum Volusiani cum An. XIV ex Vaill., denique in utroque Philippo An. X ex eodem Vaill. Singuli hi igitur addendi ejusdem Tabellae; sicut ab ea expungendi duo Arigoniani cum An. XII, Æmiliani nempe, et Valeriani, de quibus jam supra diximus.


INDICES II

I

VRBIVM CVM NOTIS CHRONOLOGICIS
EARVMQVE CARDINE
EX NVMMIS IMPERIALIBVS

II

RERVM PRAECIPVARVM
QVAE IN HOC LIBRO DE EPOCHIS
CONTINENTVR



INDEX I

VRBIVM CVM EPOCHIS EARVMQVE CARDINE

EX NVMMIS IMPERIALIBVS

Abilae Coelesyriae Pompejana nequit esse posterior A. V. C. Varr. DCXCIII. pag. 1.

Aegaeensium Ciliciae ab aestate potius A. V. C. DCCVII pag. 4.

Alexandriae Ciliciae non ultra autumnum. A. V. C. DCXXCVIII. pag. 32.

Amasiae Ponti circa ineuntem mensem majum A. V. C. DCCXLVII. p. 34, 40, et 47.

Amisi Ponti a solstitio aestivo A. V. C. DCCXXI. in autumn. insequentis anni, pag. 52, et 56.

Anazarbi Ciliciae ab A. V. C. DCCXXXV, in vernum tempus insequentis. pag. 57.

Antiochiae Syriae Metropol. Juliana ab expirante octobri A. V. C. DCCV. pag. 78, et seq Ejusdem Augustana ab A. V. C. DCCXXIII. p. 74.

Antiochiae ad Hippum Pompejana non ultra A. V. C. DCXCIV. pag. 87.

Antiochiae ad Sarum Ciliciae ex conjectura tantum ab A. V. C. DCCXXXV, vel sequenti. pag. 89.

Apameae Syriae incertum hactenus, utrum Iuliana sit, an Augustana. pag. 90.

Aradi Phoeniciae ab autumno A. V. C. CDXCV in vernum tempus insequentis. pag. 93, et seq.

Arethusae Syriae verisimilius a vere ineunte A. V. C. DCXXCVI. pag. 98, et seq.

Ascalonis Palaestinae ab autumno A. V. C. DCL, in vernum tempus insequentis. pag. 99, et seq. Ejusdem altera cum praecedenti conjuncta ab autumno A.V.C. DCXCVI, in proximum vernum tempus sequentis. pag. 100.

Augustae Ciliciae, hactenus posterior esse nequit ineunte aestate A. V.C. DCCLXXIII. p. 115.

Balaneae Syriae ex conjectura in A. V. C. DCXXX. pag. 118.

Bostrae Arabiae probabili ratione ab ineunte vere A. V. C. DCCCLX. p. 118.

Botrys Phoeniciae Epocham offert incerto imperii Elagabali tempori assignandam. p. 119.

Bybli Phoenices pariter incerta. p. 119.

Caesareae Germaniciae Commagenes incerta: ex conjecturis Norisii ab A. V. C. DCCXC, vel insequenti. pag. 196.

Caesareae ad Libanum Phoeniciae Seleucid. ab autumno A.V C. CDXLII, vel a proximo vere insequentis. pag.

198. Sed primus potius cardo anteponendus.

Caesareae ad Panium a verno tempore A. V. C. DCCLI. pag. 202.

Canathae in Decapoli Syriae non ultra A. V. C. DCXCII. pag. 219.

Capitoliadis Coelesyriae ab A. V. C. DCCCL in insequentem, sed prior potius anteponendus. pag. 220.

Chalcidis Syriae ab autumno A. V. C. DCCCXLV in vernum tempus sequentis A. V. C. DCCCXLVI. p. 376.

Cibyrae Phrygiae ab autumno A. V. C. DCCLXXVI, ad autumnum. DCCLXXVIII. p. 222.

Claudiopoleos Bithyniae Epochae fines incerti. p. 225.

Daciae Provinciae Epocha non ultra decennium progreditur a Philippo sen. instituta, in Valerianum, et Gallienum desinit, sed nihil offert, cui certo insistere possis. pag. 164, et seq.

Damasci Syriae Seleucid. ab ineunte vere A. V. C. CDXLIII. p. 175.

Demetriadis Syriae Pompejana, forte ab A. V. C. DCXC. p. 179.

Dii Coelesyriae Pompejana ab autumno A. V. C. DCXC, in vernum tempus insequentis. pag. 178.

Diospolis Palaestinae caret Epocha. p. 177.

Dorae Phoeniciae Pompejana ab autumno A. V. C. DCXC, in autumnum insequentis. pag. 180.

Doron Ciliciae hactenus nihil offert, ex quo aliquid certi de ejus Epocha statui queat. pag. 182.

Eleutheropolis Palaestinae caret Epocha pag. 187.

Emisae Syriae Seleucid. ab autumno A. V. C. CDXLII, vel a verno tempore insequentis. pag. 187, et seq.

Epiphaneae Syriae Pompejana, non ultra vernum tempus A. V. C. DCXCI, pag. 189.

Epiphaneae Ciliciae posterior esse nequit A. V. C. DCCXCI. p. 191.

Flaviopolis Ciliciae posterior verno tempore A. V. C. DCCCXXVI, non autem posterior verno tempore A. V. C. DCCCXXVIII. p. 373.

Gabae Phoeniciae Pompejana hactenus ab A. V. C. DCXCIII, ad A. V. C. DCXCVII. pag. 128.

Gabalae Syriae Juliana a vere ineunte A. V. C. DCCVIII. pag. 120. Actiacae victoriae ab ineunte vere A. V. C. DCCXXIII. pag. 120, et seq.

Gadarae in Decapoli Pompejana ab autumno A. V. C. DCXC ad vernum tempus insequentis V. C. DCXCI, cui potius assignanda. pag. 131. Altera forte Augustana ab A. V. DCCXXIII. p. 131, et seq.

Gazae Syriae Palaestinae ab octobri deficiente A. V. C. DCXCII. pag. 141, et seq.

Germanicopoleos Paphlagoniae ab A. V. C. DCCXLVI, in A. DCCXLIX. pag. 162, et seq.

Hadrianopolis Bithyniae caret Epocha. p. 3.

Hierocaesareae Ponti ab A. V. C. DCCXXCVIII, ad DCCXCI. pag. 194.

Irenopoleos Ciliciae a verno tem-

pore A. V. C. DCCVI . p. 183, et seq.

Laodiceae Syriae Iuliana ab autumno A. V. C. DCCVI . pag. 225.

Laodiceae Phrygiae nummi nullam certam Epocham offerunt . pag. 237.

Leucadis Coelesyriae duplex, Prima ab autumno A. V. C. DCCXVII . p. 239, 241. Altera anterior esse nequit A. V. C. DCCCI. pag. 240.

Mopsi Ciliciae ex duobus anecd. modo ducenda ab autumno A. V. C. DCXXCV, nec ante aestatem ejusdem anni. p. 243, 246, et seq. Altera, si fides habenda Vaillantio, decennio post inchoanda. Ibid. et p. 246, et seqq.

Mopsii Thessaliae ab A. V. C. DCCXLVIII, ad A. DCCLIV . pag. 249.

Neapoleos Fl. Samariae, sive Syriae Palaestinae, duplex. Prima ab ineunte vere A. V. C. DCCCXXIV. pag. 250, et 253. Altera non ultra vernum tempus A. V. C. DCCCXXVI, p. 250, et 257.

Neocaesareae Ponti: ab autumno A. V. C. DCCCXVI, nec ante aestatem ejusdem anni. pag. 259, et 263.

Neoclaudiopoleos Paphlagoniae, duplex. Prima hactenus vagatur per totum fere Antonini Pii imperium. pag. 266. Ex conjectura ab A. V. C. DCCIX. Ibid. Altera vagatur per illud Septimii Severi. Ibid., et p. seq. Forte exemplo Amasiae ab A. V. C. DCCXLVII ducenda.

Nicaeae Bithyniae ab autumno A. V. C. CDLXXV, vel ab ineunte vere insequentis anni V.C. CDLXXVI. pag. 268, 274.

Nicopoleos Judaeae probabili conjectura ab A. V. C. DCCCXXIV. pag. 276.

Nysae, quae et Scythopolis Palaestinae, Juliana ab A. V. C. DCCVI in vernum tempus A. V. C. insequentis DCCVII . pag. 277, et seq. Ex nummis tamen hactenus non excluditur A. V. C. DCCIII. Ibid.

Orthosiae Phoeniciae Seleucid. ab autumno A. V. C. CDXLII, in vernum tempus insequentis . pag. 180.

Paltus Syriae. Ab. A. V. C. DCLVI. in DCLXIII. p. 286.

Pellae Syriae Pompejana, forte ab A. V. C. DCXC, vel insequenti. pag. 287.

Petrae Arabiae hactenus vagatur per omne tempus imperii Sept. Severi. pag. 288.

Philadelphiae Coelesyriae, a vere, vel autumno A. V. C. DCXC, aut DCXCII.

Pompejopolis Ciliciae Pompejana ex autumno A. V. C. DCXXCVII, in vernum tempus insequentis A. DCXXCVIII. pag. 288, et seq.

Ptolemaidis Phoeniciae Caesariana, sed anno hactenus incerto, non ultra tamen A. V. C. DCCVII. p. 291.

Rabathmomae Arabiae a verno tempore A. V. C. CMXXIX in autumnum sequentis V. C. CMXXX . pag. 293, et seq. Ex Arabiae methodo vernum

tempus potius anteponendum. Ibid.

Ramatha Samaritidis caret Epocha. pag. 295.

Raphiae Iudaeae Pomp. hactenus ab A. V. C. DCXCVI. pag. 296, et seq.

Rhoseorum Ciliciae duplex. Iuliana ab A V. C. DCCV. in A. V. C. DCCVIII. pag. 299. Augustana ab A. V. C. DCCXXIII. p. 298, et seq.

Samosatae Commagenes anterior esse nequit A. V. C. DCCCXXIII, sed hactenus verisimiliter ducenda ab A. V. C. DCCCXXIV. pag. 300, et 302.

Scepsis Troadis caret Epocha. pag. 302.

Sebastes Samaritidis a verno tempore A. V. C. DCCXXIX, vel A. DCCXXVII. pag. 304.

Sebaste Ciliciae hactenus incertum utrum Epocham signaverit. pag. 303.

Seleucia Syriae triplex. Pompejana anno incerto. p. 310. Actiaca ab autumno A. V. C. DCCXXIII. pag. 308. Ab autonomia accepta. A. V. C. DCXLVI. pag. 309.

Sidonis Phoeniciae Seleucidarum ab autumno A. V. C. DCXLII in vernum tempus sequentis DCXLIII. p. 311, et 313.

Sinopis Paphlagoniae duplex. Lucullana ab autumno A. V. C. DCXXCIII. pag. 319. Iuliana ab autumno A. V. C. DCCIX. pag. 319.

Tiberiadis Galilaeae ab A. V. C. DCCLXX. in vernum tempus A. DCCLXXV. p. 340. Primus terminus anteponendus videtur. Ibid., et p. 341, et seq.

Trallis Lydiae Vrbis Epocha nutat inter A. V. C. DCCCXCIV, et CM. p. 344.

Trapezuntiorum Ponti ab A. V. C. DCCCXVI, in A. DCCCXX. pag. 345. et seq.

Tripolis Phoeniciae duplex. Pompejana ab autumno A. V. C. DCXCI. p. 346, et seq. Seleucidarum ab autumno adulto A. V. C. CDXLII. p. 347.

Tyri Phoeniciae ex unico Gallieni cum notis chronol. in Imperial. incerta. pag. 369.

Viminacii Moesiae sup. Col. a Kal. Januar. A. V. C. CMXCIII pag. 379.

Zelae Ponti ab autumno A. V. C. DCCCXVI, vel a solstitio aestivo ejusdem anni. pag. 192.

INDEX II

RERVM PRAECIPVARVM QVAE IN HOC LIBRO

DE EPOCHIS CONTINENTVR

Abila Coelesyriae a Claud. Leucade distinguenda. pag. 1. Ejus Epocha Pompejana posterior esse nequit A. V. C. DCXCIII. p. 2.

Aegae Ciliciae dives Vrbs copia nummorum cum notis chronolog. ad Roman. Principum tempora definienda, et illustranda aptissimis. Ejus Epocha nec posterior esse potest autumno, nec anterior aestate A. V. C. DCCVII. pag. 4. Ex Claudii nummo cum iis Macrini comparato id clare evincitur. pag. eadem 4, et seq., tum p. 8, et seq. Ab aestate potius ejus cardo ducendus, quam ab autumno ex Valeriani sen. nummis. pag. 31. Agaeenses primo quoque tempore gratulati sunt Sept. Severo de victoria contra Pescennium p. 6, et seq. Ex numm. Macrini, et Diadumeniani confirmantur initia imperii Elagabali, de quibus fuse actum in nostris Vindiciis p. 275 lib. de Vulg. Aerae Emend. Ex anecd. num. hujus Vrbis definitur, quando utrique Gordianis Africanis apotheosis a Senatu decreta fuerit, eorumque temporum historia illustratur. p. 16, et seq. Aemiliani, et Cor. Superae nummi cum eisdem not. chronol. hujus Vrbis illustrantur p. 19, et seq. PϢM titulus, praeter caeteros CЄM, et AΦPI legitur in eximio s-s. nummo utriusque Gordiani Africani, in quo mentio de eorum apotheosi. p. 16. Eundem titul. PϢM vide in altero anecd. Vrbis Prymnessi Imperial. p. 70. Ejusdem Vrbis nummi Valeriani sen. cum notis ЄT ZT veritati magis consentaneum ostendunt, ut ejus Epochae cardo ab aestate ducendus statuatur. pag. 31 et seq.

L. Aelii Caes. nummus ab Vrbe Amiso Ponti eidem dicatus cum not chronol. P_Θ suadet ejus Epocham posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCXXII. Ejusdem num. Sinopensium Col. cum not. CXXCII. confirmat ejus epocham Julianam ab autumno A. V. C. DCCIX. ducendam esse, p. 338, et seq. Comparatione instituta inter hunc, et alterum Diadumeniani cum notis CCLXI clare ostenditur Aelii obitum contigisse Kal. Jan. A. V. C. DCCCXCI, atque de hoc Chronologiae capite controversia omnis finem habet. pag. 339.

Aemiliani nummi Daciae Provinciae cum AN. VII, et VIII. mendum

continent insanabile pag. 173, et aeq.
Aemiliani, et Corn. Superae num. Vrbis Aegaeae cum eisdem notis illustrantur p. 19, et seqq.
Aera Regum Bithyniae diversa ab ea Nicaeae, et Nicomediae p. 274.
Alexandri Sev. nummi Amasiae probant ejus Aerae initia posteriora esse debere verno tempore A. V. C. DCCXLVII. p. 40, et seq.
Alexandri Severi adhuc Caesaris num. Caesareae Libani cum notis ΒΛΦ justum praebet argumentum, ut exemplo Tripolitarum ducantur ab autumno adulto A. V. C. CDXLII. pag. 201, et seq. Num. Neocaesareae Ponti cum not. PΞ editus primo ipsius imperii tempore. p. 265. Nummi Orthosiae Phoeniciae cum titulo tantum Caesaris, et notis ΒΛΦ, et ΓΛΦ sese accomodant Seleucidarum Epochae, sive ducatur ab autumno A. V. C. CDXLII, sive a vere insequentis, pag. 281, et seqq. Ejus nummi Col. Sinopensis tam Lucullanam epocham exhibent, quam Julianam. p 322, 339.
Alexandriae Ciliciae ad Issum Epocha posterior esse nequit autumno A. V. C. DCXXCVIII. pag. 32, et seq.
Amasiae Vrbis Ponti clariss. Epocha recte jam statuitur in A. V. C. DCCXLVII. p. 34., et 47. Ex nummo Commodi cum notis PqΘ sequitur eandem epocham posteriora initia habere non posse autumno anni s. s. DCCXLVII. p. 36. Ex num. Alexandri Sev. cum not. CKH infertur ejusdem epochae initia posteriora esse debere verno tempore ejusdem anni DCCXLVII. pag. 40, et seqq. Ex nummo denique Mamaeae cum notis chron. CMB, mihi equidem certa ratione statuendum videtur ejusdem epochae cardinem constituendum esse in exenntem Aprilem, vel circa initia mensis maji ejusdem anni. p. 43, et seq.
Amisi Ponti Epocha praecedere nequit solstitium aestiuum A. V. C. DCCXXI; nec posterior esse potest autumno A. V. C DCCXXII. Si vero fides habenda Spartiani narrationi de tempore, quo Sabinae mors contigit, nonnisi solstitio aestivo A. V. C. DCCXXI. assignanda. pag. 52, et seq., et pag. 56.
Anazarbi Ciliciae Vrbis inclytae, et Metropol. Epocha iis finibus circumscribitur, ut nec anterior esse queat A. V. C. DCCXXXV, nec posterior vere ineunte A. V. C. DCCXXXVI. pag. 57, et seq. Antonini Pii num. cum notis ΘOP evincit ejus epochae exordium proferri non posse ultra aequinoctium vernum A. V. C. Varr. DCCXXXVI. p. 59. Ejusdem num. Cornel. Paulae non excludit ejus epochae cardinem, qui sumatur ab ineunte vere A. V. C. DCCXXXVI. p. 60, et seq. Nummi Maximini cum notis chronol. suadent ejus epochae initium proferri debere ultra A. V. C. DCCXXXIV, simulque non excludere vernum tempus A. V. C. DCC-

XXXVI. p. 62. Nummi Trajani Decii cum not. chronol. ΘΞC non excludunt vernum tempus A. V. DCC-XXXVI, a quo ejus Vrbis Aera ducatur. pag. 65.

Antiochia Syriae Metropolis plures diversis temporibus adhibuit Epochas, sed quo ad Romanos Imperatores Julianam, et Augustanam. p. 69. De nummis inscriptis ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ quaedam adduntur in confirmationem eorum, quae alibi probata sunt. pag. 70, et seq. Ex nummis sub Varo Syriae Praeside cum not. chronol. quantum proficere fas sit ad tempus definiendum, quo Iudaeae Descriptio ex edicto Augusti facta fuerit, et ad genuinam, rectamque sacri textus Divi Lucae explicationem eruendam, denique ad annum Herodis M. emortualem jam in lib. D. demostratum iterum confirmandum? pag. 72, et seq. Nummi sub aliis Syriae Praesidibus editi illustrantur. p. 73, et seq. Ejusdem Antiochiae Syriae Metropolis nummi quidam Iulianam epocham offerunt simul cum Augustana conjunctam. p. 74. Alii Augustanam cum consulatibus Augusti. Ibid., et p. seq. Alii denique Iulianam sub Praesidibus Syriae in num. Tiberii, Tib. Claudii, et Neronis. pag. 75, et seq., pag. 85, et 86 in iis Galbae, Othonis, et Titi. Ibid. Neronis numismata tetradrach. argent. cum annis ejus imperii, et Epochae Antiochenae Julianae conjunctis invicte ostendunt Antiochenos annum suum civilem, ad ejus saltem usque tempora, ab Octobri mense expirante inchoasse, secus ac Viris praestantissimis hactenus visum fuerat, quibus tamen minime perspectus erat meus insignis arg., et alter similis Hennericianus cum notis anecd. ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ. I. pag. 77, et seqq. Vnus Eckhelius, qui jam in Opere suo de Doctr. N. V. nummum illum agnovit, descripsitque, veteri sua opinione abreptus asseruit eas notas sua ratiocinia minime turbare. Quod quam falso id praeclariss. Viri calamo exciderit fuse, solideque ostenditur a pag. 78, ad p. 84. Harduinum in simili Neronis arg. notas simul coniunctas E, HP ex errore exhibentem superiores omnes laud. Chronologos ad nostram usque aetatem in errorem suum pertraxisse, ex propositis Tabulis clarissime evincitur. pag. 79, et seq. De ejus nummo disseritur p. 84.

Antiochia ad Hippum Vrbs in Decapoli ad montem ejus nominis sita. A Judaeorum servitute per Pompejum exempta Epocham in ejus beneficii memoriam instituit; sed ex paucis hactenus nummis, qui ad nos pervenerunt, unum illud modo statui potest: illius cardinem non ultra A. V. C. DCXCIV proferri posse ob L. Veri nummum cum not. ΘΚC pag. 87, et seq.

Antiochiae Ciliciae ad Sarum unicus num. ex imperial. cum notis chro-

nol., ex quo de ejus Epochae cardine nihil certi definiri potest. Ex conjectura tantum Vaill. illum A. V. DCCXXXIV assignat, Bellejus insequenti. p. 89, et seq.

Antonii cum Cleopatra num. Tripolitarum cum not. ΓΚ editus, antequam Octavia in matrimonium cum Antonio jungeretur, secus ac Eckhelio visum. pag. 350.

Antonini Pii num. Anazarbi cum not. ЄΤ ΘΟΡ probat ejus Epochae cardinem posteriorem esse non posse vere ineunte A. V. C. DCCXXXVI. pag. 59. Ejusdem nummi Vrb. Ascalonis cum notis ΒΞϹ, etiamsi computandi initium fiat a vere ineunte An. V. C. DCLI, praecedunt annum ipsius emortualem, cum eae notae in exitu fuerint A. V. C. CMXIII. pag. 112. Num. Gabenorum cum not. chronol. ΖΙϹ ostendit eorum Epocham posteriorem esse non posse An. V. C. DCXCVII. p. 130. Ejus nummi Gadarae cum notis ΓΚϹ optime concili antur cum supremo ejus vivendi tempore, etiamsi ducantur a vere ineunte A. V. C. DCXCI. p. 135. Num. Laudiceae Syriae cum notis ΕΠΡ ostendit ejus Epocham posteriorem esse debere verno tempore A. V. C. DCCVI. p. 227, et seq., item p. 234, et seq.

Antonini Pii num. Mopsuestiae Ciliciae cum notis ex Vaill. fide ΗϤΡ Epocham indicat ab ea diversam, quam continent nummi anecd. Macrini, et Diadumeniani cum not. ЄΠϹ. p. 244.

Antonini Pii, M. Aurelii, et Lucii Veri nummi Fl. Neapoleos Samariae cum not. singuli ΠΘ ostendunt ejus Epocham hisce finibus circumscribi, ut socianda sit, vel cum ineunte vere A. V. C. Varr. DCCCXXVI, vel cum autumno praecedentis p. 256, et seqq. Differt ista ab ea, quam Vrbs eadem signavit in nummis Titi, et Domitiani. pag. 251, et pag. 257.

Apameae Syriae nummi duo tantum Augusti hactenus innotescunt cum not. chronol., ex quibus nihil proficere fas est ad ejus cardinem definiendum. pag. 90.

Apotheosis utrique Gordiano Africano quando a Senatu decreta. pag. 16, et seq., ubi eorum temporum historia illustratur.

Aquiliae Severae praestans num. Gabalae Syriae cum notis ϹΞΗ evincit hujus Vrbis notas chronologicas cum iis comparatas, quas offert num. Trajani ejusdem Vrbis cum duplici epocha simul conjuncta, ab ineunte vere computandas esse. p. 127, et seq. Vide etiam sub Trajano, et Gabala. Ejus nummus Caesareae Paneados cum notis ϹΚΓ, primo quoque tempore editus in gratulationis argumentum de conjugio priori cum ea ab Elagabalo inito p. 218.

Aradus Insula, et Vrbs Phoeniciae vetustissima, ex quo, a Seleucidis Regibus autonomiam obtinuerat, ab ea Epocham instituit, quam deinceps in Principum quoque Roma-

norum nummis adhibuit. Ex eorum fide certos hactenus ejusdem fines ita circumscribere fas est, ut nec posterior esse queat verno tempore A. V. C. CDXCVI, neque anterior autumno A. V. C. CDXCIV. Ex nummis vero Trajani illud insuper magis veritati consentaneum probatur, ut ejusdem initia ab autumno A. CDXCV. in proximum vernum tempus constituantur. pag. 90, et seq. pag. 93, et seq. item pag. 97.

Arethusae Syriae nummi paucissimi cum notis chronol., ex quibus tamen infertur versimillimum videri, quod ejus Epochae exordium ducatur a vere ineunte A.V.C.DCXXCVI p. 98. et seq.

Arigonii num. Tripolitarum cum not. ΔΛΦ in Elagabalo emendandus de an. ΑΛΦ p. 363.

Ascalonis Vrbis illustris Palaestinae Epocha hisce certis finibus definitur, ut nec praecedere queat autumnum A. V. C. DCL, nec proferri possit ultra vernum tempus insequentis anni V. C. DCLI. p. 99, et seq. Eius epocha duplex in nummo Augusti, ex quo sequitur minores notas ducendas ab autumno A. V. C. DCXCVI, vel a proximo vere insequentis. pag. 100. Ejusdem Augusti num. cum notis ϚΙΡ, quae ducantur a verno tempore A. V. C. DCLI cusus probatur ante ipsius obitum. p. 101, et seq. Ejus nummus Claudii cum notis ϚΝΡ non excludit vernum tempus A. V. C. DCLI, a quo eae notae ducantur, vivo adhuc Claudio, revertente vere A. V. C. DCCCVII, qui proximo Octobri periit. p. 103. Alius Neronis ejusdem cum notis ΑΟΡ pariter non excludit suprascriptum vernum tempus A. V. C. DCLI. Insuper probat Epocham hanc posteriorem eo termino esse non posse p. 104. Vide etiam in Trajano p. 109. Ejus nummi Vespasiani cum notis ΑΠΡ, et ΒΠΡ non excludunt vernum tempus A. V. C. DCLI, a quo eae notae recte duci possint. imperii habenas adhuc moderante Vespasiano pag. 105. Ejusdem nummi cum notis ΒΠΡ, tam in Tito, quam in Vespasiano probant annum illum fuisse Vespasiani postremum, primumque Titi, sive ducantur eae notae a vere ineunte A. V. C. DCLI, sive ab autumno praecedenti. pag. 106. Alter ejusdem praecl. num Diadumeniani cum not. ΑΚΤ, quae conjunctae cum eisdem pariter not. in altero Elagabali, plura scitu dignissima offerunt, atque aptissima sunt ad ea confirmanda, quae alibi demonstrata de tempore imperii, ejusque finibus Macrini cum filio Diadumeniano, tum de initio imperii Elagabali, quod ultra an. V. C. CMLXXI proferri nequeat, secus ac Viris doctis visum fuerat. p. 112, et seqq. Vide etiam num. Elagabali p. 114.

Augustae Ciliciae num.cum notis chronol. hactenus nihil offerunt, ex quo

certo ejus Epochae exordium definiri queat p. 115, et seq. Vnum illud hactenus statui potest ex nummo Valeriani Epocham hujusmodi posteriorem esse non posse ineunte aestate an. V. C. DCCLXXIII. Ibid., et p. 117. Aliqui sunt num. cum notis vitiatis. p. 116.

Augusti num. Ascalonis cum notis ςIP. recte conciliatur cum vivendi tempore ipsius Augusti, etiam si ducatur a verno tempore A. V. C. DCLI. p. 101, et seq. Ejus num. Vrbis Gadarae Decapoleos cum notis ΔM, si vera est lectio a Vaillantio proposita, nonnisi ab Aera victoriae Actiacae numerandus. p. 131, et seq. Ipsius num. Tripolit. cum notis ΠΣ conciliari nequit cum Aera Actiaca, ut Vaillantio videbatur. p. 351.

Aurelii M. num. Vrbis Gadarae cum notis ΔKC ejus imperandi initia designat, computatione quoque instituta ab ineunte vere A. V. C. DCXCI. p. 136. Ejusdem num. Fl. Neapol. Samariae cum not. ΠΘ, quid ostendant? Vide in Antonino Pio p. 257. Num. Neocaesareae Ponti cum notis ϙH probat ejus Epocham posteriorem esse verno tempore A. V. C. DCCCXVI. pag. 259. De secundo extremo vide in Sept. Severo. Ipsius num. Chalcidis Syriae cum lit. vel nota P, si Epocham continet conciliari nequit cum ea, quam offerunt nummi Trajani, et Hadriani. p. 378.

Balaneae Syriae num. unicus cum notis chronol. incertos hactenus relinquit ejus Epochae fines pag. 168. Bellejus statuit A. V. C. DCXXX, sed ex conjectura. Ibid.

Balbini, et Pupieni necem evenire debuisse, circa mediam aestatem A. V. C. CMXCI probant num. utriusque Aegyptii, praeter eos Aegaeae Vrbis p. 18.

Bellejus Chronol. praestantiss. minime perspectam habens Aegyptiorum methodum in computandis annis imperii Romanorum Principum, plus aequo protraxit tempus, quo contigit Valeriani senioris captivitas apud Parthos. p. 115, item p. 117.

Bostra Arabiae unicum offert num. cum notis hactenus chronol. ex quo habita ratione Arabiae a Trajano adquisitae, ejus epochae exordium a Bellejo probabili ratione statui posse censetur in An. V. C. DCCCLX, a vere tamen ineunte ex ejus regionis methodo. pag. 118.

Botrys Phoenices ex unico Elagabali nummo cum not. chron. nihil afferre potest, ex quo proficere liceat ad Epochae cardinem inveniendum, nisi habita ratione annorum ejus imperii. pag. 119.

Byblus Phoenices ex duplici nummo cum eisdem notis incertum relinquit, non modo quid de Epochae exordio statuendum sit, verum etiam Caracallae ne, an Elagabalo nummus uterque sit adscribendus. pag. 119.

Caesareae ad Panium Epocha a verno tempore A. V. C. DCCLI ducenda. pag. 202, et seq. Fuse illustratur ex nummis praesertim Diadumeniani cum notis CK, et Elagabali cum not. CKA. pag. 203, et seqq. Id evincit methodus Hebraeorum in annis suis signandis a mense legali Nisan pag. 305, et seq. ab Vrbe Juliade a Filippo Tetrarcha condita p. 206. Quod nihil antiquius haberent Graecarum Vrbium populi, quam ut statim ab inito Principum Romanorum imperio curarent sua obsequii, et gratulationis officia praestare. p. 207, et seq. Quod plura offerat exempla Vrbs Panias; si ita factum asseramus, nulla vero, si secus statuere velimus. Ibid. Quod denique excludendum foret omne tempus imperii Macrini, ob Diadumeniani nummum cum notis CK sine Aug. et Imperat. titulis, quibus sane minime illum caruisse ostendunt nummi plures ante supremum bimestre, vel trimestre ejus principatus cum patre, quo tempore jam Elagabalus Macrino bellum intulerat, ac brevi post ad mortem adegerat. p. 208. Exemplis ibidem allatis addendum alterum ex nummo Macedoniae cum tit. Aug., et laurea corona apud Pell. Mel. 11. p. 170.

Caesareae Germaniciae Commagenes nummi tres hactenus post Norisium cum aliquibus notis inventi, nam caeteri magna copia editi eisdem carent, incertum autem est utrum Epocham revera contineant. p. 195, et seq. Si vero admittenda optima conjectura Norisii, eadem ex titulis Caji Caesaris Germanici, Caligulae nempe, ducenda erit ab A. V. C. DCCXC, vel insequenti. pag. 196, et seq. Caesareae Germaniciae nummi sine notis, non semel offerunt navim in portum advenientem, vel stantem, ex quo merito inferre licet eos ad Vrbem maritimam pertinere, cum ea Commagenes esset mediterranea, si autem haec cum notis eadem cum altera, novam aliam Provinciam esse inquirendam, cui hujnsmodi nummi tribuantur. p. 196.

Caesareae ad Libanum Phoeniciae nummi Seleucidarum epocham referant, quae Tripolitarum exemplo in autumno adulto A.V.C. CDXLII. potiusquam vere insequenti constituenda videtur. pag. 197, et seq. Ejusdem Vrbis num. Haymii M. Aurelii cum notis vitiatis, quomodo exemplo similis Pelleriniani supplendus videatur. p. 198.

Caligulae num. Sidonis cum not. HMP probat ejus Epocham ducendam post vernum tempus A. V. C. DCXLII. p. 314.

Canathae Vrbis in Decapoli Syriae Epocham ex Domitiani nummo non ultra A. V. C. DCXCII proferri posse unice hactenus statui potest. p. 219.

Capitoliadis Coelesyriae Vrbis Epocha ex Macrini nummo cum notis PK

hisce finibus circumscribitur, ut nec anterior esse queat autumno A. V. C. DCCCL, nec posterior autumno insequentis anni DCCCLI. p. 220. Ex duobus primus cardo potius anteponendus. Vide sub Macrino p. 221, et seq.

Caracallae num. Alexandriae Ciliciae cum not. ΒΠC ostendit ejus Epochae cardinem posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCXXCVIII. p. 33. Quo ad anteriora initia nihil certi ex nummis hactenus statui potest. Ibid. Ejus num. Caesareae Panidos cum not. ϞϘΘ probat ejus Epocham posteriorem esse debere autumno A. V. C. DCCL. pag. 203, pag. 215, et seq. Quae notae si ducantur, ut par est, a verno tempore A. V. C. DCCLI, ostendunt Vrbem hanc primo quoque tempore Caracallae de accepta Caesarea dignitate gratulationis officia praestitisse. pag. 215, et seq. Ob similem nummum Severi, pariter eidem gratulatos de ea dignitate filio primum concessa. Ibid. Ejusdem Caracallae num. Hierocaesareae Comanae Ponti cum notis chronol. BOP, neque Lydiae cum Vaillantio tribuendus, neque cum eo Epocha ab A. V. C. DCCLXXIX duci potest. p. 195. Ducenda eadem epocha, vel ab A V. C. DCCXXCVIII, vel post triennium. p. 194. Ipsius num. Irenopolis Ciliciae cum notis ΔMP probat hujus Vrbis Epocham ducendam ab A. V. C. DCCCVI. p. 184, et seq., sed ob alterum Valeriani inchoandam a verno tempore, ejusdem anni. Ejus pariter num. Sebastes Samaritidis cum not. CMB probat hujus epocham posteriorem esse non posse vere A V C. DCCXXIX pag. 307. Ejusdem num. Tripolitarum cum not. HKΦ postremum ejus imperii tempus complectitur. p. 361. Alter num. Vrbis Zelae Ponti cum notis PMB illustratur. p. 193. Illius nuptiae cum Plautilla celebratae fuerunt A. V C. CMLV. p. 153, et seq. Vide etiam binas Exercit. Parte II. Imperial. Numism. circa finem. Ipsius cum Plautilla num. Mopsi Ciliciae cum not. ΑΞC, si recte descriptus a Vaill., diversam Epocham requirit ab ea, quam signant nummi Macrini, et Diadumeniani cum not. ЄΠC p. 216.

CHALCIDIS Syriae ex duobus nummis Trajani, et Hadriani cum eisdem notis ΚЄ definitur ab autumno A. V. C. DCCCXLV in vernum tempus insequentis V. C. DCCCXLVI. pag. 376, et seq. Nota P in num. M. Aureli apud Sestinium conciliari nequit cum hac epocha p. 378.

Cibyrae Phrygiae nummi probant ejus Epochae fines nec antecedere posse autumnum A. V. C. DCCLXXVI, nec proferri ultra autumnum A. V. C. DCCLXXVIII p 222.

Claudii num. Ascalonis cum Messalinae imagine, et notis NP probat eandem Messalinam adhuc inter vivos fuisse anno saeculari V.

C. DCCC. a vere ineunte in subsequens tempus pag. 103. Ex aliis revera monumentis constat eandem neci traditum fuisse A. V. C. DCCCI. Ejusdem Claudii num. Sinopis Col. ad Epocham Lucullanam referendus pag. 319, et seq.

Claudiopolis Bithyniae nummus hactenus unicus cum notis chronol., ex quibus nihil de ejus Epochae finibus modo definiri potest. pag. 225.

Commodi praecl. num. Amasiae ostendit ejus Epochae cardinem posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCCXLVII. pag. 36. Ipsius Commodi, et Crispinae num. Gadarae Urbis cum notis ΓMC, etiamsi ducantur a verno tempore A. V. C. DCXCI, spectant ad primordia imperii Commodi, decedente patre M. Aurelio, et ad gratulationis officia eidem Commodo, simulque uxori Crispinae, primo quoque tempore praestita p. 138.

Dacia Provincia a Philippo sen. autonomiae, sive Libertatis beneficio affecta epocham instituit, quae tamen non ultra decennium progreditur. Tanta vero est confusio, et contradictio in annis, quos exhibent ejus nummi, ut nihil proficere fas sit ad eorum temporum historiam illustrandam. p 164, et seq. Descriptio tamen nummorum non omittitur, quemadmodum a probatae fidei Scriptoribus afferuntur. pag. 166, et seq. Ejusdem Daciae num. Hostiliani, in quo Vaill. et Band. legebant AN VII, quomodo interpretandus videatur. pag. 169. Ejus Provinciae Epocha, quae ducatur ab autumno ineunte anni V. C. millenarii recte conciliatur cum AN. V. imperii Decii, et Herusci filii, item cum eo Galli, et Volusiani, nec non etiam Hostiliani pag. 170. Sed obstare videntur nummi Philippi sen. cum AN. III. Vide pag. 168. Ejusdem num. Volusiani cum AN. III apud Bandur. quomodo supplendus videatur. pag. 171 Ejusdem nummi cum AN. VI, recte conciliantur cum imperio Galli, et Volusiani, item Valeriani, et Gallieni p. 172. Cum eo etiam Aemiliani annus conciliari posset, sed nondum in lucem editus quisquam cum hoc anno, vel praecedenti; sed cum duobus subsequentibus, in quibus error manifestus, et insanabilis pag. 173, et seq.

Damasci Syriae Urbis nobilissimae nummi Epocham Seleucidarum continent, quae ex anni sui civilis Neomenia ab ineunte vere A. V. CDXLIII iteranda. pag. 175. Ejus praeclarus num. Augusti cum not. EKT annum ipsius emortualem complectens, optime conciliatur cum praemisso cardine. p. 175.

Damascenorum nummi Cleopatrae M. Antonii dicati p. 351.

Demetrias Syriae ad montem Libanum nunc primum in unico nummo epocham offert, qui est Tiberii Caes., eaque conciliari potest cum Pompejana ab A. V. C. DCXC. p. 179.

Demetrii Regis num. cum Aera Seleu-

cidarum, conjuncta cum ea autonomiae Vrbis Sidonis suadet utramque statuendam ab autumno A. V. C. DCXIII, in vernum tempus sequentis DCXLIII. p. 313.

Diadumeniani nummus Amisi Ponti cum notis ЄT CMΘ ostendit ejus Epocham praecedere non posse solstitium aestivum A. V. C. Varr. DCCXXI. pag. 56. Ex narratione vero Spartiani de Sabinae Aug. morte, cum eodem solstitio unice jungenda pag. 53. Ipsius Diadumeniani exim. num. Ascalonis cum not. AKT, itemque Elagabali ad utriusque imperii fines definiendos aptissimi, quibus etiam ea quae de hoc Chronologiae capite in nostris Vindiciis p. 275, et seqq. lib. n. Aer. Vulg. demonstrata fuerant, mirifice confirmantur. pag. 112, et seq. p. item 114. Vide etiam sub Ascalone. Ejusdem Diadumeniani nummus Caesareae Paniados cum notis CK novus, praeclarissimusque testis ad veritatem comprobandam eorum, quae a Fl. Josepho in sua historia narrantur de anno emortuali Herodis Regis pag. 217. Eodem praeeunte non modo duplici teste, sed etiam firmius, ac breviori via confirmantur singula, quae de hoc argumento probantur ex nummo Herodis Antipae cum notis regni sui L. MΓ. Ibid. Ostendit autem ejus Epocham anteriorem esse debere autumno A. V. C. DCCLII. p. 204. Vide etiam sub Caesarea ad Panium. Alter ejus num. Flaviopolis Ciliciae cum notis ΔMP, quoniam alterius Macrini notae incertae, hactenus hujus Vrbis Epocham definit inter A. V. C. DCCCXXVI, et A. V. C. DCCCXXVIII. pag. 373, et seq. Item ipsius num. Tripolitarum cum not. ΘKΦ supremum ejus, et Macrini patris imperandi annum complectitur pag. 362.

Diospolis Palaestinae nummi carent Epocha, ut Bellejus ostendit, qui Vaillantii lapsum ex ipsis nummis Regiis detexit pag. 177.

Dium Coelesyriae Vrbs a Pompejo Judaeis adempta in ejus honorem Aeram instituit, cujus fines vernum tempus An. V. C. DCXCI, vel autumnus praecedentis DCXC. p. 178, et seq.

Domitiani nummus Ascalonis cum notis HqP recte conciliatur cum ejus Vrbis Epocha, quae ducatur ab ineunte vere A. V. DCLI. p. 107, et seq. Ejusdem num. Laodiceae Syriae cum notis ΔMP probat ejus Epocham uni autumno A. V. C. DCCVI illigandam esse p. 227, et 229. Ipsius num. Sebastes Samaritidis eum not. HP ostendit ejus epocham anteriorem esse non posse verno tempore A. V. C. DCCXXVII. p. 305. Ejus alter num. Col. Sinopensis cum not. CXIIX, et COS ITER probat ejus epocham Julianam ab ineunte autumno A. V. C. DCCIX. ducendam esse p. 333, et seq.

Dorae Vrbis Phoeniciae nummi cum

notis chronol. Trajani, et Hadriani suadent ejus Epocham Pompejanam hisce finibus circumscribi, autumno nempe A. V. C. DCXC, et autumno insequentis anni DCXCI, ideoque recte duci quoque posse a vere ineunte hujus anni. p. 180, et seq.

Doron Ciliciae Vrbs, quae hactenus ex duobus num. M. Aurelii cum notis chronol. innotescit, nihil adhuc offert, ex quo aliquid certi de ejus Epochae cardine statui queat p. 182.

Eckhelii caeteroquin in arte nostra praestantissimi lapsus in asserendo, quod ad definiendum Epochae Antiochenae cardinem idem praestent notae AIP comparatae cum an. Θ, et I, quod notae HP comparatae cum an. E, et ς in tetradrachmis arg. Neronis ad oculum detegitur, expansisque tabulis detergitur, ejusque opinionem deserendam, atque annum civilem Antiochenorum deinceps ab octobri expirante inchoandum ostenditur. pag. 79, et seqq.

Elagabali nummi Aradiorum cum notis chronol. quid probent quo ad ejus Epochae initium? p. 97. Ejus exim. num. Ascalonis cum notis AKT, de quibus vide in Diadumeniano, itemque sub Ascalone. Num. Caesareae Libani Col. cum notis ΑΛΦ non recte a Spanhemio, et Vaill. descriptus suae integritati restituitur p. 200. Ipsius num. Caesareae Paniados cum notis CKA, quae ducantur a verno tempore A. V. C. DCCLI, annum primum complectitur ab ejus imperii auspiciis, confirmatque, quae ex altero Diadumeniani cum not. CK probantur p. 204. Nummus Gadarae cum not. AΠC mirifice confirmat, quae de initio illius imperii alibi demonstrata sunt. p. 139, et seq. Vicissim vero monumenta in nostris Vindiciis allata ostendunt notas hujus nummi recte procedere, sive ducantur a verno tempore A. V. C. DCXCI, sive ab autumno praecedenti. p. eadem. Num. Trapezuntiorum Ponti cum not. PNE probat ejus Vrbis Epocham posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCCXX pag. 346. Denique ipsius nummi Tripolitarum cum typo navis, et not. ΑΛΦ, quique Tyriis a Vaill. adscripti, vel etiam Sidoniis, huic Vrbi restituendi p. 363.

Eleutheropolis Vrbs Palaestinae in suis nummis non Epocham, sed annos imperii Sept. Severi tantum signavit p. 187.

Emisae Vrbis Syriae Seleucidarum Epocham in nummis adhibuit, quae ducenda ab autumno A. V. C. CDXLII, aut a verno tempore insequentis anni pag. 187. Ex Caracallae nummo hujus Vrbis cum notis HKΦ manifestum fit eas optime conciliari, si ducantur ab ineunte vere A. V. C. CDXLIII pag. 188.

Epiphaneae Ciliciae nummus Gordiani Pii, unicus cum not. ςC, quae si ducantur ab A. V. C. DCCXCI,

quo Antiochus Commagenus a Caligula aliquam Ciliciae partem recepit, postremum ejus imperii annum compleeti invenientur p. 191.

Epiphaneae Syriae Epocha posterior esse nequit verno tempore A. V. C. DCXCI; an vero anterior sit statuenda ex nummis nondum liquet p. 189. Vide in eximio nummo Mamaeae, cujus notae chronologicae ΗϘC revera ostendunt ejus cardinem posteriorem esse non posse verno tempore A. V. C. DCXCI. p. 190, et seq.

Fasti consulares mirifice confirmantur a postremo anno imperii Gordiani, primoque Philippi. ad Valèrianum, et Gallienum ex Viminacii Col. nummis. pag. 379.

Faustinae jun. num. noster Mopsuestiae Ciliciae cum not. ΛC alterum emendat editum, in quo legendum videbatur A, non Λ p. 245, et seq. Ejusdem num. Caesareae ad Libanum cum notis AΣ a Sestinio allatus supplendus videtur, ut in simili meo de notis AΣY p. 199.

Flaviopolis Ciliciae Epocha ob incertas in nummo Macrini notas, ex altero Diadumeniani cum not. ΔΜΡ hactenus ita definienda, ut posterior esse nequeat vere A. V. C. DCCCXXVIII, posterior autem esse debeat verno tempore A. V. C. DCCCXXVI. pag. 373. Si vero admittendae sint notae in nummo Macrini apud Haymium ΓΜΡ, ducenda ab autumno DCCCXXVII in vernum tempus subsequentis pag. 373.

Gabae Vrbis Phoeniciae Epocha Pompejana hactenus nutat inter A. V. C. DCXCIII, et DCXCVII. p. 128. *Claudiae Philippensis*, non *Claudii studiosae* titulus eidem adscribendus. Ibid., et p. 129. Hadriani num. cum notis ZOP evincit Epocham anteriorem esse non posse A. V. C. DCXCIII. pag. 129. Alter Antonini Pii cum not. ZIC ostendit eandem Epocham hactenus nec posteriorem esse posse A. V. C. DCXCVII. pag. 130.

Gabalam Vrbem Syriae duplicem Epocham Julianam, et Augustanam adhibuisse, et utramque a vere ineunte iterasse evincitur ex praeclaro Trajani nummo pag. 120. Juliana ipsius Aera ducenda ab ineunte vere A. V. C. DCCVIII, Actiaca ab ineunte pariter verno tempore A. V. C. DCCXXIII. p. 120, et seq. Ejusdem num. Commodi cum notis ΔC a cl. Viris Froelich., et Eckhelio propositus, quomodo supplendus? p. 124, et seq. Quid de voce ANNA sentiendum in altero Commodi p. 125, et seq.

Gadarae Vrbis Decapoleos Epocha Pompejana ex fide nummorum his finibus circumscribitur, ut nec anterior esse queat autumno An. V. C. DCXC, nec posterior verno tempore insequentis anni V. C. DCXCI. pag. 130. Ex Nisan hujus anni potius iteranda pag. 131. Gadarae ejusdem num. Augusti cum not. ΔΜ a Vaillantio descriptus nonnisi ab Aera victoriae Actiacae numerandus. p. 131, et seq. Haec Vrbs ab Augusto post Aegyptum in suam

potestatem redactam Herodi M. Regi una cum Gaza dono data, nec nisi post ejus obitum utraque Syriae Provinciae adjuncta. pag. 132. Eo tempore propterea a Gadara nummos Augusto, cum imaginibus praesertim, dicatos non fuisse concedendum est. Ibid. Quid proficere liceat ex nummis Gadarae, qui cum notis Ξ, vel ΞΑ aliquando Augusto signati inveniantur? Ibid. Quid simile intelligendum est de nummis Vrbis Gazae p. 133. Vide etiam sub Vrbe Gaza. Notae ΑΛΡ in nummo Neronis ejusdem Gadarae annum ejus emortualem complectuntur, sive eas duxeris ab autumno An. V. C. DCXC, sive a vere ineunte insequentis. pag. 133, et seq. Notae ΒΛΡ in num. Vespasiani initia ejus imperii designant, computatione instituta a verno tempore A. V. C. DCXCI. p. 134. Notae ΓΚC in nummo Antonini Pii postremum ejus vitae, et imperandi tempus complectuntur a verno quoque tempore An. ut supra V. C. DXCI. p. 135. Notae ΔΚC in nummis M. Aurelii ab eodem pariter verno tempore A. V. C. DCXCI, optime conciliantur cum ipsius imperii auspiciis pag. 136. Ejusdem Vrbis Gadarae nummi Commodi, et Crispinae cum notis ΓΜC designant primordia imperii Commodi, ex quo decesserat M. Aurelius pater, ex utroque cardinis extremo praemisso p. 138. Notae in praeclaro nummo Gadarae ΒΞΡ cum Caracallae, et Getae imaginibus, recte pariter junguntur cum primo tempore, quo Caracalla Augustus, Geta vero Caesar facti fuerant p. 139. Elagabali nummus cum notis chronol. ΑΠC probat ejus imperii initia non ultra annum V. C. CMLXXI proferri posse, sive a verno tempore A. V. C. DCXCI, sive ab autumno praecedenti computatio instituatur pag. 139, et seq. Hinc mutuo confirmantur ex his notis, quae de initio imperii Elagabali in n. Vindiciis demonstrata sunt, atque ex iis Epocham Gadarensem in hoc nummo recte procedere perspicuum fit. Ibid. Gordiani Pii nummum cum notis ZT, instituta etiam computatione ab ineunte vere A. V. C. DCXCI recte conciliari cum supremo ejus vivendi tempore ostenditur p. 141.

Galbae nomen incusum in nummo Neronis Tripolit. cum anno ejus imperii postremo p. 352.

Gazae Vrbis annus civilis initium habebat a die XXVIII mensis octobris p. 141. In idem fere tempus incidebat, quo dies civilis Antiochenorum Syriae Metrop. ad Orontem. Vide sub hac Vrbe p. 80, et seqq. Ejusdem Gazae Syriae Palaestinae potentissimae quondam Vrbis Epocha Pompejana, quae praeeunte Norisio hactenus ab octobri deficiente A. V. C. DCXCIII. inchoanda videbatur, modo in expirantem octobrem anni praecedentis V. C. DCXCII retrahenda pag. 141, et seqq. Argumenta, quibus praeclariss. Norisius ad id proban-

dum usus fuerat ex vita B. Porphyrii, ejusque ordinatione in Gazensem Episcopum a Marco Diacono conscripta in examen revocantur, ex quo fit manifestum B. Porphyrii ordinationem eo anno V. C. contigisse, qui nostrae huic sententiae unice favet, probatque notas temporum a Marco Diacono in fine positas, quales modo habemus, esse corruptas. Vide de hoc argumento binas Exercit. praemissas in fine Partis secundae Imperial., ubi pariter inquiritur de tempore nuptiarum Plautillae cum Caracalla, ex quo rursus Chronologiae capite mirifice confirmantur calculi nostri suprascripti. Vide etiam in hoc Libro sub Trajano p. 244, et sub Plautilla p. 153. Ejusdem Gazae altera Epocha in Hadriani honorem instituta, et cum ejus imperii annis conjuncta, quae diversam computationem requirit, brevissimo quinquennii tempore, quo adhibita fuit pag. 140, item pag. 145. Quid emolumenti afferre possint Gazae nummi Augusti, qui inveniantur cum notis anno sexagesimo aliquanto minoribus pag. 143. Hactenus habemus cum notis L ΞΓ An. LXIII. p. 142. Sept. Severi, et Caracallae nummi cum not. HNC, quae ducantur ab autumno exeunte DCXCII primo quoque tempore signati dicendi sunt in gratulationis officium pro Caesarea dignitate Caracallae a patre, approbante Senatu, primum decreta pag. 152.

Germanicopolis, quae a Numismaticis modo Paphlagoniae adscribitur, nummos offert tantum Sept. Severi, et Juliae Domnae cum notis chronol., ex quibus certo definiri nequit ejus Epochae exordium. pag. 161, et seq. Admissis notis C in duobus a Bellejo propositis, ob notas CIЄ, quas offerunt alii tres, nutare dicenda est Epocha inter A. V. C. DCCXLVI, et DCCXLIX. pag. 162, et seq.

Getae P. Sept. num. Vrbis Diensis cum notis ЄOC probat ejus Epochae cardinem constituendum verno tempore A. V. C. DCXCI, vel autumno praecedentis p. 179. Ejus num. Neocaesareae Ponti cum notis PMH ostendit eundem in nummis tantum Caesarem, et capite nudo exhibitum fuisse etiam, postquam a patre Augustus appellatus fuerat. p. 264. Probat etiam hujus Vrbis Epocham posteriorem esse non posse aestate, vel autumno A. V. C. DCCCXVI. Ibid. Ipsi Getae Caesari a Sinopensibus Col. dicati fuere nummi, tam cum Epocha Lucullana, quam cum Juliana, iique nummi editi primo quoque tempore in gratulationis officium pag. 321, et 337, et seq.

Gordiani Pii num. Epiphaneae Ciliciae cum notis ϚC posteriorem Epochae cardinem habere nequit anno V. C. DCCXCI p. 191. Ipsius num. Gadarae Vrbis cum notis ZT optime conciliatur cum supremo ipsius vivendi tempore, computatione etiam instituta ab ineunte

vere A.V. C. DCXCI p. 141, Alter ejusdem num. Irenopoleos Ciliciae cum notis BqP suadet Epocham ejus Vrbis ducendam ab A. V. C. DCCCVI. pag. 185, sed ob num. Valeriani inchoandam a verno tempore ejusdem anni pag. 186. Item ejus num. Leucadis Coelesyriae cum notis ΔOC evincit ejus Epochae cardinem posteriorem esse debere media aestate A. V. C. DCCXVII, ideoque a proximo autumno esse ducendum ob Macrini nummum p. 242.

Hadriani num. Dorae Phoeniciae cum notis chronol. ostendit, quibus finibus ejus Epocha circumscribatur pag. 181, et seq. Ejusdem Hadriani num. Gabenorum Phoenices cum notis ZOP evincit ejus Vrbis Epocham anteriorem esse non posse An. V. C. DCXCIII. p. 129. Ejus nummi Gazae duplicem Epocham offerunt, unam Vrbis propriam, alteram ab ejus adventu in Vrb. Gazam, quam tamen non ultra quinquennium signatam hactenus constat p. 145, et seqq. Illustratur. Ibid. Ipsius num. Sidonis cum not. ZKΣ seponendus, nec ulla ejus ratio habenda pro illius Vrbis Epocha certo definienda p. 312, et 316. Ipsius nummi non pauci Tripolitarum cum notis HKY imaginem exhibent Trajano similem, quin ullus hactenus innotescat, qui certo ad Trajanum sit referendus cum eisdem notis, quique corjungi possit cum iis Hadriani ad Epocham hanc definiendam pag. 353, et sequentibus, quid simile accidit in iis Sidonis, quos vide pag. 317, et sequenti.

Hadrianopolis Bithyniae. Nullae in ejus nummis notae chronol. admittendae, ut Vaillantio, aliisque visum p. 3.

Harduinus in describendo tetradrachmo Neronis, in quo sibi videre visus fuerat ann. Neronis E conjunctum cum HP Aerae Antiochenae deceptus, Chronologos deinceps omnes in suum errorem pertraxerat ad hanc usque aetatem, qua inventi duo anecd. similes, meus, et Hennericianus, quorum fide alterius Harduini erronea descriptio detegitur, simulque ostenditur de exordio anni civilis Antiochenorum Syriae alia ratiocinia instituenda esse, secus ac Numismaticis, ac Chronologis hactenus visum fuerat, ejusque Neomeniam in exeuntem octobrem ad tempora saltem usque Neronis esse constituendam pag. 84, et seq., item pag. 78, et seq.

Hierocaesareae nummi cum not. chronol. Comanae Ponti potius adscribendi, quam Lydiae p. 194. Ejus Epocha ducenda, vel ab A. V. C. DCCXXCVIII, vel DCCXCI. pag. 194, et seq.

Irenopolis Ciliciae Vrbs mediterranea nummos offert cum notis chronol. quae cum veteri historia, et monumentis comparatae probant ejus Epochae cardinem ducendum a verno tempore A. V. C. DCCVI. pag.

183, et seqq. Videndi sub ea nummi Caracallae, Gordiani Pii, et Valeriani sen.

Iul. Caesaris imago expressa in nummis Nicaeae Bithyniae cum symbolis victoriae de Pharnace Rege, et notis chronol. p. 276.

Laodiceae clarissimae Syriae Vrbis Epocha ducenda ab autumno A. V. C. DCCVI. p. 225. Ratiocinia, quae instituantur ex orta Manichaeorum haeresi Probo, Paulinoque Cos. non excluderent quidem vernum tempus A. V. C. DCCVII; sed id praestant tria alia monumenta Norisio minime perspecta, quae afferuntur, et illustrantur. pag. 226, et seq. Vnica est hactenus, quae in nummis suis Parthici titulum Trajano adscripserit ante supremum ejus vitae biennium. pag. 227. Tam in nummis cum notis BΞP, quam in iis cum notis ΓΞP, modo Parthici titulum addidit, modo omisit. p. 230, et seq. In magna copia horum numism. nullus hactenus inventus cum notis ΔΞP, quae juxta constitutum hujus Epochae cardinem, supremum vitae, et imperii Trajani annum complecterentur. Ibid., et pag. 231. Laodicensis inscriptio cum not. HΞC, et Cos. Grato, et Seleuco probat hujus Vrbis Epocham posteriorem esse debere ineunte vere A. V. C. DCCVI. p. 226.

Laodiceae Phrygiae nummi Caracallae nullam Epocham continere videntur. p. 237, et seq.

Leucadis Coelesyriae Vrbis nummi duplicem Epocham inscriptam referunt. Hactenus de posteriori ex unico nummo Trajani cum not. ЄN infertur eam anteriorem esse non posse A. V. C. DCCCI. p. 240. Pellerinii num. Claudio, et Hadriano adscriptus cum not. ΘΠ, ex altero magis integro Sestinii de Claudio, et Agrippina supplendus. p. 240, et seq. Anterior Epocha ducenda ab autumno A. V. C. DCCXVII. p. 239, et pag. 241. Vide sub Macrino, et Gordiano Pio.

Mamaeae exim. num. Amasiae Ponti suadet ejus Epochae exordium conjiciendum esse circa exeuntem Aprilem, vel insequentis initia A. V. C. DCCXLVII. p. 43, et seqq. De notis CMB in hoc nummo inscriptis dubia a praeclariss. Eckhelio proposita soluuntur. pag. 48, et seq.

Macrini nummus Capitoliadis cum notis PK probat ejus Epocham, non sub Domitiano institutam, ut Norisius, et Vaillantius conjiciebant, sed aliquanto postea sub Nerva, vel sub initiis Trajani. p. 221, et seq. Ex autumno ducenda A. V. C. DCCCL, in ver, vel autumnum insequentis anni DCCCLI. Ibid. Ipsius num. Leucadis Coelesyriae cum not. ΔNC probant ejus Epocham secundam posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCXVII. p. 241. Ejusdem num. Mopsi Ciliciae cum notis ЄOC, si fides Vaill. habenda, Epocham

offert decennio minorem, quam designent duo anecdoti ipsius Macrini, et Diadumeniani cum notis ЄΠC. pag. 246, et seq. Hinc inferre oportebit dupliecm Epocham decennio diversam, ut in Antonini, et Plautillae nummis a Vaillantio descriptis, in unius Macrini nummis a Mopsuestenis signatam fuisse. p. 247. Ipsius, et Diadumeniani num. cum not. ЄΠC, quomodo admissa utraque Epocha explicantur. p.248, et seq.

Marei Diaconi notae, quibus in fine vitae B. Porphyrii tempus Episcopatus ab eo gesti designatur, pro ut modo in unico apographo latino jacent, sine dubio corruptae, et vitiatae habendae sunt. p. 153, et seqq. tum in duabus Exercit. Parte II. Num. Imperial. circa finem.

Maximini interitus, quo anni tempore evenerit novis argumentis, monumentisque confirmatur post ea, quae in Lib. Vulg. Acr. demonstrata fuerant. pag. 43, et seq. Vide etiam Exercitationem T. II Imperial. in fine. Nummi Anazarbi cum notis chronol. ΔNC, et ЄNC probant ejus Epocham posteriorem esse debere A. V. C. DCCXXXIV. pag. 62, et seq. Ostenditur etiam eas notas recte conciliari eum ineunte vere A. V. C. DCCXXXVI, a quo iterentur. Ibid. Idem, praestat num. Volusiani. p. 66. Ipsius num Cibyrae Phrygiae cum notis BIC probat ejus Aerae cardinem anteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCLXXVI. p. 223.

Mopsi Ciliciae nummi duo anecdoti, unus Macrini, Diadumeniani alter cum notis in utroque ЄΠC evincunt nova modo de ejus Aerae cardine instituenda esse ratiocinia, vel si fides habenda Vaillantio de simili Macrini, quem affert cum notis tamen ЄOC, duplicem huic Vrbi adscribendam esse Epocham, novam ab A. V. C. DCXXCV, veterem decennio post inchoandam, p. 242, et seq. Binos alios nummos describit idem Vaill. unum Antonini Pii, alterum Plautillae cum Caracalla cum notis, quae conspirant cum suis Macrini, suntque singulae decennio minores, quam requirant cit. nostri duo anecdoti. De primo vide p. 241, de secundo pag. 246. Ex Vaillantii fide de duplici epocha instituuntur ratiocinia p. 243, tum cit. paginis sub singulis Imperatoribus.

Mopsium Thessaliae nunc primum offert nummum Valeriani cum notis chronol. HNC, ex quibus hactenus ejus Epochae fines circumscribuntur inter A. V. C. DCCXLVIII, et DCCLIV. pag. 249, et seq.

Neapoleos Fl. Samariae, sive Syriae Palaestinae ad montem Garizin Vrbs a Tito renovata, et beneficiis aucta Flaviae, ut postea etiam Aureliae nomen assumpsit, quodque ex Hebraeis, aliisque Graecanicis nationibus coaluerit, duplicem Epocham adhibuisse ex nummis hacte-

nus editis infertur, unam a verno tempore A. V. C. DCCCXXIV, alteram non ultra vernum tempus. A. V. C. DCCCXXVI pag. 250, et seq. Tam Tito, quam Domitiano hanc Vrbem nummos signasse cum not. AI dubitandum non videtur. pag. 252, et seq. Item Antonino Pio, M. Aurelio, et L. Vero cum not. ΠΘ p. 256, et seq.

Neocaesareae Ponti num. Sept. Severi cum notis chronol. PMH probant ejus Epocham consociandam esse cum autumno, vel ad summum cum aestate A. V. C. DCCCXVI. pag. 259, et seq. Ejusdem num. Alexandri Sev. cum notis PZ editus primo ejus imperii tempore. pag. 265.

Neoclaudiopolis Paphlagoniae Vrbs ex paucissimis nummis duplicem Epocham in usu habuisse videtur, quarum una per imperium hactenus Antonini Pii vagatur, forte ab A. V. C. DCCIX. Altera per totum fere Sept. Severi pag. 266, et seq. Forte ab A. V. C. DCCXLVII. Ibid.

Neronis nummus Ascalonis cum notis AOP optime conciliatur cum ejus Epocha, quae ducatur a verno tempore A. V. C. DCLI, probatque insuper eandem eo termino posteriorem esse non posse. p. 104. Vide etiam in Trajano p. 109. Num. Gadarae cum notis AAP supremum Neronis vitae tempus complectitur a verno quoque tempore ductis A. V. C. DCXCI. p. 133. Probat simul eo termino posteriorem esse non posse ejus cardinem Ibid. Ejus num. inscriptus KAICAPЄΩN cum not. chronol. utrum Anazarbo sit adscribendus? p. 58, et seq. Alter ejus num. Col. Sinopensis cum not. CII et Cos. II probat ejus Epocham Julianam ab ineunte autumno A. V. C. DCCVIIII esse inchoandam p. 332.

Nervae praeclarus num. Sinopensium Col. cum not. CXLI confirmat Epocham Julianam ab autumno V. C. DCCIX inchoandam esse. pag. 334.

Nicaeae Vrbis Bithyniae Epocha ab ea Regum diversa p. 268. Ejusdem Vrbis nummi duo Iul. Caesaris cum notis chronol. anecd, quibus praeeuntibus hujus Epochae exordium definitur, et illustratur. pag. 271. Ad id praestandum maxime confert tempus, quo contigit victoria Jul. Caesaris de Pharnace Rege, item illud annuae administrationis Bithynicae C. Vibii Pansae. Ibid., et pag. seqq. Nicomediae Vrbis Bithyniae Epocha eadem cum illa Nicaeensium. p. 270, et pag. 274. Diversa vero ab ea Apamensium Mirlaeensium ejusdem Provinciae. Ibid. Ejusdem. Nicaeae Vrbis clariss. suprascripta Epocha ex nummis anecd. Jul. Caesaris his finibus circumscripta definitur, ut nec anterior esse possit autumno A. V. C. CDLXXV, nec posterior vere, vel solstitio aestivo insequentis A. V. C. CDLXXVI. p. 274, et seq.

Nicomediae Bithyniae Epocha eadem, quae Nicaeae. Vide sub ea Vrbe.

Nicopoleos Judaeae Vrbis Epocha incerta; forte ab A. V. C. DCCCXXIV. ducenda, quando a Vespasiano veteranis militibus in eam inductis nomen istud accepit, cum ante Emmaus vocaretur. p. 276, et seq. Bini hactenus nummi inventi Ibid.

Norisii praestantiss. Chronologi ratiocinia pro definiendo cardine Vrbis Sidoniorum admitti nequeunt tanquam certa ad propositum finem statuendum. pag. 312, et seq.

Nota R in nummis Neocaesareae Ponti explicanda de episemo, sive numero VI. p. 263.

Nysae, quae et Scythopolis Palaestinae Epocha Juliana ab A. V. C. DCCVI, in vernum tempus insequentis; sed ex num. Neronis cum not. P, et EIP his finibus hactenus certo circumscribitur, ut nec anterior esse queat An. V. C. DCCIII, nec posterior autumno A. V. C. DCCVI, aut ineunte vere insequentis. pag. 277, et seq. Gordiani Pii num. cum not. ΔT, si vera est ejus lectio, aliam ejus Vrbis Epocham indicat. p. 279.

Octaviae Neronis nummi Sinopensium Col. cum An. CII, et CIIII cum Epocha Juliana optime conciliantur p. 352.

Orthosiae Phoeniciae Epocha Seleucidarum non excludit vernum tempus A. V. C. CDXLIII ex nummis hactenus editis p. 180. Sed Tripolitarum exemplo ab autumno praecedenti potius ducenda. Ibid. Alexandri Sev. nummi adhuc Caesaris cum not. BΛΦ, ΓΛΦ, quomodo utrique hujus Epochae termino recte aptari possint, ostenditur. pag. 281, et seqq.

Othonis nomen incusum in nummo Neronis Tripolit. cum anno ejus imperii postremo. p. 352.

Paltus Vrbs Syriae praeter unum Pellerinii num. duobus aliis modo anecd. ex Mus. n. aucta exhibetur cum notis chronol. quae illustrantur pag. 285, et seqq. Ejus Epochae cardo nutat hactenus inter A. V. C. DCLVI, et DCLXIII. pag. 286. Singuli pertinent ad Sept. Sev., et Jul. Domnam, eorumque ope errores, qui in aliis editis irrepserant, emendantur. pag. 285, et seq.

Paniados Vrbis Epocha in verno tempore constituta A. V. C. DCCLI, ut fieri oportet, ex novis monumentis, quibus nihil praestabilius, breviori etiam, faciliorique via probantur, ac confirmantur ea, quae ex praeclaro numismate Herodis Antipae cum notis L. MΓ a Norisio, et a me quoque in lib. n. de Vulg. Aerae Emend. demonstrata sunt de labe, et vitio, quo laborat Aera ipsa vulgaris. p. 209, et seqq. Vide Caesarea ad Panium.

Papirii C. Carbonis Praefectura Bithyniae, quibus annis V. C. assignanda videatur. p. 275.

Parthici titulum nonnisi per biennium, nec illud integrum Trajano accessisse nummi, et monumenta omnis generis fidem faciunt. pag. 94. Nec officit Laodiceae Syriae exemplum, p. 91, 93, et seq. Idem titulus Parthici Trajano adjectus in nummis Aegyptiis postremo vitae suae, et imperii biennio tantum, nec integro. p. 231. Ita in nummis Aradiorum. Ibid. In iis vero commatis latini sub trib. tantum potest. XX. Ibid. In iis autem Laodicensium Syriae idem titulus praecedit supremum ejus vitae biennium. pag, 227. Videtur id assentationis gratia factum, suscepta primum a Trajano expeditione in Parthos p. 227, et 232. Sed id nodum non solvit, quod nullus hactenus editus sit postremo ejus vitae anno, in tanta praesertim nummorum copia duorum praecedentium annorum. p. 236, et seq. Idem titulus Parthici, modo adjicitur, modo omittitur in nummis Trajani s.s. Laodiceae Syriae, tam cum not. ΒΞΡ, quam in iis cum not. ΓΞΡ, qua de re mirari subit. p. 230, et seq.

Patrensium num. Cleopatrae Reginae ultimae dicatus. p. 351.

Pella Vrbs Syriae in Decapoli ex unico hactenus Commodi num. cum notis chronol., exemplo Gadarae sibi proximae Epocham duxisse videtur ab A. V. C. DCXC, vel insequenti. p. 287.

Petrae Arabiae Epocha ex unico hactenus Sept. Sev. nummo cum not. chronol. vagatur per omne ejus imperii tempus. p. 288.

Philadelphiae Coelesyriae Epocha ita definitur, ut nec anterior esse possit A. V. C. DCXC, neque posterior A. V. C. DCXCII, sive a vere, sive ab autumno ducenda. p. 371, et seq.

Plautillae praecl. num. Gazae cum notis ΔΖC A. CCLXIV computandus ostenditur ab A. V.C.Varr.DCXCII, atque exemplo nummi Tripolitarum cum notis ΔΙΦ ejusdem Plautillae, Gazenzes pariter primo quoque tempore de nuptiis Caracallae cum Plautilla gratulatos fuisse. pag. 153, et seq. tum p. 158. Quid ex actis vitae B. Porphyrii jure inferatur, tum ex monumentis latinis, ac Dione synchrono auctore, de reditu in Vrbem Sept. Severi cum Caracalla, de festis decennalibus tum celebratis, simulque de Plautillae nuptiis, in hujus Epochae sic constitutae certum argumentum, et confirmationem. pag. 253. et seqq. tum in duabus Exercitationibus, quae videndae in fine Partis II Numism. Imperial. Corn. Paulae num. cum notis chronol. ΠC, quae etiam in Elagabalo leguntur, limites hujus Epochae definit. pag. 160, et seq. Ejusdem Plautillae nuptiae cum Caracalla celebratae probantur A. V. C. CMLV p. 153, et seq. Alter ipsius Plautillae cum Caracalla praecl. Mopsi Ciliciae nummus cum notis ΑΞC ostendit primo quoque tempore eam Vrbem de utriusque nuptiis hono-

randis cogitasse. p. 158. Eiusdem Plautillae, et Caracallae nummi Tripolitarum cum notis ΔIΦ idem probant, suntque praeterea ad definiendum tempus utriusque conjugii aptissimi. pag. 359.

Paulae Corn. primae Elagabali uxoris num. Anazarbi cum notis HAC non excludit, quod ejus Epochae cardo ducatur ab ineunte vere A. V. C. DCCXXXVI. p. 60, et seq. Ipsius num. Vrbis Gazae cum notis ΠΞ definit limites, quibus ejus Epocha circumscribenda. pag. 160, et seq. Ejusdem insuper Paulae num. Tripolitarum cum notis BAΦ ostendit hujus Vrbis Epocham statuendam esse in autumno adulto A. V. C. CDXLII. p. 365, et seq.

Pompejopolis Ciliciae, Solipolis antea dicta, a Pompejo sic appellata, quod eam confecto Piratico bello instaurasset, ac Piratis, quos sua providentia dignos censuerat, incolendam assignasset. Ejus Epochae fines definiuntur autumnus A. V. C. DCXXCVII, aut vernum tempus A. insequentis DCXXCVIII. pag. 288, et seq. Vide Caracallae, et Macrini nummos cum eisdem notis ΓΠC. pag. 291, et seq. Initio imperii M. Aurelii, et L. Veri memoriam Pompeji Conditoris sui renovavit cum ejus imagine, et notis chronol. ΘKC. pag. 289, et seq.

Ptolemaidis Phoeniciae Epocha Caesariana ex unico Elagabali nummo cum notis chronol. ejusdem imperium complectitur, sed incertum quo anno exordium hactenus duci queat. pag. 293. Non ultra tamen A. V. C. DCCVII. Ibid.

Rabathmoma Arabiae, cujus rectam lectionem Vrbis, tum ejus Epochae acceptam debemus Cl. Wisio, ex nummis Getae, et Sept. Severi cum notis chronol. sequitur eandem circumscribi ex ineunte vere, vel autumno A. V. C. CMXXIX, in vernum tempus, vel autumnum insequentis anni V. C. CMXXX. pag. 293, et seq. Ex methodo Arabiae ver anteponendum.

Ramatha Samaritidis nullam offert Epocham, sed nummus, quem huic Vrbi adscribit Vaillantius cum notis, Canathae restituendus. pag. 295.

Raphiae Vrbis Judaeae Pompejana hactenus verisimilius ex A. V. C. DCXCVI ducenda. pag. 296, et seq.

Rhoseorum Ciliciae duplex. Ex nummo Sestinii nuper edito Commodi. Augustana ab A. V. C. DCCXXIII. Ex altero Sept. Severi Caesariana ab A. V. C. DCCV, in DCCVIII. pag. 299. Quod antea pars adversa nummi Commodi lateret, eique adhuc Caesari dicatus censeri posset, unica Epocha Caesariana praeferenda visa fuerat. p. 299.

Sabinae Aug. num. Amisi Ponti cum notis PΞΘ conjunctis cum iisdem in nummo L. Aelii, simulque cum narratione Spartiani de adoptato ab Hadriano Aelio Caesare post Sabi-

nae uxoris mortem, evincit ejus Vrbis Epocham consociandam esse cum solstitio aestivo A. V. C. DCC-XXI. pag. 53.

Samosatae Commagenes probabili ratione hactenus Epocha ducenda cum Norisio ab A. V. C. DCCCXXIV. pag. 300. Ex nummo vero L. Veri certo sequitur eandem anteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCCXXIII. pag. 302. In nummo M. Aurelii Pelleriniano, nisi omissa fuisset pars anterior, atque ex ea constaret titulos Augusti, et Imperatoris jam adjectos fuisse, de Epocha statuenda in A.V.C. DCCC-XXIV res esset explorata p. 302. Ex nummo nunc Regio Galliae definiri poterit.

Scepsis Troadis caret epocha, quam Vaillantius in quibusdam nummis sibi videre visus fuerat. pag. 302.

Sebastes Samaritidis, quae anno XIII regni Herodis e cineribus excitari coeperat, posteriora initia habere nequit verno tempore A. V.C. DCC-XXIX, ex nummo Caracallae cum notis CMB. pag. 304, et 307. Annus XIII regni Herodis computandus a mense Nisan A. V. C. DCC-XVII, quando media ejus aestate capta fuerat Hierosolyma a Sosio, non autem ab an. praecedenti, ut Cl.Norisio visum fuerat. Ibid. Epocha hujusmodi non immerito inchoari potest ab A. V. C. DCC-XXVII, quando C. Caesari Divi fil. titulus Augusti accessit deferente Senatu P. Q. R. Ead. p. 304. Domitiani num. cum not. HP probat Epocham hanc anteriorem esse non posse vere ineunte A. V. C. DCC-XXVII. pag. 305. Trajani num. cum notis PMA ostendit Epocham Sebastes posteriorem esse non posse verno tempore A. V. C. DCC-XXX p. 306. Ex altero vero Caracallae cum notis CMB, nec posteriora initia habere posse verno tempore A. V. C. DCCXXIX. pag. 307.

Sebaste Ciliciae, an unquam Epocham instituerit hactenus in obscuro manet. p. 303.

Seleucia Syriae in Pieria quatuor adhibuisse videtur Epochas, sed Seleucidarum tantum in num. Regum, et autonomis p. 308. In Imperialibus vero Pompejanam, anno tamen incerto ob unicum Alexandri Severi nummum cum notis CΠΘ pag. 310. Actiacam in nummis Tiberii, et Caracallae ab autumno A. V. C. DCCXXII. p. 308, et seq. Ab autonomia accepta A. V. C. DC-XLVI. p. 309. Haec conjuncta exhibetur in nummo Tiberii, cum Actiaca, Ibid. De nummo Pelleriniano Antinoi cum notis qP merito a Numismaticis dubia excitantur. pag. 309, et seq.

Septim. Severi reditus e Syria cum Caracalla pertinet ad A. V. C. CM-LV. p. 153. Ejusdem num. Neocaesareae Ponti cum notis PMH evincit ejus Epocham posteriora initia habere non posse autumno, vel ad summum aestate A. V. C. DCCC-

XVI p. 259, et 263. De primo extremo vide sub M. Aurelio. pag. 259.

Sidon Phoeniciae Vrbs vetustissima sub Antiochis Regibus inter se dissidentibus Epocham ab autonomia instituit, quin eam Seleucidarum in Imperialibus adhibuisse hactenus constet. pag. 311. Eadem definitur ab autumno A. V. C. DCXLII in vernum tempus sequentis A. V. C. DCXLIII. Ibid. et p. 314. ex num. Caligulae, item ex num. Demetrii Regis cum Aera Seleucidarum conjuncta cum ea autonomiae. p. 313. Trajani nummi Sidonis cum not. HKΣ, et Hadriani cum not. ZKΣ ob vultus similitudinem non recte a quibusdam Numismaticis descripti, ideoque nulla eorum habenda ratio pro hujusmodi Epocha certo definienda. pag. 312, et seq., et p. 316.

Sinopis Paphlagoniae Epocha duplex; prima a Libertate Luculli beneficio accepta, altera ex quo a Julio Caesare Colonia facta fuerat. p. 318. Anterior ducenda, vel ab autumno A. V. C. DCXXCIII, aut ab autumno sequentis, sed prior terminus anteponendus. p. 319. Posterior ab autumno A. V. C. DCCIX. pag. 319. Nummus Claudii hujus Vrbis cum not. CXIII. perperam a Cl. Eckhelio Neroni adscribitur. Ibid., et p. 320. Neque Julianae Epochae sese accomodare possunt ejus notae, sed unice Epochae Lucullanae. Ibid., et seq. Neque Neronis interitus a die nona Junii A. V. C. DCCCXXI cum laud. Eckhelio removeri potest. p. 320, et seq. Nummus Gordiani Pii cum notis CCCVIII probat hanc Epocham Sinopis anteriorem esse non posse autumno ineunte A. V. C. DCXXCIII. pag. 323, et seq. Ex nummo Philippi Caesaris cum notis CCCXIV. probatur utriusque Philippi imperium quinquennio diuturnius extitisse, et Sinopenses per annos sex Epocham Lucullanam signasse. pag. 325. Ex utriusque Philippi nummis cum not. CCCXIX ostenditur hujus Epochae exordium ad autumnum A.V.C. DCXXCIII esse referendum. pag. 326, et seqq. Ea sic constituta sequitur nummos plerosque Imperat., et Caesarum hujus Epochae Lucullanae primo quoque tempore a Sinopensibus signatos fuisse in gratulationis argumentum sub ipsis singulorum imperii auspiciis. pag. 328, et seq. Ejusdem Sinopis Julianae Epochae nummi aliquot Jul. Caes., et Augusti, cum duplici capite in aversa singulis restituuntur, ad quos pertinent. p. 330, et seq. Neronis num. cum not. CII, et Cos II probat Epoch. Jul. ab ineunte autumno A. V. C. DCCIX ducendam esse. p. 332. Octaviae Neronis nummi cum An. CII, et CIIII cum eadem Epocha optime conciliantur. Ibid. Domitiani nummus anecd. cum notis CXIIX, et Cos iter, Epochae initium, ut in Nerone confirmat. pag. 333, et seq.

Idem praestat alter Nervae cum not. CXLI p. 334, et seq. Alter L. Aelii Caes. cum anno CXXCII. p. 335, et seq. Tandem Diadumeniani duplex cum not. CCLXI. p. 338, et seq. Alexandri Sev. num. cum Epocha Juliana p. 339, cum Lucullana p. 332.

Spartiani narratio de Sabina Hadriani uxore defuncta, antequam ab eo L. Aelius adoptaretur, praeeuntibus nummis Amisi, tam Sabinae, quam L. Aelii cum eisdem notis ΡΞΘ, evincit ejus Vrbis Epocham sociandam esse cum Solstitio aestivo A. V. C. DCCXXI. pag. 53, et seq.

Superae Cornel. matrimonium probabili ratione sibi hactenus vindicare potest Aemilianus, sed certiora adhuc exoptat monumenta ob Galli, et Volusiani conjuges, quae hactenus ignorantur.

Tempus definitur ex annis V. C. Varr. cum iis Aerae n. Vulg. conjunctis, quo hisce Libris finis impositus fuerit. pag. 455.

Tiberiadis Claud. Galilaeae Epocha nec anterior esse potest verno tempore A. V C. DCCLXX, nec posterior A. DCCLXXV. pag. 340. Primus terminus cur anteponendus videatur? Ibid. et 341.

Titi, et Domitiani nummi Fl. Neapoleos Samariae cum not. AI probant Epocham inchoandam esse a verno tempore A. V. C. DCCCXXIV. p. 352, et seq. Titi num. Philadelphiae Coelesyriae cum notis ΓΜΡ, si eidem jam imperanti editus, ejus Epochae fines definit ab A. V. C. DCXC in A. V. C. DCXCII. pag. 371, et seq.

Trajani num. Aradiorum cum notis ΕΟΤ, et titulo Parthici probat annum, diemque ipsius Trajani emortualem complecti, si notae a verno tempore A. V. C. CDXCVI ducantur. p. 93. Probat insuper, quod si hujus Epochae computandae initium fieret ab autumno A. V. C. CDXCIV, vel etiam a vere ineunte insequentis A. V. C. CDXCV. triennium in hac hypothesi superesset, quo titulus Parthici Trajano singulis annis accessisset, id tamen vetantibus omnis generis monumentis. pag. 94. Hinc sequitur magis veritati consentaneum esse, ut arctiores ejus Epochae fines constituantur, ab autumno scilicet A. V. C. CDXCV, in vernum tempus insequentis anni V. C. Varr. CDXCVI. Ibidem. Hisce calculis Laodiceae Syriae exemplum nihil officere ostenditur. pag. 94, et seq. Ejusdem nummus Ascalonis cum notis KC optime convenit eidem adhuc imperanti; initio etiam computandi facto ab ineunte vere A. V. C. DCLI. pag. 109. Probat insuper hujus Epochae cardinem hoc termino posteriorem esse non posse. Ibid. Vide etiam in Nerone p. 104. Ipsius exim. nummi Gabalae Syriae cum duplici Epocha, Juliana scilicet, et Actiacae victoriae evincunt, primam ducendam esse

ab A. V. C. DCCVIII, secundam vero ab A. V. C. DCCXXIII, ob nummum vero Aquiliae Severae cum notis (ΞH, utramque a vere ineunte iterandam esse. pag. 120, et seq. Vide etiam sub Aquilia Severa. Hinc sequitur nummos Trajani cum ea duplici Epocha a Gabalensibus emisses complecti tam adoptionis tempus, quam primordia imperii ipsius Trajani, post Nervae obitum, ideoque optime etiam conciliari cum titulis CЄB ΓЄPM in uno manentibus. pag. 121, et seq. item pag. 123. Ipsius num. Vrbis Gazae cum imagine juvenili, et sine laurea, notisque chron. PNΘ suadet ejus Epochae initium ducendum esse ab octobri deficiente A. V. C. DCXCII. pag. 143, et seq. Alter ipsius Dorae Phoeniciae cum not. chron. probat, qui sint ejus cardinis fines constituendi p. 181. Ii vero Laodiceae Syriae nummi soli sunt, qui Parthici titulum offerant inscriptum ante supremum ejus vitae biennium, quique cum notis BΞP, et ΓΞP modo eundem titulum referant, modo omittant, nulli denique hactenus inventi cum notis, quae supremum ejus vivendi, et imperandi annum designent p. 227, et seqq. Vide etiam sub Vrbe Laodicea. Alter ejus num. Sebastes Samaritidis cum not. PMA probat ejus Epocham posteriorem esse non posse vere ineunte A. V. C. DCCXXX. pag. 306. Num. Sidonis cum notis HKΣ perperam descriptus, nec ulla illius habenda ratio pro Epochae cardine ejus Vrbis tuto definiendo p. 312, et 316. Trajani, et Hadriani nummi Chalcidis Syriae cum eisdem notis hujus Epochae fines statuunt ab autumno A. V. C. DCCCXLV, in proximum ver. A. DCCCXLVI. pag. 376.

Trajani Decii nummi Anazarbi Ciliciae Metr. cum not. ΘΞC non excludunt vernum tempus A. V. C. DCCCXXXVI, a quo ejus Epochae exordium duci queat pag. 65.

Tranquillinae num. Cibyrae Phrygiae cum notis ΘIC suadet ejus Epocham posteriorem esse non posse autumno A. V. C. DCCLXXVIII p. 224, et seq.

Trallis Lydiae Epocha ex unico Imperial Vaillantii, si admittenda, nutat inter A. V. C. DCCCXCIV, et CM p. 344.

Trapezuntiorum Aera ex analogia, Neocaesareae ejusdem Ponti Vrbis exemplo, ducitur ab A. V. C. DCCCXVI. Sed ex paucis, qui hactenus comperti sunt nummi, protrahi potest in A. V. C. DCCCXX. pag. 345.

Tripolitarum Phoeniciae Epocha duplex. Pompejana ab autumno A. V. C. DCXCI, in nummis M. Antonii, et Cleopatrae. Altera Seleucidarum ab autumno adulto A. V. CDXLII. pag. 346, et seq. Cleopatrae cum Antonio num. cum not. ΓK signatus antequam Octavia Augusti soror, pace apud Brundu-

sium inita, Antonio desponsaretur, pag. 348. Alter quoque anecd. cum not. Λ editus, cum Octavia jam ab Antonio dimissa fuisset. Ibid., et p. 349. Dubia quae proponit Cl. Eckhel. de Octavia jam Antonio copulata, cum primus editus num. cum not. ΓΚ solvuntur pag. 350. Hadriani nummi plures cum not. HKY imaginem Trajani referunt, sed nulli ad ipsum Trajanum spectare certo videntur p. 353, et seq. Simile quid vide in iis Sidoniorum p. 512. Plautillae, et Caracallae nummi cum not. ΔΙΦ ad definiendum tempus utriusque conjugii aptissimi pag. 359. Alter Caracallae num. cum not. HKΦ supremum ejus imperii tempus complectitur pag. 361. Diadumeniani num. cum notis ΘΚΦ signat ejus, et Macrini patris annum imperandi ultimum pag. 362. Elagabali nummi cum not. ΑΛΦ, qui Tyriis, aut Sidoniis adscripti, huic Vrbi restituendi probantur p. 363. Plures editi cum iis notis docent hanc Vrbem ab Elagabalo Neocoratus, et Navarchidis honore decoratam fuisse p. 363. Jul. Paulae num. cum not. ΒΛΦ ostendit hujus Vrbis Epocham statuendam esse in autumno, sed adulto An. V. C. CDXLII. pag. 365, et seq.

Tyri Vrbis Phoeniciae unicus nummus cum not. NΓ in Gallieno nihil offert pro constituendo ejus Epochae cardine pag. 369, et seq.

Valeriani nummi Anazarbi cum not. BOC, qui sunt magno numero, optime sese accomodant cum A. V. C. DCCXXXV, et sequenti V. C. DCCXXXVI. pag. 58, atque designant ludos, et certamina celebrata post perspectam ipsius electionem, atque in aestate A. V. C. MVII imperii Valeriani II jam inchoato, vel labente p. 67. Ipsius num. Irenopolis Ciliciae cum notis CH suadet ejus Epocham ducendam a verno tempore A. V. C. DCCCVI. p. 186. Alter ejus num. Viminacii Col. notam offert an. XV sic insculptam, ut fucum facere posset, pro ea accipienda de An. XII. pag. 390. Quomodo alii errores emendandi, vide sub ea Col. p. 383.

Veri L. numm. Antiochiae ad Hippum offert not. chronol. ΘΚC, pag. 87. Quid ex iis notis inferre oporteat quo ad ejus Epochae cardinem disseritur pag. 87, et seq. Quando L. Veri subita mors evenerit? Ibid. Error Cl. Zoegae asserentis ann. X, L. I. Aegyptiacum *non admittere Veri imperium*, detergitur pag. 88. Ejusdem num. Mopsi Ciliciae, qui in Catal. Theup. eidem adscribitur cum not. AC, quomodo supplendus sit ostenditur p. 245. Item num. Fl. Neapoleos Samariae cum notis ΠΘ, sub Antonino Pio quid probent? pag. 257.

Vespasiani nummi Ascalonis cum notis ΑΠΡ, et ΒΠΡ recte conciliantur cum ejus Vrbis Epocha, quae ducatur ab ineunte vere A.

V. C. DCLI. pag. 105, et seq. Ejusdem num. Gadarae cum notis BAP, quae ducantur ab ineunte vere A. V. C. DCXCI, optime conciliantur cum ejus imperii primordiis. p. 134.

Vibii C. Pansae annua Bithyniae Praefectura definitur ab exeunte mense augusto A. V. C. Varr. DCCVII, in idem tempus insequentis anni V. C. DCCVIII. pag. 271, et seq. p. 273, et seq. Quando in Galliam paludatus profectus sit p. 275. Vide etiam Parte II in fine Imperial.

Viminacii Moesiae sup. Col. Epocha a Kal. Januar. A. V. C. CMXCIII ducenda. p. 379. Annos XVI exhibet in nummis a Gordiano ad Valerianum, et Gallienum. Ibid. Principes Romani XI in iis referuntur. Ex ejus notis a supremo Gordiani, primoque Philippi ad primum Valeriani mirifice confirmantur Fasti Consulares. Ibid. Ad A. V. C. MVI, qui Valeriani, et Gallieni primus, spectat interitus Galli, et Volusiani, itemque Aemiliani, nummis testibus hujus Col. Ibid., et pag. sequenti 380. Vide in Gordiano ead. pag. In Philippo p. 382. Quomodo emendandi quidam errores in notis hujus Col. pag. 383, et seq. item pag. 386. Quando Aemilianus imperium adierit, eumque amiserit p. 388. Nota an. XV in Valeriano ita male insculpta, ut pro anno etiam XII designando sumi posse videatur. p. 390.

Viminacii Col. Tabella omnium Principum num. XI. cum annis ejus Col. ad unumquemque spectantibus. p. 391, et seq., ubi fit comparatio cum ea Eckhelii.

Zelae Ponti nummi, Neocesareae, et Trapezuntiorum exemplo, quae Vrbes ad idem Regnum Polemoniacum spectabant Epocham signasse videntur, quae non fuerit posterior Solstitio aestivo, vel autumno A. V. C. DCCCXVI. p. 192. Caracallae, et Getae nummi cum notis PMB suae integritati restituuntur, et illustrantur p. 193, et seq.

Zoegae Cl. V. opinio, qua statuebat L. Veri imperium non admittere ann. X, L. I, quem offerunt ejus nummi Aegyptii, falsa ostenditur p. 88, et seq. Vbi etiam dubia Cl. Eckhelii soluta remanent. Ibid.

Atque hic finis. Quoniam vero in hoc postremo praesertim libro, de rebus Chronologicis tam multa pertractata sunt, Indicem quoque chronologicum hoc ultimo loco subjicere lubet, ex quo pateat, quando eadem absoluta fuerint, meisque qualibuscunque studiis, vigiliisque supremam manum imposuerim. Idque faciam ex conjunctione Ærae n. Vulgaris cum annis tantum V. C. Varr. eo quod haec se-

cunda computatio annorum V. C. Varr. recte pariter, eademque aequabiliter procedit juncta etiam cum Epochis, sive notis Chronologicis Vrbium omnium, de quibus hoc ipso in libro actum est, ac propterea erudito Lectori facile erit cum iis, si volet, calculos suos, et ratiocinia instituere.

Id ergo contigisse noverit Lector die vigesima sexta, sive in a. d. VII Kal. Januarias, die festo D. Stephani Protomartyris Anni Ærae n. Vulg. MDCCCIX, anno vero ab exordio V. C. Varr. MMDLXII, ex die autem natali meo, qui incidit Cremonae Patriae meae Insubriae Vrbis in primis nobilis, in diem tertium, sive a. d. III Non. Septembris S. Stephani Regis sacrum, An. Ærae Vulgaris MDCCXXXII, cum agerem aetatis meae annum octavum, et septuagesimum.

Quae cum ita se habeant haud equidem intelligere queo qui fieri potuerit, ut in aeneis, ut vulgo appellantur Campanis, molis utique spectabilis, quae munificentia PII VII P. O. M. extructae, et in Capitolina turri paucis abhinc annis collocatae fuere, hujusmodi notae chronologicae inscriberentur. Et in majori quidem sic: ANNO AB VRBE CONDITA MMDLIII PIO VII P. M. PONTIFICATVS EIVS ANNO IV A CHRISTO NATO MDCCCIII. Nam cum annus a Christo nato 1803 ex computatione Dionysii Exigui Abb., quae eadem, ac Ærae n. Vulg., initium habuerit a Kalendis Januariis A. V. C. Varr. DCCLIV, si suprascriptis annis 1803 addas, qui praecesserant A. V. C. Varr DCCLIII ab eorum exordio, prodibit summa annorum V. C. Varr. MMDLVI. Ibidem autem notantur anni AB VRBE CONDITA MMDLIII. In altera pariter minori sic notas inscriptas legi ANNO AB VRBE CONDITA MMDLIII AB ORBE REDEMPTO ANNO MDCCCIV PIO VII PONTIFICE MAXIMO PONTIFICATVS EIVS ANNO V. Si suprascriptis notis Ærae Vulg. 1804 addas, ut par est, Annos V. C., qui

reliqui praecesserant DCCLIII, integra prodibit summa annorum V. C. Varr. MMDLVII. Ibidem autem notatur, ut in altera majori annus V. C. MMDLIII.

Viderit itaque Chronologus ille, cui cura data fuit pro iis inscribendis not. chronol., quam computationem sibi sequendam proposuerit. Mihi equidem, qui de Epochis ex instituto agendum sumpsi, tam in hisce Libris, quam in altero de Vulg. Ærae Emendatione, veniam dabit, si minime omittendum duxerim labem designare, quae irrepsit in duobus illis publicis, tamque conspicuis Romanae Vrbis monumentis. Animadvertat autem rogo eandem semper summam prodire annorum Vrbis Conditae, etiam si fiat eorum conjunctio, et computatio cum annis Ærae Vulg., ut a me in Libro II. emendatae.

ERRATA CORRIGENDA

P. 128. lin. 18	DCXCII	*corrige*	DCXCIII
P. 354. l. 3	Laodicensium		Sidoniorum